BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
4 G
33
H

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

26
b
23
13-

SYNOPSIS THESIVM SIVE AXIOMATVM IVRIS, AD Primam partem Pandectarum ſeu Digeſtorum, Iuris Ciuilis Romani,

Authore

DETHARDO HORSTIO I. V. DOCTORE & in Academia Iulia Helmſtadiana Profeſſore.

E TENEBRIS LVCEM NON CONTRA



VIRTVS INVIDIAM VINCIT.

Cum gratia & Priuilegio.

HELMSTADII
Excudebat Iacobus Lucius Tranſyluanus.
Anno M. D. LXXXIII.

AVGVSTISSIMO CAESARI, DOMINO RVDOLPHO SECVNDO,

Romanorum Imperatori inuictiſſimo, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ &c. Regi, Archiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ &c. Domino ſuo clementiſſimo,

Dethardus Horſtius I. V. Doctor ſalutem.

MIretur forſitan Auguſtiſſime inuictiſsimeq́; Imperator, Domine Clementiſsime, Cæſarea tua Maieſtas, quid nam ferant exiguæ hæ, & quidem paucæ pagellæ, quas ſibi nuncupatas videt, quæratq́; quæ me ratio eò audaciæ impulerit, vt tantæ Maieſtati, tam exiguum & leuidenſe munuſculum offerre non reformidauerim: Exponam autem, Auguſtiſſime Imperator, Cæſareæ tuæ Maieſtati, huius rei cauſas, quantum quidem ego pro ingenij mei tenuitate iudicare poſſum, non leues, illud à Cæſarea tua maieſtate, debita ſummaq́; animi deuotione ac ſubmiſsione petens, vt pauliſper ab alijs imperialibus grauiſsimis curis negocijſq́; vacare, ac pro innata ſua, totiuſq́; Illuſtriſsimæ Auſtriacæ familiæ benignitate, paucula hæc, quæ de ratione docendi interpretandiq́; Iuris, quàm breuiſsimè referam, clementi oculo obiter perluſtrare dignetur. Commemorat Iureconſultus Pomponius, originem & propagationem veteris Romani Iuris referens, ſtatim poſt leges duodecim tabularum propoſitas, diſputationibus fori effectum eſſe, vt quemadmodùm naturaliter euenire ſolet, diuerſa diſceptantium

a. l.2. §. his legib. ff. de orig. iur.

interpretatio deſideraret prudentum authoritatem neceſſariam *a*: & optimus præſtantiſsimuſq; Imperator Iuſtinianus, cùm ex ſacratiſsimis imperialibus conſtitutionibus, immenſiſq; veteris prudentiæ voluminibus, ſuum, quod etiamnum ita habemus, compoſuiſſet Iuris Ciuilis Romani corpus, non ſolùm ſibi ſuiſq; ſucceſſoribus, Romanis Imperatoribus, ſubinde nouas addere ſanctiones neceſſarium fore præſenſit, (ſicut & ſolus Iuſtinianus, plures quàm centum & ſexaginta conſtitutiones, quas Nouellas ſiue Authenticas vocamus, æditis priùs à ſe Iuris libris poſteà adiecit,) ſed totum etiam hoc opus à ſe æditum, interpretationem prudentum rurſus deſideraturum eſſe prouidit: Attamen ne in immenſum iterum Ius Ciuile interpretationum acceſsionibus excreſceret, vetuit ne quis magna, ad iſtos libros Iuris Ciuilis à ſe compoſitos promulgatoſq;, ſcriberet commentaria, ſed tantùm Paratitla & interpretationem ſuccinctam, quam Græci κατὰ πόδα vocant *b*. Summas igitur tantùm breues, breueſq; gloſſulas, ſcripſerunt primi iſtorum librorum interpretes: Verùm poſteà vſu practico ſic exigente, & nouis ſubinde exortis quæſtionibus, cùm illæ ab Imperatoribus Romanis, infœliciſsmo illo tempore, & toto Imperio bellis continuis fluctuante, omniq; ciuili ac politico regimine penè peſſundato, indiſcuſſæ & inexpeditæ relinquerentur, gloſſæ vberiores, pugnantibuſq; diuerſorum Iuris Anteceſſorum ſententijs, & earum conciliationibus refertiores, atq; commentaria maiora paulatim ſcribi cœperunt: adeò vt fateri quidem cogar, in immenſum ferè excreuiſſe rurſus Iuris Ciuilis interpretationes: ſed recordatus, quanta ſingulas in partes incidentium caſuum, quotidiè exiſtat varietas, ſicut & ipſe Iuſtinianus Imperator in ſuis ſanctionibus frequenter atteſtatur, naturam quotidiè nouas ædere formas deproperare: recordatus etiam quàm innumeræ ex nouis emergentibus factorum ſpeciebus, quæſtiones quotidiè accumulentur, & quàm auidè Iureconſulti Practici, ex Doctorum commentarijs earum reſolutiones requirant, non poſſunt tamen

b. l.2. §. hoc autē. C. de veteri iu. enuc.

tamen iſtiuſmodi commentaria, quæ quiſque pro dotibus ingenij ſui diligenter conſcripſit, nobiſq; & toti poſteritati, tanquam ſapientiæ ſuæ theſauros communicata & commendata voluit, immania & inſana appellare: & licèt alium meliorem faciliorem q; interpretationis modum teneri poſſe non inficier, commentarijs nihilominùs iſtis Doctorum, ad rationes dubitandi & decidendi in ſingulis partibus reddendas, etiamſi omnes, quæ vſq; huc inter Iuris Anteceſſores & in Iudicialibus ſubſellijs agitatæ ſunt Iuris controuerſiæ, imperiali trutina adhibita, decidantur, propter vſum ſcholarum & fori, carere nos haud poſſe arbitrarer. Sed cùm vtiq; meliorem & faciliorem paulò exponendi & interpretandi Iuris modum teneri poſſe, recentiores ferè omnes probent, & licèt facti interpretatio interdum etiam prudentiſsimos fallat, Ius tamen finitum eſſe debeat & poſsit, teſte Iureconſulto Neratio c. quis tandem modus optimus eſſe hac in re poſsit in dubium vocatur: Alij, inter recentiores etiam, hac de cauſa ſummas vberiores, alij auctiora paratitla, alij commentaria ſcripſere, veterum illis non multò minora, alij tractatus: quæ omnia, quia veterum certè interpretum ſcripta rerum ordine & doctrinæ facilitate perſpicuitateq; antecellunt, non improbanda, ſed æqui boniq; conſulenda eſſe, omnes haud dubiè boni & eruditi viri, præſertim, quorum ſtudia ab vſu rerum non ſunt aliena, ſentiunt. Inter alia autem varia multorum excellentium virorum conamina, quæ ſingula, ſua ſunt digna laude, commendandum eſt etiam illud Eguinarij Baronis Iuriſconſulti prȩſtantiſsimi, & nunquam ſatis laudati, inſtitutum, qui Pandectas, vtpote maiorem partem iſtius Iuſtinianêi corporis, maxima perſpicuitate à docentibus exponi, maximaq; facilitate à diſcentibus, ea cùm primis ratione percipi poſſe arbitratus eſt, ſi perpetuum illud edictum Prætorium, in quo interpretando, antiquorum Iuriſprudentum libri, quorum particulas excerptas habemus in Pandectis, toti penè conſumpti eſſent, reſtitueretur, & quæ deeſſent, quanta poſſet fieri maxima diligentia,

c. *l. 2. ff. de iur. & facti ignor.*

gentia, ſupplerentur: Id quod, meo quidem iudicio fideliter etiam Baro in manualibus ſuis libris præſtitit, quamuis propter immaturum obitum, non ita, ſicut propoſitum ipſi erat, optatum finem vndequaque ſit aſſecutus, neq; omnia, vt volebat, perfecerit, ſed quaſdam etiam partes prorſus intactas reliquerit. At verò quid fit? cùm iam antè multi doctiſsimi viri, in veteris Romani Iuris hiſtoria perquirenda, quòd eam ad Iuris noſtri nonnulla loca illuſtranda, non parum adiumenti ferre, atq; huius inopia priores interpretes infœliciùs paulò in aliquibus partibus verſatos eſſe viderent, laborare cœpiſſent, tum verò præcipuè ex eo tempore, hiſtorico illo antiqui Iuris Romani ſtudio, ita multi flagrare cœperunt, vt modum certè hac in re nonnihil excedere hominibus noſtris videantur, & cùm neque duodecim tabulas, quas fateor libenter ipſe quoq; integras videre cuperem, neq; ſicut Baro euenturum prædixit, integrum perpetuum edictum, quod primùm per Seruium Sulpitium & Aulum Ofilium, deinde per Saluium Iulianum compoſitum fuit, reſtituere hucuſq; potuerint, tamen latiſsimam & denſiſsimam vmbram quandam reſuſcitare conentur totius veteris abolitæq; & obſoletæ Romanæ Iuriſprudentiæ. Vt liberè, Auguſtiſsime Imperator, coram Cæſarea tua Maieſtate loquar, ſi tale noſtrum eſſet ſtudium in hiſce ſcholis, quale iſtorum hominum, & ſi illorum inſiſtentes veſtigijs, antiqui iuris hiſtoriam potiſsimùm ſectaremur, paulatim à Iure iſto, quod præſens nobis eſt, ita longè prolaberemur, vt notitia etiam eius prorſus excideremus, & eueniret, vt ab his, qui in foro quotidie verſantur, idem obijci nobis poſſet, quod de ſui temporis Iureconſultis ſcripſit Ammianus Marcellinus *d*, Qui (inquit) Iuris profeſsi ſcientiam, quum repugnantium ſibi legum abolcuere diſsidia, velut vinculis ori impoſitis reticentes iugi ſilentio, vmbrarum ſunt ſimiles propriarum: hi, velut fata natalitia præmonſtrantes, aut Sybillæ oraculorum interpretes, vultus grauitate ad habitum compoſita triſtiorem, ipſum quoq; venditant, quod oſcitantur: hi, vt altiùs videantur

d. lib. 30.

antur iura callere, Trebatium loquuntur & Caſſellium, & "
Alfenum, & Aurunorum Sicanorumq́; iam diu leges igno- "
tas, cum Euandri matre ab hinc ſeculis obrutas multis: & "
ſi voluntate matrem tuam finxeris occidiſſe, multas tibi "
ſuffragantes abſolutionem, lectiones reconditas pollicen- "
tur, ſi te nummatum ſenſerint. Obijci etiam nobis poſ- "
ſet illud, quò alluſiſſe Marcellinus videtur, quod apud Aulum Gellium *e* Phauorinus Philoſophus reſpondiſſe legitur cuidam adoleſcenti, veterum verborum cupidiſsimo, & pleraſq; voces nimis priſcas & ignotiſsimas, in quotidianis communibuſq́; ſermonibus expromenti: Curius inquit, & Fabricius, & Coruncanus, antiquiſsimi viri noſtri, & his " antiquiores Horatij illi trigemini, planè ac dilucidè cum " ſuis fabulati ſunt, neq; Auruncorum aut Sicanorum aut " Pelaſgorum, qui primi incoluiſſe Italiam dicuntur, ſed æ- " tatis ſuæ verbis locuti ſunt: tu autem perinde, quaſi cum " matre Euandri nunc loquare, ſermone abhinc multis annis " iam deſitò, vteris, quòd ſcire aut intelligere neminem vis, " quæ dicas: Nonne, homo inepte, vt quod vis, abundè con- " ſequaris, taceres? ſed antiquitatem tibi placere ais, quòd " honeſta, & bona, & ſobria, & modeſta ſit. Viue ergo mo- " ribus præteritis, vtere verbis præſentibus. Verùm enim- " uerò ſi iſtiuſmodi Iuris exiſtimamus interpretes, qui grammatico tantùm & hiſtorico flagrent Iuris ſtudio, Grammaticas quidem habebimus expoſitiones vocabulorum puriores & veriores, quàm vetuſtiores illi, hiſtoriam etiam antiqui iſtius & obſoleti Iuris habebimus perfectiorem, quam priores interpretes prorſus ferè neglexerunt: quæ verò ad præſentem fori vſum, quæ ad quotidianarum controuerſiarum deciſiones pertinent, hæc ex ipſis textibus meliùs plerumq;, quàm ex iſtiuſmodi commentarijs noſtris quis expreſſerit. Neq; tamen ob id latini ſermonis puritas contemnenda, vel antiqui iſtius Romani Iuris hiſtoria prorſus abijcienda erit, ſed omnium prudentiſsimorum Iureconſultorum ſuffragijs, iſti haud dubiè præ cunctis alijs, tam recentioribus, quàm etiam veteribus Iuris Anteceſſoribus,

e. lib. 1. cap 10.

maxi-

maximè honorandi collaudandiq́; veniunt, qui puritati illi Grammaticæ atq; Hiſtoricæ, practicam adiungunt Iuriſprudentiam, & omnia ad vſum ita accommodant quotidianum, vt cupidam legum Iuuentutem, quaſi manu tenentes, in forum producant, atq; ad omnis generis iudicialia certamina, eorumq́; fœlicem expeditionem, ſummo ſtudio ſummaq́; diligentia præparent. Ego ſanè eruditos & practicos Iureconſultos Germaniæ noſtræ, viros in palæſtra Iuriſprudentiæ diu multumq́; ac fæliciter exercitatos, Ioachimum Mynſingerum, Matthæum VVeſenbecium, Cæſareæ Maieſtatis tuæ digniſsimum Referendarium, Andream Geyl, alioſq́;, quos tam Cæſareæ tuæ Maieſtatis aula, Imperialis Camera, aliorumq́; Principum aulæ & curiæ; quàm etiam totius Germaniæ Academiæ plurimos habent, non ſecus ac ab Alexandro illo Magno relictos *ἀργυρασπίδας*, mihi præcipuè imitandos eſſe ſemper duxi. Neq; verò id ſinè ratione facere mihi videor: totum enim ius noſtrum clamitat, illas potiſsimum ſanctiones obſeruandas eſſe, quæ nouiſsimæ ſunt: *αἱ μεταγενέστεραι διατάξεις* ait Modeſtinus *f* *ἰσχυρότεραι τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσιν*: & Iureconſultus Paulus *g* ea, quæ quotidiana ſunt, pleniùs tractari voluit: Vlpianus verò legis Aquiliæ viridam obſeruantiam commendare volens, ita ait *h*, Lex Aquilia omnibus legibus, quæ ante ſe de damno iniuria locutæ ſunt, derogauit, ſiue duodecim tabularum, ſiue quæ aliæ fuerunt, quas nunc referre non eſt neceſſe. Iuſtinianus quoq; Imperator, cùm Anteceſſoribus ſuis Triboniano, Theophilo, & Dorotheo mandaſſet, vt Inſtitutiones Iuris Ciuilis Romani, ipſius authoritate componerent, eſſetq́; id opus perfectum, in primis hoc deprædicauit *i*, quod eorum haberet pereſpectam ſolertiam, & legum ſcientiam, & circa ſuas iuſsiones fidem: voluitq́; cupidam legum Iuuentutem, prima legum cunabula, non ab antiquis fabulis diſcere, ſed ab Imperiali ſplendore appetere, & tam aures, quàm animos eorum nihil inutile, nihilq́; perperam poſitum, ſed quod in ipſis obtineat rerũ argumentis accipere: Quinimò in Digeſtis quoq; ſuis & Codi-

f *l. vlt. ff. de conſt. princ.*
g *l. 26. legaui. in prin. ff. de libera leg.*
h *l. 1. ff. ad leg. Aquil.*
i *§. cumq; hoc. in proœmio Inſtitution.*

Codice, pro eo iure, quod in vſu eſſet quotidiano, ius antiquatum & obſoletum referri, omninò non voluit optimus præſtantiſsimuſq; imperator Iuſtinianus, ſed è ſuis libris prorſus hoc exterminari, & ius tantùm præſens inſeri iuſſit, ſicut conſtitutiones ipſius, de compoſitione & æditione Digeſtorum & Codicis manifeſtè atteſtantur *k*. In ipſis igitur artis libris, obſoletum & antiquatum Ius, pro eo ꝙ præſens ſit, inſeri non debet: in commentarijs autem horũ librorũ, veteris Romani iuris hiſtoria commemorari quidem debebit, ſed parcè modiceq;, & ita ne eius, quod quotidie in diſceptatione & certamine iudiciali vertitur, negligatur prorſus diſcuſsio, ſummeq; cauendum erit, ne vetuſti ſermonis nimis affectata grauitate, omnis doctrinæ lux obſcuretur: neuè ita longè à ſcopo diſcedamus, vt dum interpretatio librorum Iuris præ manibus nobis eſt, ad Plauti, Cæſaris, Ciceronis, Horatij, Plinij, Gellij, Diui Hieronymi &c. ſcripta interpretanda vel emendanda prolabamur, & ne dici de noſtris lucubrationibus poſsit, quod de Tuberonis libris retulit Iureconſultus Pomponius *l*, ſic inquiens, Tubero doctiſsim⁹ quidẽ habitus eſt, Iuris publici & priuati, & complures vtriuſq; Iuris libros reliquit: ſermone etiam antiquo vſus affectauit ſcribere, & ideò parùm libri eius grati habentur. Iſtam vero mediam viam interpretandi Iuris, quæ puritatem latini ſermonis non negligat, hiſtoriam veteris Iuris non aſpernetur, potiſsimè tamen, quæ ad præſentem fori vſum pertinent, curet atq; obſeruet, ſecutus eſt etiam prudentiſsim⁹ ille ſimulq; doctiſsimus Baro: is enim puritatem ſermonis ſtrenuè aſſerens, hiſtoriam veteris Iuris mediocriter repetens, negligens autem obſoletas conſtitutiones, quæ certè multis iam ſeculis incognitæ, & ꝑ deſuetudinem abrogatæ abolitæq;, quaſi ius nouum perperam in lucem reuocantur, hoc ius in omnibus ſuis ſcriptis, potiſsimùm animaduertendum duxit, quod in vſu eſſet: atq; hoc cùm in ijs Iuris noſtri Ciuilis libris, quos commentarijs ſuis attigit, ſtudioſè feciſſet Baro, addidit etiam in ſingulis partibus Ius prouinciale Gallicum: neq; verò debuit aliter ratione nationis ſuæ, neq; potuit, quia ipſi vt homini extero de

k. §. *quidam in Conſtitutione Codici præfixa De nouo codice faciendo. §. ſed cùm neceßitas. & §. tollendum. ibid. De Iuſtin. cod. confir. itemq; in prin. & §. ſupradictis ibid. De emendat. cod. l. 1. §. 5. ſed et hoc ſtudioſū. l. 2. §. 7. tanta autẽ. l. vlt. in prin. & §. 11. tanta autem. C. de veteri iur. enuclean.*

l. l. 2. §. 24. poſt hoc quoq; ff. de orig. iur.

ro de receſsibus Imperij noſtri Romanogermanici,nihil fuit cognitum. Sed conſuluerit Baro, æditione ſuorum manualium librorum & aliorum commentariorum, ſuis quidem hominibus optimè, noſtris verò mediocriter, ſitq; ille, de quo iam dictum eſt,interpretandi Iuris modus optimus: Semper tamen,Auguſtiſsime Cæſar, ego exiſtimaui, hac ratione quoq; vehementer adiuuari poſſe, cùm ſtudia diſcentium, tum etiam labores Practicorum, & eorum,qui gubernacula Reipublicæ tenent, ſi iuſta & methodica tractatio illuſtret Artem noſtram: idq; duplici poſſe fieri via, primùm vniuerſæ Artis noſtræ iuſta methodicaq; informatione, deinde verò ad ſingulos libros Iuris noſtri Ciuilis, ſinguloſq; titulos, axiomatum omnium compendioſa collectione: Ad vtrumq; autem hoc munus obeundum, cùm mediocres animi dotes, mihi ab æterno optimo maximoq; Deo contigiſſe animaduerterem,nequaquàm talentum mihi à Deo cócreditum, inſtar malitioſi ſerui in terram defodiendum, ſed potiùs ad imitationem induſtrij miniſtri exercendum eſſe arbitratus ſum. Vidi autem vniuerſam Iuris Artem nulla ratione alia poſſe exactiùs commodiuſq; componi, quàm ſi à capite vſq; ad calcem, Ars ipſa omneſq; eius partes, & partium partes generaq; & ſpecies, continuis definitionibus, diuiſionibus,, ac regulis illuſtrarentur, ordineq; ſuo, ac debita ſtatione ſingula collocarentur: Hac enim ratione Artem noſtram conſcribi debere, facilemq; reddi poſſe, teſtatus eſt etiam Cicero *m*, cùm ita ait, Si enim mihi facere licuerit, quod iam diu cogito, aut alius quiſpiam, aut me impedito occupârit,aut mortuo effecerit,vt primùm omne Ius Ciuile in genera digerat, quæ perpauca ſunt, deinde eorum, quaſi quædam membra diſpertiat, tum própriam cuiuſq; vim definitione declaret, perfectam Artem Iuris Ciuilis habebitis, magìs magnam atq; vberem, quàm difficilem & obſcuram. In Bruto quoq; ſuo, Cicero Scæuolam reliquos Iureconſultos hac ſola ratione ſuperaſſe aſſerit, his verbis: Sic Brute exiſtimo, Iuris Ciuilis magnum vſum, & apud Scæuolam & apud multos fuiſſe, Artem in hoc vno, quod nunquàm effeciſſet ipſius Iuris ſcientia, niſi eam præterea

m. lib. 1. de oratore ad Quint. fratr.

ſeà didiciſſet Artem, quæ doceret rem vniuerſam tribuere “
in partes, latentem explicare definiendo, obſcuram expla- “
nare interpretando, ambiguam primùm videre, deinde di- “
ſtinguere, poſtremò habere regulam, qua vera & falſa iudi- “
carentur, & quæ quibus propoſitis eſſent, quæq; non eſſent “
conſequentia: hic enim attulit hanc Artem omnium maxi- “
mam, quaſi lucem, ad ea, quæ confusè ab alijs aut reſpon- “
debantur, aut agebantur: Dialecticam mihi videris dice- “
re inquit: Rectè inquam intelligis, ſed adiunxit etiam lite- “
rarum ſcientiam, & loquendi elegantiam, quæ ex ſcriptis e- “
ius, quorum ſimilia nulla ſunt, facilimè perſpici poteſt. Ad- “
ductus igitur ſum, vt ante annos quatuor Tribonianeam
Iuriſprudentiam, quæ huius rei ſpecimen aliquod continet,
æderem: attamen illas ferè tantummodò Iuris partes ea
complectitur, quas vel Tribonianus ipſe, in Inſtitutionibus
Iuris Ciuilis attigit, vel interpretes in commentarijs ſuis
Inſtitutionum adiecerunt: cùm autem cogitarem ſuccin-
ctam illam tractationem continuarum definitionum, diui-
ſionum, & regularum generalium, pro voto meo, ab omni-
bus accipi non poſſe, quia, vt eleganter Ariſtoteles tradit,
adultior ætas, in omni genere diſciplinarum, non ſolùm
τὸ ὅτι, verùm etiam τὸ διότι ſibi exponi deſiderat, & in Iuriſ-
prudentia etiam noſtra ita receptum, vt generalia niſi ſpe-
cialiter declarentur, videantur quaſi præterita, vtq; nulli
Iuris aſſertioni, niſi adiectus ſit locus, vnde ea deſumpta ſit,
credatur: cœpi ſtatim vberiorem quandam conſcribere ſin-
gularum partium declarationem. Id autem Auguſtiſsi-
me Cæſar, cùm ſeriò quotidie, magnaq; diligentia, & ſtu-
diorum aſsiduitate agerem, ac Tribonianeæ iſtius meæ Iu-
riſprudentiæ dotalitium, priuata prælectione iam ſemel ab-
ſoluiſſem, alteram quoque eius repetitionem ad finem ferè
rurſus perduxiſſem, atq; ita omnia adornare conarer, vt ſe-
cunda eius æditio, non ſolùm bonis omnibus gratior, ve-
rùm etiam à calumniantium iniquitatibus tutior eſſe poſ-
ſet, præter omnem opinionem, in alteram quoq; illam ſta-
tim incidi elucidandæ Iuriſprudentiæ rationem. Verùm e-
nimuerò adiuuandis progreſsibus cupidæ legum Iuuentu-

tis, totum me quaſi mancipans, diſputationes ſuſcepi ad ordinem Pandectarum: idq; feci tantò lubentiùs, quia viderem, licet hic labor priorem ilum nonnihil impediret ac differret, quòd tamen alter iſte huius adiumento, poſteà tantò abſolutior tantoq; perfectior prodire poſſet, atque quòd hîc daretur occaſio, ad ſingulos libros Iuris Ciuilis, ſingulosq; titulos, compendioſam facere axiomatum collectionem, quam rem vnicè, omnia etiam omnium interpretum commentaria affectârunt, in ſingulis legibus, ſed qui vniuerſos titulos ad nuda dilucidaq;, & ex ipſis tantùm textib9 expreſſa axiomata ita reuocaret, eaq; in ordinem redigeret, nemo, quantum quidem ego ſciam, aut mihi videre contigerit, hactenus extitit. Suſcipiens autem alteram quoq; hanc prouinciam, animaduerti, duo mihi potiſsimū curanda eſſe: primùm vt ipſorum textuum aſſequerer exprimeremq; genuinum germanumq; ſenſum, quæ res quàm immenſi ſit laboris, quanti iudicij, quantæ difficultatis, quanti etiam periculi, oſtendunt ſatis ingentia illa, Auguſtiſsime Cæſar, tam multorum interpretum diſsidentium commentaria, me vel vno verbo, id ampliùs deprædicare, ſuperuacuum eſt. Neq; tamen in ipſorum textuum axiomatibus eruendis acquieſcendum, ſed iuris quoq; nouiſsimi, & eius quod in vſu obſeruatur, ſi non perfectam expoſitionem, quod nec patiebatur ſuſcepti laboris finis, attamen commemorationem ſaltem aliquam adijciendam eſſe duxi. Deinde verò annitendum mihi hîc exiſtimaui, vt quantum poſſem, optimo ordine omnia ſingulaq; axiomata ſub ſuis titulis componerem, vt quemadmodùm Iureconſultus Paulus ait *o*, primis quibuſq; proxima copulata procederent, ac ſicut de albo ſcribendo proditum eſt *p*, ꝙ decuriones eo ordine in albo ſcribi debeant, quo quis maximo honore, in municipio functus eſt, puta qui Duumuiratum geſſerunt, & inter Duumuirales antiquiſsimus quiſq; prior is, deinde hi qui ſecundo poſt Duumuiratum honore, in Republica functi ſunt, poſt eos qui tertio, & deinceps, mox hi qui nullo honore functi ſunt, pro vt quiſquè in ordinem venit: ita quoq; inter varia illa ſingulorum titu-

o. *l.16. cùm de lanionis. §. Aſinam. ver. quòd ſi abenum. ff. de fundo inſtructo, vel inſtrum legato.*

p *l.1. ff. de albo ſcribendo.*

titulorum axiomata, quæ natura priora ac potiora ſunt, priori loco, quæ his proxima medio loco, & quæ quaſi recentia vel ſpecialia, aut exorbitantia, poſtremo loco collocarem: in quo iterùm labore, vt ad ſcopum rectè quis collimet, metamq; non excedat, quanta requiratur induſtria, quanta exercitatio, ex illo facile intelligitur, quòd tàm à Iureconſultis noſtris, quàm etiam omnibus omnium ætatum Philoſophis, ordini tribuatur perſpicuitatis præcipuum beneficium. Videatur igitur, Auguſtiſſime Cæſar, inuidis aut indoctis hominibus, vilis aut tenuis iſte labor noſter, ſit etiam illis contemptui, docti tamen, & æquamini viri ſpero, dextrè et ſyncerè iudicantes, operam hanc meam, ſi non ſummis laudibus vehendam, quod nec expeto, nec expecto, in ſuo tamē genere cōmendandā eſſe, non grauatim profitebuntur. Videatur etiam nonnullis ridiculum, atq; hæc Synopſis axiomatum tantò exilior, quòd diſputationes, diſputantiumq; nomina aſſcripſerim, mihi tamen adoleſcentibus illis ingenuis, qui de hiſce axiomatibus reſpondiſſent, vt eorum nomina aſcriberentur, non inuideri oportere, atq; alios ad eorum diligentiam imitandam hoc exemplo incitari poſſe viſum eſt: & alioqui, hi qui ſunt in iure vel mediocriter verſati, teſtimonium perhibebunt, non puerili more theſes tantùm quatuor, quinq; aut ſex, vel paulò plures, è ſingulis me extraxiſſe titulis, ſed hanc meam conſarcinationem axiomatum methodicas & integras titulorum ſingulorum tractationes, quatenus textus ipſi largiuntur, continere, omnibuſq; ac ſingulis, tam in practico, quàm theorico Iuris ſtudio, hæc magno vſui eſſe poſſe. Vnum ex innumeris quæ dici hîc poſſent, indicabo, vnde apparere poſſit, an id, quod fuit mihi propoſitum, ſim aſſecutus: diu multumq; hic me ſcrupulus ſtimulauit pugigitq;, quænam eſſet veteris & modernæ diſceptationis Iudicialis diuerſitas; & quale olim fuerit Procuratorum aut Aduocatorum munus, quale ſit item hodie: hac in re igitur, cùm nonnihil deſiderarem, Dialectica vſus inductione, ſingula inquiſiui exactiùs: an autem ſatis diligenter hanc remexcuſſerim, Synopſis mea ad titulum Pandectarū

de procuratoribus & defenſoribus teſtabitur. Tuæ verò Cæſareæ Maieſtati, Auguſtiſsime Imperator, Domine Clementiſsime, hanc primam partem huius meæ Synopſeos, nuncupatam eſſe cupiui, non ſolùm quòd Eguinarium etiam illum Baronem, cuius ego hac in re æmulatus ſum diligentiam, Mannalium ſuorum librum primum, quem ad hæc τὰ πρῶτα Pandectarum ſcripſit, Regi ſuo Galliæ dedicaſſe viderem, multoq; iuſtiùs Imperatoriæ tuæ Maieſtati, vtpote ad quam ſingulari quadam eminentiæ legitimæq; ſucceſsionis poteſtate, omnis Romani Iuris ſanctio interpretatioq; pertineat, hanc meam operam, eiuſq; primitias aſſcribere me poſſe exiſtimarem: verùm etiam quia Cæſareæ tuæ Maieſtati, vt ſupremo meo & à Deo ordinato Magiſtratui, hanc præcipuam laborum meorum partem, debita pietate ſubmiſsioneq; me omnjnò deferre oportere cenſerem. Deniq; quia in receſſu Imperij, promulgato in Comitijs proximis Spirenſibus, Anno ſalutis milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, ſpes Clementiſsimè facta eſt Iuris Anteceſſoribus, & reliquis omnibus Imperij Romani ſubditis, collectas ab Imperialis Cameræ Præſidibus & Aſſeſſoribus, controuerſarum Iuris quæſtionum Deciſiones, Imperiali adhibita lima promulgari debere, credidi quoq; precatorijs incitationibus meis, aliorumq;, quorum vt mea nulla aut perexigua, ita ipſorum maior authoritas, cùm clariſsimos illos viros, quibus hoc opus Deciſionum perficiendum commendatum eſt, vt eius conſum̃ationem accelerent, tum verò maximè Cæſaream tuam maieſtatem, vt perfectum & cõſummatum hoc opus, quàm primùm & in proximis Imperialibus comitijs promulget, tantò magis commoueri & adduci poſſe: Quàm enim gratæ ſint Illuſtriſsimi Electoris Saxoniæ, ſuper controuerſis Iuris Saxonici quæſtionibus, nuper æditæ Conſtitutiones, tota iam clamitat, non ſolùm Germania, ſed etiam Gallia & Italia, aliæq; nationes exteræ, omneſq; vtiliſsimam eſſe hanc operam, prædicant Academiæ, omniaq; omnium Curiarum ſubſellia: Quantò verò gratius fuerit, Auguſtiſsime Cæſar, omnibus vbiuis terrarum, & intrà & extra Imperium Romanum, bonis ac doctis viris,

viris, quantò etiam Auguſtiſsimæ Cæſareæ tuæ Maieſtati, totiq; huic Romanogermanico Imperio fuerit laudabilius ac glorioſius, ſi Auguſtiſsima tua Cæſarea Maieſtas, adhibito omnium Procerum conſilio, Germaniam ab inteſtinis bellis, quibus miſerrimè nuuc flagrare incipit, ad pacis & tranquillitatis ſtudia, deliberationesq; legalium ſanctionū reuocans, diutiſsimè exoptatas, & nuper Clementiſsimè promiſſas, exinde quoq; auidiſsimè expectatas, communes totius Imperij Deciſiones perfici, ac quàm primùm in comitijs promulgari curauerit? Sed quid, Auguſtiſsime Cæſar, ego Cæſareæ tuæ Maieſtatis infimus Cliens, exili eruditione, prudentia etiam minori, rerumq; vſu perexiguo præditus, Auguſtiſsimæ tuæ Cæſareæ Maieſtatis auribus, ampliùs obſtrepo: ſunt Cæſareæ tuæ Maieſtati quotidie plurimi à latere, qui omnia hæc multò dexteriùs, quàm ego, iudicent, multò quoq; fæliciùs, maiorìq; ſermonis grauitate & vbertate ſuggerant, qui etiam haud dubiè, quod requirit communis Reipublicæ ſalus, diligenter ſemper perueſtigare, tuamq; Cæſaream Maieſtatem, cùm fuerit oportunum, de eo admonere non deſinent. Expoſui Auguſtiſsime Imperator, Cæſareæ tuæ Maieſtati, quod hoc tempore fuit mihi propoſitum, quàm varijs interpretationum fluctibus iactata ſit, præſertim à temporibus Iuſtiniani Imperatoris, tota Romana Iuriſprudentia: commemoraui etiam, quomodò Eguinarius Baro ad illuſtrandos Pandectarum libros, Prætorium illud perpetuum edictum reſtituere conatus ſit, quomodò etiam media quædam interpretationis via teneri poſsit, quæ puritatem latini ſermonis aſſerat, ſimulq; veteris & antiqui Romani Iuris hiſtoriam mediocriter commemoret, & tamen pro iure nouo, multas diu obſoletas conſtitutiones non reſuſcitet, ſed neglectis exauthoratis conſtitutionibus, ea, quæ præſentia & potiora ſunt, curet, cupidæq; legum iuuentuti commendet. Deinde verò quod ſit meum in conſcribenda hac axiomatum Synopſi conſilium, & quòd ego exiſtimem, Iuriſprudentiam duplici inſuper ratione, maximè illuſtrari poſſe, primùm vniuerſæ huius Artis iuſta & Dialectica informatione, tum

verò

verò axiomatum ad ſingulos iuris libros tituloſq; compendioſa collectione, & quòd alterius muneris Tyrocinium, ante quadriennium ædiderim, alterum verò æditione huius Synopſeos proſequar. Quàm autem fideliter collectionem ayiomatum Synopſis hæc mea exhibeat, aliorum ſit iudicium, & præſertim eorum, qui nulla æſtuantes inuidia, cuiuſq; etiam infimi ciuis induſtria, bonarum artium ſtudia, noſtraq; Iuriſprudentiæ lucem creſcere cupiant, & ad iudicanda iſtiuſmodi ſcripta, ſicut Cicero *q*, & Baro *r*, voluerunt, Dialecticam cum Scæuola afferant, quiq; ita æquos & incorruptos, moderatos atq; prudentes alienarum lucubrationum arbitratores, æſtimatoreſq; ſeſe præbeant, quales alios in ſuis eſſe velint. Cùm primis enim Cæſareæ tuæ Maieſtati, & omnibus Principibus, tum verò omnibus bonis & doctis viris, hanc meam operam comprobari cupio, quibus etiam quantos, & quã graues, in hoc opere huc vſq; producendo & perficiendo, ſim exantlatus labores, ſicut, vel vnus titulus argumento eſſe poteſt, ita etiam vt teſtimonium veritati perhibeant, decorum, dignumq; & iuſtũ eſſe, haud dubiè perſuaſum erit. Hos autem quorum ex vicio liuoris & φιλαυτίας cæcutiunt oculi, & qui faſtuoſi alienorum laborum contemptores, niſi quod ipſi faciunt, nihil rectum putant, ſuamq; authoritatem propterea, quòd palam vel clam, præter meritum, dente theonino lacerent aliorum operas, tantò maiorem fore putant, ſe à me non floccipendi, ſcire velim. ſciantq; poſthabitis ipſorum calumnijs, pfecto hoc opere, & ſi ita Aeternus ac Φιλανθρωπος Deus velit, abſoluta deinde communium ac receptarum ſententiarum Synopſi, ad tertinm quoq; illuſtrandi iuris genus, auxilio diuino, manum me admoturum, vt ad pleroſq; ſaltem, ſi non ad omnes Iuris libros, ſecundùm textuum ordinẽ, continua perpetuaq; ſcribam commentaria, ſicut hoc tempore, ad aliquot libros, ea parata iam habeo. Illud nunc, Auguſtiſsime Cæſar, à Cæſarea tua Maieſtate ſummis deuotiſsimiſq; precibus contendo, vt Cæſarea tua Maieſtas, primam hanc Synopſeos meæ partem, à me, vt humilimo atq; addictiſsimo ſuo Ciue oblatam, Clementiſsime recipe-

q. in Bruto.
r. in commentariis ſuis Inſtitutionum tit. 1. de iuſt. & iur.

re, & ſub Imperialis ſui nominis ſplendore, in lucem emittere, neq; quàm ſint exiguæ vel paucæ, ſed quantis laboribus, curis & vigilijs, pagellæ hæ conſcriptæ ſint, Clementiſsimè conſiderare dignetur, meq; cum meis ſtudijs, (quæ talia, qualia Aeternus, Optimus, Maximuſq; Deus, ea eſſe voluit, aut etiamnùm in poſterum eſſe volet, tota Cæſareæ tuæ Maieſtati, totiq; Imperio, ſi qua in parte Rempublicã adiuuare potero, deuotiſsimè ac humilimè offero,) in ſua Clementiſsima protectione ſibi commendatum habeat. Deus optimus Maximus, πολυσπλαγχνὸς καὶ οἰκτίρμων s, imperiorum omnium ordinator defenſor & conſeruator, Cæſaream tuam Maieſtatem diu incolumem ſeruet, omniaq; Cæſareæ tuæ Maieſtatis conamina, ad Euangelij ſui, per Chriſtum Ieſum filium ipſius vnigenitum, μεσίτην καὶ ἱκέτην ἡμῶν patefacti, propagationem, ad Eccleſiæ ſuæ ſalutem, totiuſq; Reipublicæ tranquillitatem ac incolumitatem dirigat. Helmſtadij in Academia Iulia, 10. Calend. Auguſti, Anno à Chriſto nato 1583.

s. *D. Iacobus c. vlt.*

Cæſareæ tuæ Maieſtat.

addictiſsimus

Dethardus Horſtius Friſius Orientalis I. V. Doctor.

)(a   EPI-

EPIGRAMMA

CLARISSIMI IVRECONSVLTI, MATTHAEI VVESENBECII, IN Synopſin Dethardi Horſtij, Affini ſui.

MAior vt in ſenibus rerũ prudentia & vſus,
Solus qui varios efficit artifices:
Sic quãuis effœta orbis nunc labitur ætas
Ad ſummam præceps interitura diem:
Non tamen eximijs ſcriptoribus, arte magiſtra,
Fertilibus ſtudijs, ingenijsq; caret,
Omnes in methodum doctrinæ adiguntur, & ipſo
ordine, iucunda cum breuitate, placent.
Certatim authores ſatagunt, & quiſq; ſuorum
Primitias operum, ſub noua præla dicat.
Quemq, ſuæ ducunt ſcribendi, ad præmia, cauſæ:
Fœcunda vtilitas artibus vnde redit.
Non deſunt ſolers harum experientia, & vber
Tractandi ratio, ac vſibus apta manus:
Nec ſtylus, atq; ſtyli præſcripto accommoda praxis,
Quæ ſtudioſi animum, non ſinit eſſe rudem.
Qualia vix patres habuerunt iuſta laborum
Organa, ſubſidium tale nec ante fuit.
Addite Synopſin hanc Muſæ, Themis alma coronet
Doctorem, ſtudij fama perennis eat.

EPI-

EPIGRAMMA AVTHORIS ad Lectorem, de Synopſi hac ſua.

ROmani aggreſſus perplexa volumina Iuris,
Inde feram quæris quæ munera, Candide Lector?
Effabor paucis: ſanctarum dogmata Legum
Colligo, quæ varijs diſperſim condita chartis:
Quæq; priùs cœno turpi confuſa iacebant,
Ordino & expolio, capiant vt cuncta nitorem
Fulgentem, veluti ferrum, rubigine pulſa,
Et ſedem capiant natiuam: hæc commoda præſtat
Bartholus haud ſolus, nec ſolus acutus Iaſon,
Sed ſic dante DEO, methodũ DIALECTICA mõſtrat.
Has igitur partes, rapiat manus obuia primùm,
Fac tua: noſtra feret, diuino numine dante,
Cætera prompta manus, quæ quoſuis ferre labores,
Haudquaquàm renuit, ſtudia vt communia creſcant.
Sed tua quis placat liuoris pectora plena,
Zoile, qui laudem ſperas, mendacia ſpirans:
Det Deus opto tibi mentem meliora ſonantem:
Quòd ſi fata ferant aliter, vindictaq; præſto eſt,
Inuidiæ capias ſolitas in pectore flammas,
Quò magis inuideas, tantò magis ardeat ignis,
Atq; tibi finem, ni finem liuor habebit,
Lenta ferat tabes: Ars ducat digna triumphos.

AD CLARISSIMVM VIRVM, MATTHAEVM VVESENBECIum, I. V. Doctorem, & in Academia VVittenbergenſi Profeſſorem,

Epigramma M. Hinrici Meibomij, Poëſeos & Hiſtoriarum, in Academia Iulia Helmſtadiana, Profeſſoris.

EXili magnam tabula cùm conderet artem
Iuris ſacerdos cultioris HORSTIVS,
Sparſaq; conſtringens & nubila lumine clarans,
Formaret aptis explicata legibus,
Ingenio maior, ſtudio cenſendus an eſſet,
O fama noſtri VVeſenbecc ſæculi,
Ambiguum dixti, meſſiſq; futura ſequentis,
Es viſus alto præuidere pectore
Munera: primitias nos tum ſuſpeximus illas,
Quas ritè curis expoliuit anxijs.
Nunc extrudit opus, quod poſtera forſitan ætas
Mirata rerum & dictionis copiam,
Continuam ſeriem, corpuſq; volubile ſpectans,
Inter beatos æſtimabit codices.
Hæc eſt ſperatæ præluſtris gloria meſſis,
Spem cuius herba prima nobis fecerat.
At dubios reddit nos ampliùs, ille nec ædit,
Solertia ne præſtet, an venâ ingenI,
Exquiſita refert ſic omnia, ſingula rectè
Sic librat æquis penſitatq; lancibus.
Det Deus, ingenium, ne cura perpete, florens,
Laborioſi deteratur Horſtij.

DIGESTORVM SEV PANDECTARVM IVRIS Ciuilis Romani.

PARS PRIMA.

Diſput. I. Reſpond. Iuſtus Benius, Gottingenſis.

De Iuſtitia & Iure: Titulus Primus.

1. 2.	*Iuris finis, eiusq́; deſcriptio.*
3. 4. 5.	*Iuriſprudentiæ deſcriptio, & iuris duplex partitio.*
6. 7. 8.	*Naturalis iuris proprietas, & quomodò id impropriè vel propriè accipiatur?*
9. 10. 11.	*Ius gentium quomodò accipiatur?*
12. 13.	*Iuris gentium effectus.*
14. 15.	*Ius ciuile quomodò accipiatur?*
16. 17. 18.	*Ius Ciuile Romanum quomodò diſtinguatur.*

I. IVri operam daturum in primis noſſe oportet, quis ſit huius artis finis: Eſt autem ius propter conſeruandam iuſtitiam introductum: quo ſenſu ICtus Vlpianus dixit, Ius à iuſtitia appellatum eſſe [a]: & iuſtitiam eſſe conſtantem & perpetuam voluntatem, Ius ſuum cuiq; tribuendi [b].

II. Ius ab eodem Vlpiano dicitur ars boni & æqui: cuius notitiam ICti. profiteantur: quia videlicet ex Iuris doctrina, etiam quid bonum & æquum ſit, quemq; facere vel non facere, quodammodò eluceat [c].

III. Iuriſprudentiam, ſimiliter dicit Vlpianus, eſſe diuinarum & humanarum rerum notitiam, Iuſti atq; iniuſti ſcientiam: quia diuini atq; humani Iuris notitiam, atq; ita iuſti e-

a. l. 1. in princip. h. tit. de iuſt. & iu.

b. l. 10. Iuſtitia. in princip. h. tit. & tex. in prin. tit. I. eo.

c. d. l. 1. in prin. verſ. ius eſt.

tiam & iniuſti ſcientiam, quodammodò informet doctrina iuris [d].

IIII. Huius ſtudij duæ ſunt poſitiones, publicum & priuatum: Publicum ius eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ pertinet: Priuatum ius dicitur, quod ad vtilitatē ſingulorum ſpectat [e].

V. Vtrumq; autem publicum & priuatum Ius, aut Naturale eſt, aut Poſitiuum: Ius naturale ſemper & bonũ & æquum eſſe docet I. C. Paulus: Ius Poſitiuum autem vtile eſſe omnibus aut pluribus in quacunq; ciuitate, vbi ſcilicet pro arbitrio ita conſtitutum eſt [f].

VI. Naturalia enim iura, vt alibi ait Iuſtinianus Imperator, diuina quadam prouidentia conſtituta, ſemper firma, atq; immutabilia permanent: ea verò, quæ ipſa ſibi quæq; ciuitas conſtituit, ſæpe mutari ſolent, vel tacito conſenſu populi, vel poſteà aliter lege lata [g]: Pontifex iuris Naturalis transgreſsionem periculum ſalutis inducere dixit: Iuris Poſitiui non item [h]: Sed hæc iuris diuerſitas, ex originis diuerſitate oritur.

VII. Collectum eſt enim, ex præceptis ſeu legibus Naturalibus, aut Poſitiuis, Gentium ſcilicet, aut Ciuilibus [i]: Ius Naturale largo modo pro inſtinctibus naturalibus, quas cum brutis animalibus communes habemus, acceptum, dicitur, quod Natura omnia animalia docuit [k]: Hinc deſcendere dicitur maris & fœminæ

d. d. l. iuſtitiæ. in fine. b. tit. & d. prin. tit. I. eo. & vide hæc luculenter explicata in dotalitio Tribonianeæ noſtræ lib. 1. tit. 1. de iuriſprudentiæ definitione.

e. d. l. 1. §. huius ſtudij. & §. huius ſtudij. I. de iuſt. et iur.

f. l. pen. in prin. h. tit. vide Ariſt. lib. 5. Ethico. ad Nicomach cap. 7. & explicata copioſius in dotalitio Tribonianeæ, lib. 1. tit. 2. de leg. nat. gent. & ciu § 1. & tit. 6. de iur. nat. gent. & ciu. §. 1.

g. §. ſed naturalia. I. d. iure nat. gent. et ciuili. vide in Tribon. d. §. 1. & 2 de lege nat. gent. & ciuili. & d. §. 1 & 2. de iur. nat. gent. & ciuili.

h c. fin. x. de conſuetud.

i. d. l. 1. §. priuatum ius. h. tit. & §. fin. I. eo.

k. d. l. 1. § ius Naturale, & tex. in prin. tit. I de iure nat. gent. et ciuili. & vtrobiq; Dd.

minæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio [l].

VIII. Sed propriè acceptum ius Naturale dicitur, quod cum ipſo genere humano rerum Natura prodidit: Ita enim ſub hoc iure accipimus, non inclinationes naturales nobis cum brutis animantibus communes, ſed ius illud, quod ratione naturali, & legibus Naturalib9, ex præceptis honeſtatis, ac iuſtitiæ inter homines conſtitutum eſt [m].

IX. Ius gentium eſt. quo gentes humanæ vtuntur [n]: Hoc à naturali, cùm id generaliter & largo modo accipimus, recedere, licet facilè intelligere, quia illud omnibus animantibus, hoc ſolis hominibus inter ſe commune eſt [o].

X. Quoties verò iuri Naturali, quod verè, ac propriè ita dicitur, ius Gentium opponitur, iuris Gentium appellatione intelligimus illud Poſitiuum, quod propter rationem circumſtantiarum, aut propter ſolùm legiſlatoris arbitrium, aliquid amplectitur, quod ratione naturali non erat conſtitutum [p].

XI. Sed & pro vero iure Naturali Ius Gentium ſæpè accipitur, quia hoc etiam Iure Gentes vt plurimum vtuntur: atque ita ex iure Gentium proficiſci dicitur, erga Deum religio, vt parentibus, & patriæ pareamus [q].

XII. Poſitiui autem iuris Gentium ſunt Seruitutes, quarum ratione Dominis in Ser-

l. *d.l. 1. §. ius natur. & d. prin. tit. I. de iur. nat. gent. & ciui.*

m. *§. ſingulorum. I. de rer. diuiſ. l. 1. ꝗ. de acqui. rer. dom. l. 2. §. ſed quia diuinæ. C. de vet. iur. enu. d. l. penult. in prin. h. tit. c. fin. x̂. de conſuetud. Dd. in d prin. tit. I. de iure nat. gent. & ciuili. Cic. lib. 1. de legibus. & lib. 2. in pr. itemq; lib. 1. de oratore. vide in Tribon. d. §. 1. & 2. tit. 6. de iure nat gent. & ciuili.*

n. *d. l. 1. § fin. h. tit.*

o. *d. l. 1. § fin.*

p. *d. l. 2. § ſed quia diuinæ. d. l pen. in prin. d. c. fin. Dd. in l. vlt. & ibi Bald. num. 1. & 3. ſeqq. C. ſi contra ius vel vtil. publ. VVeſenb. in paratit. h tit. nu. 16. And. Geyl. lib. 2. obſ. pract. obſ. 58. num. 1. & 2 & obſ. 127 nu. 7. Cic. lib. 2. de legibus. in prin.*

q. *§. ius autem ciuile verſ. quod vero naturalis. I de iure nat. gent. & ciuil. d. l. 1. §. fin. cum l. ſeq. h. tit.*

uos & ancillas, vitæ neciſq; poteſtas conceſſa erat: itemq́; manumiſſiones, quibus ab hoc iure liberabantur [r].

r. §.ſeruitus. I. de iu. perſo. tex. in prin. tit. I. de libertin. §. in poteſtate. I. de his qui ſui vel alie. iu. ſunt. l. 4. manumiſſiones. h. tit. l. 4. libertas. §. ſeruitus. ff. de ſtatu hom. l. 1. §. 1. ff. de his, qui ſui, vel alieni iu. ſunt.

XIII. Ex hoc quoq; iure Gentium introducta ſunt bella, diſcretæ Gentes, regna condita, dominia diſtincta, agris termini poſiti, ædificia collocata, commercium, emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes inſtitutæ, exceptis quibuſdam, quæ à iure ciuili introducta ſunt [s].

s. §. ius autem gentium. I. de iu. nat. gent. & ciuili. l. 5. ex hoc iure. h. tit.

XIIII. Ius Ciuile eſt, quod quiſq; populus ipſe ſibi conſtituit: idq́; nec in totum à Naturali, vel Gentium recedit, neq; per omnia ei ſeruit: cùm enim aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi Gentium, ius proprium, id eſt, Ciuile efficimus [t].

t. §. ius autem ciuile. I. de iure nat. Gent. & ciuili. l. 6. ius ciuile. h. tit.

XV. Et ius quidem Ciuile ex vnaquaq; ciuitate appellatur, veluti Athenienſium: Sed quoties non addimus nomen, cuius ſit ciuitatis, Romanum ius ſignificamus [u].

u. §. ſed ius quidem. I. de iu. nat. gent. & ciuili.

XVI. Conſtat autem ius noſtrum Romanũ, quo vtimur, aut ſcripto, aut ſinè ſcripto: Scriptum ius introductum eſt legibus totius populi Romani, itemq́; Plebiſcitis, Senatuſconſultis, Principum placitis, Magiſtratuum edictis, & Reſponſis prudentum [x].

x. §. conſtat autem. I. de iure nat. gent. & ciuili. d. l. ius ciuile. in fine.

XVII. Sed & Romanum ſcriptum Ius ſpecialiter diſtinguitur, in Ciuile, & Prætorium: Ius Ciuile dicitur, quod ex Legibus, Plebiſcitis, Senatuſconſultis, Principum decretis, & prudentium authoritate venit [y].

y. l. 7. ius autem ciuile. in prin. h. tit.

XVIII. Ius Prætorium eſt, quod Prætores, vel

vel Magiſtratus introduxerunt, adiuuandi, vel ſupplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam, quod & honorarium dicitur, ad honorem Prætorum ſic nominatum [z].

z. *d. l. ius autem ciuile. § fin.*

De origine iuris, & omnium Magiſtratuum, & Succeſſione prudentium: Tit. 2.

1. *Leges regiæ.*
2. *Leges duodecim tabularum.*
3. *Plebiſcita, Senatuſconſulta, reſponſa prudentum, edicta magiſtratuum, & conſtitutiones principum quando extiterint?*
4. *Octauius Auguſtus reſpondendi de iure facultatem impetrari voluit.*

I. AD originem autē Romani iuris, quod attinet, quia inconueniens eſt, omiſſis initijs, quaſi illotis manibus, protinus iuris materiam tractare [a], ſciendum eſt, populum Romanum initiò quidem ſinè lege certa, & certo iure vixiſſe: poſtea autem legibus à Regibus latis vti cœperunt: quas Sextus Papirius in vnum librum congeſſiſſe commemoratur [b].

a. *l. 1. h. tit.*

b. *l. 2. in prin. h. tit.*

II. Sed exactis Regibus hæ omnes leges rurſus exoluerunt: & poſtea leges à Græcis accerſitæ, & à Decemuiris in decem tabulas redactæ: mox aliæ inſuper leges duabus tabulis adiectæ, atq; ita duodecim tabularum leges propoſitæ fuerunt [c].

c. *d. l. 2. §. exactis.*

III. Exinde quoq; cùm varias mutationes pateretur Romana Reſpublica, Plebiſcita in vſu eſſe cæperunt, & Senatuſconſulta, & Re-

ſponſa prudentum, & edicta Prætorum, aliorumq; Magiſtratuum: & deniq; tranſlato rurſus à populo Romano ad Principes & Cæſares imperio, maximæ etiam authoritatis placita Principum eſſe cæperunt [d].

d. d.l.2.§. his legibus. cum ſeq. vbi vide Budæum, & alios recentiores.

IIII. Cumq; ante tempora Octauij Augusti Imperatoris, de iure reſpondendi ius, non à Principibus impetraretur, ſed qui fiduciam ſuorum ſtudiorum habebant, de iure reſponderent, primus Octauius Auguſtus, vt maior Iuriſconſultorum eſſet authoritas, conſtituit vt ex authoritate eius reſponderent, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio ab Imperatoribus cæpit [e].

e. d.l.2.§.pen.& vlt.

Diſput. II. Reſpond. Arnoldus Longimannus, Mengersbuſius.

De Legibus, Senatuſq; conſultis, & longa conſuetudine: Tit. 3.

1. 2. 3.	*Legis variæ deſcriptiones.*
4. 5. 6.	*Leges quomodò ſanciri debeant?*
7.8.9.10.11.12.	*Interpretatio quomodò facienda?*
13.14.15.	*Conſuetudo in dubio ſpectanda.*
16.17.18.19.20.	*Ex conſuetudine vel ſcripto quomodò ius veniat?*
21.22.23.	*Generalis aut Specialis Lex ad quos pertineat?*
24	*Ius quomodò conſtitutum, & quomodò referatur?*
25.26.27.	*Si quid contra legum prohibitionem fiat?*

I. CVm itaq; viri ſapientiſſimi, antiqui Romani iuris prudentes animaduerterent, Romanum etiam ius partim ex Naturalibus, partim ex Poſitiuis Legibus conſtare, relique-

liquerunt huius rei Teſtimonia, etiam in ipſis Generalibus Legum deſcriptionib9,& Papinianus ICtus. dixit: Legem eſſe commune præceptum virorum prudentium conſultum, delictorum, quæ ſponte, vel ignorantia contrahuntur, cohercitionem, communem Reipublicæ ſponſionem [a].

II. Iureconſultus autem Martianus,ex Demoſthenis ſententia dixit: Lex eſt, cui omnes homines obtemperare conuenit, cùm ob alia multa, tum verò maximè eò, quòd omnis Lex inuentum ac munus Dei eſt, conſultum prudentium hominum, cohercitio eorum, quæ vel ſpontè, vel ignorantia delinquuntur,communis ſponſio ciuitatis, ad cuius præſcriptum omnes, qui in ea Repub. ſunt, vitam inſtituere par eſt [b].

III. Et rurſus ex Philoſophi ſummæ Stoicæ ſapientiæ Chryſippi ſententia: Lex eſt tam diuinarum, quàm humanarum rerum omnium Regina, quò magis conuenit, vt non ſolùm rebus honeſtis, turpibusq; præſideat, ſed etiam principatum, ac ducatum teneat, & per hoc regulam præſcribat,iuſtis ſimul & iniuſtis, vtpote quæ animantibus ad colendam ciuitatem idoneis, facienda iubeat, prohibeatq́, non facienda [c].

IIII. Legis igitur virtus eſt, imperare, vetare, permittere, punire [d]: & cùm Lex in præteritum quid indulget, in futurum ſimul vetare id intelligitur [e].

V. Certum quoq; eſt, leges formam dare futuris

a. *l. 1. h. tit.*

b. *l. 2. in prin. h. tit.*

c. *d. l. 2. §. fin.*

d. *d. l. 7. legis virtus. h. tit. c. fin. d. 3.*

e. *l. 22. cum lex. h. tit.*

turis negocijs, non ad facta præterita reuocari, niſi nominatim, & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negocijs cautum ſit [f].

VI. Ad ea autem leges, iuraq; potiùs aptari debent, quæ frequenter, quàm quæ perrarò eueniunt [g], & non in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtitui [h].

VII. Cùm autem non poſſint ſemper omnes Articuli legibus ſingulatim comprehendi, Iuriſconſultus, & is, qui Iuriſdictioni præeſt, ſententiam legis, quæ in vna cauſa manifeſta eſt, ad ſimilia producere, & interpretatione, vel iuriſdictione, quod legi deeſt, ſupplere, atq; ita ius dicere debent [i].

VIII. Scire enim leges, non eſt verba earum tenere, ſed vim, ac poteſtatem [k]: benigniusq; leges interpretandæ ſunt, quô voluntas earum conſeruetur [l]: in ambigua autem voce legis, ea accipienda eſt ſignificatio, quę vitio caret [m]: neq; in rationes antiquarum poſitiuarum legum nimis anxiè inquirendum [n].

IX. Minimè verò mutanda ſunt, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt [o]: & inciuile eſt, niſi tota lege perſpecta, vna aliqua particula eius propoſita, iudicare, vel reſpondere [p].

X. Sed & nulla ratio iuris, aut Aequitatis benignitas patitur, vt quæ ſalubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione, contra ipſorum commodũ, producamus ad ſeueritatem [q].

XI. Non eſt nouum tamen, vt priores leges

f. l. 7. leges & conſtitutiones. C. h. tit.

g. l. 3. iura conſtitui. cum 3. ſeq. h. tit.

h. l. 8. Iura non h. tit.

i. l. 10. neq; leges. cum 3. ſeq. h. tit.

k. l. 17. ſcire leges. h. tit.

l. l. 18. benignius. h. tit.

m. l. 19. in ambigua. h. tit.

n. l. 20. non omnium. cum l. ſeq. h. tit.

o. l. 23. minimè. h. tit.

p. l. 24. inciuile. h. tit.

q. l. 25. mi.

ges ad poſteriores trahantur, & ſemper quaſi hoc Legibus ineſſe credi oportet, vt ad eas quoq; perſonas, & ad eas res pertineant, quæ quandoq; ſimiles erunt [r].

r. l. 26. non eſt nouum cum l. ſeq. h. tit.

XII. Sed & poſteriores leges ad priores pertinent, niſi contrariæ ſint [s]. inter contrarias enim leges regula hæc obtinet, quòd leges poſteriores potiores ſunt his, qui ipſas præceſſerunt [t].

s. l. 28. ſed & poſteriores. h. tit.

t. l. vlt. ff. de conſtit. prin.

XIII. Sed & quoties de interpretatione legis quæritur, in primis inſpiciendum eſt, quo iure ciuitas retrò in eiuſmodi caſibus vſa fuiſſet: optima eſt enim Legum interpres conſuetudo [u].

u. l. 37. ſi de interpretatione. h. tit.

XIIII. Nam & Imperator Seuerus reſcripſit, in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur, conſuetudinem, aut rerum perpetuò ſimiliter iudicatarum authoritatem, vim legis obtinere debere [x].

x. l. 28. nam Imperator. h. tit. de Legibus.

XV. Rectiſſimè verò etiam illud receptum eſt, vt leges ſcriptæ non ſolùm ſuffragio Legiſlatoris, ſed etiam tacito conſenſu omnium per deſuetudinem abrogentur [y].

y. d. l. de quibus.

XVI. Ex conſuetudine enim, vel ſinè ſcripto ius venit, quod vſus approbauit: nam diuturni mores conſenſu vtentium comprobati, legem ſcriptam imitantur, quippe cùm ipſæ leges ſcriptæ, non alia ex cauſa nos teneant, quàm quòd iudicio populi receptæ ſunt: meritò itaq; & ea, quæ ſinè vllo ſcripto populus probauit, tenebunt omnes [z]:

z. §. ſine ſcripto. I. de iure nat. gent. & ciuili. l. 32. de quibus. ff. de legibus.

XVII. Cùm autem de conſuetudine ciuita-

 tis,

tis, vel prouinciæ confidere quis videtur, primùm illud explorandum eſt, an etiam contradicto aliquando iudicio conſuetudo firmata ſit [a].

XVIII. Vis igitur vniformis conſuetudinis non minor, quàm ipſius ſcriptæ legis: vtpote cùm iuris ciuilis ſpecies ſit [b].

XIX. Diuturni autem mores, & rerum perpetuò ſimiliter iudicatarum authoritas, ſpectātur per annos plurimos, ſi nimirum conſuetudo confirmata ſit longa, aut longiſſima temporis præſcriptione [c].

XX. Ad formam enim legis ſcriptæ deliberatum populi iudicium requiritur, & expreſſus conſenſus: ad formam conſuetudinis, tacitus & vniformis conſenſus [d].

XXI. Diſtinguitur deinde Lex in Generalem, & ſpecialem. Generalis eſt, quæ ad omnes pertinet. Specialis contrà [e]: atq; hinc etiam iuris Generalis, & Specialis, ſeu Communis, & Singularis diſtinctio orta eſt [f].

XXII. Quæ generalis eſt lex, omnes obligat ad obedientiam, & ſcientiam [g]: Princeps etiam, quamuis legibus ſolutus ſit: digna tamen vox eſt Maieſtate Regnantis, legibus ſe alligatum profiteri principem, vt de authoritate iuris principalis pendeat authoritas, credaturq; reuerà maius imperio eſſe, ſubmittere legibus principatum, vtq; quod ſibi non licere patiuntur principes, id alijs indicent: Auguſta licèt legibus ſoluta non ſit, attamē Principes

a. *l. 34. cùm de conſuetudine. h. tit.*

b. *d. l. de quibus. l. 1. et vlt. C. quæ ſit longa conſuetudo.*

c. *l. 35. ſed & ea. cum d. l. nam Imperator. h. tit. Dd in d. §. ſinè ſcripto. & in d. l. de quibus. itemq; in c. vlt. x̃. de conſuetud.*

d. *d. l. de quibus. c. Lex eſt. d. 1. l. 1. ĵ. de aqua plu. arc.*

e. *d. l 2. & l. fin. C. hoc tit.*

f. *l. 14. quod vero contra. cum 2. ſeq. h. tit.*

g. *l. 9. leges. C h. tit. l. 7. diuus. § fin ĵ. de iure patronat. l. 25. contra legem. cum ſeq. h. tit.*

cipes eadem illi priuilegia tribuunt, quæ & ipſi habent [h].

XXIII. Specialis lex non omnes tenet [i], & ius ſingulare, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem, authoritate conſtituentium introductum eſt, non produci debet ad conſequentias [k].

XXIIII. Ergo omne ius, aut conſenſus fecit, aut neceſſitas conſtituit, aut firmauit conſuetudo [l]: & totum Ius, aut in acquirendo, aut in conſeruando, aut in minuendo conſiſtit [m].

XXV. Quæ autem lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolùm inutilia, ſed pro infectis etiam habentur, licèt Legiſlator fieri prohibuerit tantùm, nec ſpecialiter dixerit, inutile eſſe debere, quod contrà factum fuerit [n].

XXVI. Sed etſi quid fuerit ſubſecutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum eſt, illud quoq; caſſum & inutile eſſe præcipitur: adeò vt nullum pactum, nullam conuentionem, nullum contractum, nullam ſtipulationem, nec mandatū, nec ſacramentum, contra prohibitionem legis admitti debere, ab Imperatoribus Theodoſio & Valentiniano ſit reſcriptum [o]: quanquàm Pontificij, quæ mediante iuramento geſta ſunt, rata haberi volunt [p].

XXVII. Contra legem verò feciſſe dicitur, qui id fecit, quod lex prohibet: ſicut in fraudem etiam legis feciſſe is dicitur, qui ſaluis verbis legis, ſententiam eius circumuenit [q].

h. l.31. princeps. h. tit. l. 4. digna vox. C. eo § fin. I. quib. mo teſta. infirm. l. 23. ex imperfecto. ff. de legat. 3. l. 3. ex imperfecto. C. de teſtamētis. l. 7. cū multa. C. de bō. quæ lib.

i. § ſed & quod Principi. I. de iure nat. gent. & ciuil. l. 1. § fin. ff. de conſtit. prin. & d. l. 9. leges. C. h. tit.

k. d. l. 14. quod vero contra. cum 2. ſeq. h. tit.

l. l. pen. h. tit.

m. l. vlt. h. tit. de legibus.

n. l. 5. non dubium. C. de legibus. & conſtit. princip.

o. d. l. non dubium.

p. cùm contingat. x. de iureiur. c. licèt. de iureiu. in 6. & vtrobiq; Canoniſtæ.

q. l. 29. contra legem. cum ſeq. h. tit. & d. l. non dubium. in prin.

De conſtitutionibus Principum: Tit. 4.

1. 2. *Principes legum ſanciendarum habent poteſtatem : & quomodò ea vti debeant?*
3. 4. *Quando Principum placita pro generalibus legibus habeantur?*
5. *Quando de iure generali ſit aliquid remittendum?*
6. *Mandatum principis proferri debet.*

I. QVod Principi placuit, legis etiam habet vigorem, ſiue per Epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decreuit, vel edicto præcepit: atq; hæc ſunt, quæ conſtitutiones appellantur [a]: imò omnem omninò tam legis nouæ ſanciẽdæ, quàm ſancitæ mutãdę poteſtatem principes ſibi paulatim vendicârunt, & vt tam conditor, quàm interpres legis ſolus Imperator ſit, aliquocies ſancitum eſt [b].

II. Humanum autem eſſe, probârunt optimi Imperatores, Theodoſius & Valentinianus, quod formam generalem, & antiquis Legibus non inſertam expoſcat, id ab omnibus antea, tam proceribus Imperialis palatij, quàm glorioſiſsimo Senatu Romano tractari, vt tùm demum, cùm omnes conſenſerint, quod vniuerſorum Senatus probauit, Imperialis ſerenitatis authoritate confirmetur [c].

III. Non aliter tamen Principum conſtitutiones ꝓ generalibus legibus habentur, quàm ſi vel edicti nuncupatione cenſeantur, vel per omnes populos Iudicum programmatibus diuulgentur, vel expreſſim contineant, quod Principes cenſuerint, ea quæ in certis negocijs ſtatuta ſunt, ſimilium quoq; cauſarum fata com-

a. § ſed & quod princi. I. de iure nat. gent. & ciuili. l. 1. in prin. h. tit.

b. l. 1. l. 9. leges ſacratiſſimæ. l. pen. & vlt. C. de legib. & conſt. prin.

c. l. 5. humanum C. de legibus & conſt. prin.

ta componere, vel ſi leges Generales vocatæ ſint, & ad omnes pertinere iuſſæ[d].

IIII. Nam cùm etiam inter placita principalia quædam ſpecialia, & ſingularia vel perſonalia ſint, non debent vnius fortè, aut alterius negocij interlocutiones in commune præiudicare, neque ea, quæ ſpecialiter quibuſdam conceſſa ſunt, ad Generalitatis obſeruantiam deduci[e].

V. Sed & in reb⁹ nouis ab Imperatorib⁹ conſtituendis, euidens debet eſſe vtilitas, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum viſum eſt[f]: quamuis alioqui beneficia Principum latiſſimè interpretari debeamus[g]: quod ſcilicet contra ius vel vtilitatem publicam, vel per mendacium, impetratum non eſt[h].

VI. Sanè ſi quis aſſerat, cum mandatis Imperialibus ſecretis, ſe veniſſe, nemini quicquam, niſi quod ſcriptis probauerit, erit credendum: nec vllius dignitate, ſiue ille Tribuni, ſiue notarij, ſiue Comitis proferat dignitatem, terreri quenquam oportet, ſed ſacræ Imperiales literæ querendæ erunt[i].

d. l. 3. C. de legibus & conſt. prin.

e. d. § ſed & quod princi. I. de iu. nat. gent. & ciuili. l. 1. in fin. h. tit. & d. l. 3. C. de legibus & conſt. prin.

f. l. 2. h. tit.

g. l. 3. h. tit.

h. l. vlt. & toto tit. C. ſi contra ius vel vtil. pub. vel per menda. fuerit aliquid poſtulatum. vel impetratum. l. vn. C. de ſenatusconſ.

i. l. 1. C. de mandat. Princip.

✻

Diſput. III. Reſpond. Hinricus Scharnhorſt, Neoſtadianus.

De ſtatu hominum: Tit. 5.

1. *Ius pertinet ad perſonas, res, vel actiones.*
2. *Homines aut liberi ſunt, aut ſerui: & libertas quid?*
3. 4. *Seruitus quid, & quomodò conſtituatur?*

5.6.7.8.9. *Liberi aut ingenui ſunt aut libertini, & quomodò ingenui naſcantur?*
10. 11. *Libertini quomodò fiant?*
12. *Seruorum qualis fuerit, & ſit conditio.*
13. *Liberi homines ius ciuitatis Romanæ habent.*

I. OMne ius quo vtimur, vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones: cùm verò hominum cauſa omne ius conſtitutum ſit, primò de ſtatu perſonarum dicendum eſt [a].

II. Summa itaq; diuiſio perſonarum hæc eſt, quòd omnes homines aut liberi ſunt, aut ſerui: Libertas eſt naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet, niſi ſi quid vi aut iure prohibetur [b].

III. Seruitus verò eſt conſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubijcitur [c]: Seruorum conditio vna eſt: & rediguntur in dominium noſtrum, vel iure gentium, vel iure ciuili [d].

IIII. Iure ciuili, cùm maior 25. annis, ad precium participandum, venire ſe patitur: iure verò gentium ſerui noſtri ſunt, qui ab hoſtibus capiuntur, aut qui ex ancillis noſtris naſcuntur [e].

V. Liberorum hominum quidam ingenui ſunt, quidam libertini [f]: & quidem cùm ſerui omnes alieni iuris ſint, liberi homines contrà quidam alieni iuris ſunt, quidam ſui iuris [g].

VI. Ingenui ſunt, qui ex matre libera nati ſunt: & quidem ſufficit vel conceptionis, vel natiuitatis, vel quo medio tempore liberam fuiſſe matrem [h]: quinimò ingenuus etiam is reputatur

a. l.2. h.tit. & §. fin. I. de iur. nat. gent. & ciuili.

b. l.3. et l.4. h. tit. et concordat. tex. in prin. tit. I. de iur. perſo.

c. l.4. h. tit. & Inſtit. de iu. perſon. in prin.

d. l.5. & ſeruorum. in pr. et §.1. h. tit. §. pen. & vlt. I. de iure perſon.

e. d. l.5. & ſeruorum. §.1. d §. pen. & vlt.

f. d. l. & ſeruorum. in pr.

g. tex. in prin. t. Inſtit. de his qui ſui vel alie. iur. ſunt. l. 1. in pr. & l 3. ſ. tit. prox.

h. d. l. & ſeruorum. §. ingenui. & concordat. tex. in pr. tit. & §.1. I. de ingenuis.

tatur, de quo ſententia lata eſt, quamuis fuerit libertinus, quia res iudicata pro veritate accipitur [i].

VII. Et Herennius Modeſtinus reſpondit, ſi eo tempore enixa eſt ancilla, quo ſecundùm legem donationis manumiſſa eſſe debuit, cùm ex cõſtitutione, Diui Marci ſcilicet, libera fuerit, ingenuum eſſe ex ea natum [k].

VIII. Imperator quoq; Hadrianus Publicio Marcello reſcripſit, liberam, quæ pregnans vltimo ſupplicio damnata eſt, liberum parere, & ſolitum eſſe ſeruari eam, dum partum aderet: ſed etſi ei, quæ ex iuſtis nuptijs concepit, aqua & igni interdictum eſt, ciuem Romanum parit & in poteſtate patris [l].

IX. Cum autem ingenuus aliquis natus ſit, non officit ei in putatiua ſeruitute fuiſſe, & poſteà manumiſſum eſſe: ſæpiſſimè enim conſtitutum eſt, natalibus non officere manumiſſionem, & Imp. Antoninus reſcripſit, non lædi ſtatum liberorum, ob tenorem inſtrumenti malè concepti [m].

X. Libertini ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt [n]: adeò vt homo etiam liber & ingenuus, qui maior 25. annis, ad precium participandum, ſe venire paſſus eſt in ſeruitutem veram, manumiſſus non ad ſtatum reuertatur, quo ſe abdicauit, ſed efficiatur libertinæ conditionis [o].

XI. Seruus autem, in cauſa capitali, fortunæ iudicio à domino commiſſus, & ſi fuerit abſo-

i. *l.25. Ingenuum. h. tit.*

k. *l.22. Herennius. h. tit.*

l. *l.18. Imp. Hadrianus. h. tit.*

m. *§ vlt. I. de ingen. l.2. C. de ingenu. manumiß.*

n. *tex. in prin. t. I. de libertin. l.6. libertini. ff. de ſtat. ho.*

o. *l.5. §.1. verſ. iure ciuili. cum l.21. homo liber. h. tit*

d. d.l.iuſtitiæ. in fine. h. tit. & d. prin. tit. I. eo. & vide hæc luculenter explicata in dotalitio Tribonianeæ. noſtræ lib. 1. tit. 1. de iuriſprudentia definitione.

tiam & iniuſti ſcientiam, quodammodò informet doctrina iuris [d].

e. d.l.1.§.huius ſtudij. & §. huius ſtudij. I. de iuſt. et iur.

IIII. Huius ſtudij duæ ſunt poſitiones, publicum & priuatum: Publicum ius eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ pertinet: Priuatum ius dicitur, quod ad vtilitatē ſingulorum ſpectat [e].

f. l.pen.in prin.h.tit.vide Ariſt. lib. 5. Ethico. ad Nicomach cap.7. & explicata copioſius in dotalitio Tribonianeæ, lib. 1. tit. 2. de leg. nat. gent.& ciu § 1. & tit. 6. de iur.nat.gent.& ciu.§. 1.

V. Vtrumq; autem publicum & priuatum Ius, aut Naturale eſt, aut Poſitiuum: Ius naturale ſemper & bonū & æquum eſſe docet I. C. Paulus: Ius Poſitiuum autem vtile eſſe omnibus aut pluribus in quacunq; ciuitate, vbi ſcilicet pro arbitrio ita conſtitutum eſt [f].

g. §. ſed naturalia. I. d. iure nat.gent.et ciuili. vide in Tribon.d.§. 1. & 2 de lege nat. gent.& ciuili & d.§.1 & 2 de iur.nat. gent. & ciuili.

h. c.fin.x̃. de conſuetud.

VI. Naturalia enim iura, vt alibi ait Iuſtinianus Imperator, diuina quadam prouidentia conſtituta, ſemper firma, atq; immutabilia permanent: ea verò, quæ ipſa ſibi quæq; ciuitas conſtituit, ſæpe mutari ſolent, vel tacito conſenſu populi, vel poſteà aliter lege lata [g]: Pontifex iuris Naturalis transgreſsionem periculum ſalutis inducere dixit: Iuris Poſitiui non item [h]: Sed hæc iuris diuerſitas, ex originis diuerſitate oritur.

i. d. l. 1. §. priuatum ius. h. tit.& §.fin.I.eo.

k. d.l.1.§ ius Naturale, & tex.in prin.tit.I de iure nat. gent.et ciuili & vtrobiq; Dd.

VII. Collectum eſt enim, ex præceptis ſeu legibus Naturalibus, aut Poſitiuis, Gentium ſcilicet, aut Ciuilibus [i]: Ius Naturale largo modo pro inſtinctibus naturalibus, quas cum brutis animalibus communes habemus, acceptum, dicitur, quod Natura omnia animalia docuit [k]: Hinc deſcendere dicitur maris & fœminæ

minæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio [l].

VIII. Sed propriè acceptum ius Naturale dicitur, quod cum ipſo genere humano rerum Natura prodidit: Ita enim ſub hoc iure accipimus, non inclinationes naturales nobis cum brutis animantibus communes, ſed ius illud, quod ratione naturali, & legibus Naturalib9, ex præceptis honeſtatis, ac iuſtitiæ inter homines conſtitutum eſt [m].

IX. Ius gentium eſt. quo gentes humanæ vtuntur [n]: Hoc à naturali, cùm id generaliter & largo modo accipimus, recedere, licet facilè intelligere, quia illud omnibus animantibus, hoc ſolis hominibus inter ſe commune eſt [o].

X. Quoties verò iuri Naturali, quod verè, ac propriè ita dicitur, ius Gentium opponitur, iuris Gentium appellatione intelligimus illud Poſitiuum, quod propter rationem circumſtantiarum, aut propter ſolùm legiſlatoris arbitrium, aliquid amplectitur, quod ratione naturali non erat conſtitutum [p].

XI. Sed & pro vero iure Naturali Ius Gentium ſæpè accipitur, quia hoc etiam Iure Gentes vt plurimum vtuntur: atque ita ex iure Gentium proficiſci dicitur, erga Deum religio, vt parentibus, & patriæ pareamus [q].

XII. Poſitiui autem iuris Gentium ſunt Seruitutes, quarum ratione Dominis in Ser-

l. *d.l. 1. §. ius natur. & d. prin. tit. I. de iur. nat. gent. & ciui.*

m. *§ ſingulorum. I. de rer. diuiſ. l. 1. ſ. de acqui. rer. dom. l. 2. §. ſed quia diuinæ. C. de vet. iur. enu. d. l. penult. in prin. h. tit. c. fin. x. de conſuetud. Dd. in d prin. tit. I. de iure nat. gent. & ciuili. Cic. lib. 1. de legibus. & lib. 2. in pr. itemq; lib. 1. de oratore. vide in Tribon. d. §. 1. & 2. tit. 6. de iure nat gent. & ciuili.*

n. *d. l. 1. § fin. h. tit.*

o. *d. l. 1. § fin.*

p. *d. l. 2. § ſed quia diuinæ. d. l pen. in prin. d. c. fin. Dd. in l. vlt. & ibi Bald. num. 1. & 3. ſeqq. C. ſi contra ius vel vtil. publ. VVeſenb. in paratit. h tit. nu. 16. And Geyl. lib. 2. obſ. pract. obſ. 58. num. 1. & 2 & obſ. 127 nu. 7. Cic. lib. 2. de legibus. in prin.*

q. *§. ius autem ciuile verſ. quod vero naturalis. I de iure nat. gent. & ciuil. d. l. 1. §. fin. cum l. ſeq. h. tit.*

uos & ancillas, vitæ neciſq; poteſtas conceſſa erat: itemq; manumiſſiones, quibus ab hoc iure liberabantur [r].

r. §. ſeruitus. I. de iu. perſo. tex. in prin. tit. I. de libertin. §. in poteſtate. I. de his qui ſui vel alie. iu. ſunt. l. 4. manumiſſiones. h. tit. l. 4. libertas. §. ſeruitus. ꝭ. de ſtatu hom. l. 1. §. 1. ꝭ. de his, qui ſui, vel alieni iu. ſunt.

XIII. Ex hoc quoq; iure Gentium introducta ſunt bella, diſcretæ Gentes, regna condita, dominia diſtincta, agris termini poſiti, ædificia collocata, commercium, emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes inſtitutæ, exceptis quibuſdam, quæ à iure ciuili introducta ſunt [s].

s. §. ius autem gentium. I. de iu. nat gent. & ciuili. l. 5. ex hoc iure. h. tit.

XIIII. Ius Ciuile eſt, quod quiſq; populus ipſe ſibi conſtituit: idq; nec in totum à Naturali, vel Gentium recedit, neq; per omnia ei ſeruit: cùm enim aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi Gentium, ius proprium, id eſt, Ciuile efficimus [t].

t. §. ius autem ciuile. I. de iure nat. Gent. & ciuili. l. 6. ius ciuile. h. tit.

XV. Et ius quidem Ciuile ex vnaquaq; ciuitate appellatur, veluti Athenienſium: Sed quoties non addimus nomen, cuius ſit ciuitatis, Romanum ius ſignificamus [u].

u. §. ſed ius quidem. I. de iu. nat. gent. & ciuili.

XVI. Conſtat autem ius noſtrum Romanũ, quo vtimur, aut ſcripto, aut ſinè ſcripto: Scriptum ius introductum eſt legibus totius populi Romani, itemq; Plebiſcitis, Senatuſconſultis, Principum placitis, Magiſtratuum edictis, & Reſponſis prudentum [x].

x. §. conſtat autem. I. de iure nat. gent. & ciuili. d. l. ius ciuile. in fine.

XVII. Sed & Romanum ſcriptum Ius ſpecialiter diſtinguitur, in Ciuile, & Prætorium: Ius Ciuile dicitur, quod ex Legibus, Plebiſcitis, Senatuſconſulris, Principum decretis, & prudentium authoritate venit [y].

y. l. 7. ius autem ciuile. in prin. h. tit.

XVIII. Ius Prætorium eſt, quod Prætores, vel

vel Magiſtratus introduxerunt, adiuuandi, vel ſupplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam, quod & honorarium dicitur, ad honorem Prætorum ſic nominatum [z].

z. *d. l. ius autem ciuile. § fin.*

De origine iuris, & omnium Magiſtratuum, & Succeſſione prudentium: Tit. 2.

1. *Leges regiæ.*
2. *Leges duodecim tabularum.*
3. *Plebiſcita, Senatuſconſulta, reſponſa prudentum, edicta magiſtratuum, & conſtitutiones principum quando extiterint?*
4. *Octauius Auguſtus reſpondendi de iure facultatem impetrari voluit.*

I. AD originem autẽ Romani iuris, quod attinet, quia inconueniens eſt, omiſſis initijs, quaſi illotis manibus, protinus iuris materiam tractare [a], ſciendum eſt, populum Romanum initiò quidem ſinè lege certa, & certo iure vixiſſe: poſtea autem legibus à Regibus latis vti cœperunt: quas Sextus Papirius in vnum librum congeſſiſſe commemoratur [b].

a. *l. 1. h. tit.*

b. *l. 2. in prin. h. tit.*

II. Sed exactis Regibus hæ omnes leges rurſus exoluerunt: & poſtea leges à Græcis accerſitæ, & à Decemuiris in decem tabulas redactæ: mox aliæ inſuper leges duabus tabulis adiectæ, atq; ita duodecim tabularum leges propoſitæ fuerunt [c].

c. *d. l. 2. §. exactis.*

III. Exinde quoq; cùm varias mutationes pateretur Romana Reſpublica, Plebiſcita in vſu eſſe cæperunt, & Senatuſconſulta, & Re-

ſponſa prudentum, & edicta Prætorum, aliorumq; Magiſtratuum: & deniq; tranſlato rurſus à populo Romano ad Principes & Cæſares imperio, maximæ etiam authoritatis placita Principum eſſe cæperunt [d].

d. d.l.2.§. his legibus. cum ſeq. vbi vide Budæum, & alios recentiores.

IIII. Cumq; ante tempora Octauij Auguſti Imperatoris, de iure reſpondendi ius, non à Principibus impetraretur, ſed qui fiduciam ſuorum ſtudiorum habebant, de iure reſponderent, primus Octauius Auguſtus, vt maior Iuriſconſultorum eſſet authoritas, conſtituit vt ex authoritate eius reſponderent, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio ab Imperatoribus cæpit [e].

e. d.l.2.§.pen.& vlt.

Diſput. II. Reſpond. Arnoldus Longimannus, Mengershuſius.

De Legibus, Senatuſq; conſultis, & longa conſuetudine: Tit. 3.

1. 2. 3.	*Legis variæ deſcriptiones.*
4. 5. 6.	*Leges quomodò ſanciri debeant?*
7.8.9.10.11.12.	*Interpretatio quomodò facienda?*
13.14.15.	*Conſuetudo in dubio ſpectanda.*
16.17.18.19.20.	*Ex conſuetudine vel ſcripto quomodò ius veniat?*
21.22.23.	*Generalis aut Specialis Lex ad quos pertineat?*
24	*Ius quomodò conſtitutum, & quomodo referatur?*
25.26.27.	*Si quid contra legum prohibitionem fiat?*

I. CVm itaq; viri ſapientiſſimi, antiqui Romani iuris prudentes animaduerterent, Romanum etiam ius partim ex Naturalibus, partim ex Poſitiuis Legibus conſtare, relique-

liquerunt huius rei Teſtimonia, etiam in ipſis Generalibus Legum deſcriptionib9,& Papinianus ICtus. dixit: Legem eſſe commune præceptum virorum prudentium conſultum, delictorum, quæ ſponte, vel ignorantia contrahuntur, cohercitionem, communem Reipublicæ ſponſionem [a]. *a. l. 1. h. tit.*

II. Iureconſultus autem Martianus, ex Demoſthenis ſententia dixit: Lex eſt, cui omnes homines obtemperare conuenit, cùm ob alia multa, tum verò maximè eô, quòd omnis Lex inuentum ac munus Dei eſt, conſultum prudentium hominum, cohercitio eorum, quæ vel ſponte, vel ignorantia delinquuntur, communis ſponſio ciuitatis, ad cuius præſcriptum omnes, qui in ea Repub. ſunt, vitam inſtituere par eſt [b]. *b. l. 2. in prin. h. tit.*

III. Et rurſus ex Philoſophi ſummæ Stoicæ ſapientiæ Chryſippi ſententia: Lex eſt tam diuinarum, quàm humanarum rerum omnium Regina, quò magis conuenit, vt non ſolùm rebus honeſtis, turpibusq; præſideat, ſed etiam principatum, ac ducatum teneat, & per hoc regulam præſcribat, iuſtis ſimul & iniuſtis, vtpote quæ animantibus ad colendam ciuitatem idoneis, facienda iubeat, prohibeatq; non facienda [c]. *c. d. l. 2. §. fin.*

IIII. Legis igitur virtus eſt, imperare, vetare, permittere, punire [d]: & cùm Lex in præteritum quid indulget, in futurum ſimul vetare id intelligitur [e]. *d. d. l. 7. legis virtus. h. tit. c. fin. d. 3.* *e. l. 22. cum lex. h. tit.*

V. Certum quoq; eſt, leges formam dare futuris

turis negocijs, non ad facta præterita reuocari, niſi nominatim, & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negocijs cautum ſit [f].

f. l. 7. leges & conſtitutiones. C. h. tit.

VI. Ad ea autem leges, iuraq; potiùs aptari debent, quæ frequenter, quàm quæ perraro eueniunt [g], & non in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtitui [h].

g. l. 3. iura conſtitui. cum 3. ſeq. h. tit.

h. l. 8. Iura non h. tit.

VII. Cùm autem non poſſint ſemper omnes Articuli legibus ſingulatim comprehendi, Iuriſconſultus, & is, qui Iuriſdictioni præeſt, ſententiam legis, quæ in vna cauſa manifeſta eſt, ad ſimilia producere, & interpretatione, vel iuriſdictione, quod legi deeſt, ſupplere, atq; ita ius dicere debent [i].

i. l. 10. neq; leges. cum 3. ſeq. h. tit.

VIII. Scire enim leges, non eſt verba earum tenere, ſed vim, ac poteſtatem [k]: benigniusq; leges interpretandæ ſunt, quò voluntas earum conſeruetur [l]: in ambigua autem voce legis, ea accipienda eſt ſignificatio, quę vitio caret [m]: neq; in rationes antiquarum poſitiuarum legum nimis anxiè inquirendum [n].

k. l. 17. ſcire leges h. tit.

l. l. 18. benignius. h. tit.

m. l. 19. in ambigua. h. tit.

n. l. 20. non omnium. cum l. ſeq. h. tit.

IX. Minimè verò mutanda ſunt, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt [o]: & inciuile eſt, niſi tota lege perſpecta, vna aliqua particula eius propoſita, iudicare, vel reſpondere [p].

o. l. 23. minimè. h. tit.

p. l. 24. inciuile. h. tit.

X. Sed & nulla ratio iuris, aut Aequitatis benignitas patitur, vt quæ ſalubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione, contra ipſorum commodũ, producamus ad ſeueritatem [q].

q. l. 25. mi.

XI. Non eſt nouum tamen, vt priores leges

ges ad poſteriores trahantur, & ſemper quaſi hoc Legibus ineſſe credi oportet, vt ad eas quoq; perſonas, & ad eas res pertineant, quæ quandoq; ſimiles erunt [r].

r. *l. 26. non eſt nouum. cum l. ſeq. h. tit.*

XII. Sed & poſteriores leges ad priores pertinent, niſi contrariæ ſint [s]: inter contrarias enim leges regula hæc obtinet, quòd leges poſteriores potiores ſunt his, qui ipſas præceſſerunt [t].

s. *l. 28. ſed & poſteriores. h. tit.*

t. *l. vlt. ꝑ. de conſtit. prin.*

XIII. Sed & quoties de interpretatione legis quæritur, in primis inſpiciendum eſt, quo iure ciuitas retrò in eiuſmodi caſibus vſa fuiſſet: optima eſt enim Legum interpres conſuetudo [u].

u. *l. 37. ſi de interpretatione. h. tit.*

XIIII. Nam & Imperator Seuerus reſcripſit, in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur, conſuetudinem, aut rerum perpetuò ſimiliter iudicatarum authoritatem, vim legis obtinere debere [x].

x. *l. 28. nam Imperator. h. tit. de Legibus.*

XV. Rectiſſimè verò etiam illud receptum eſt, vt leges ſcriptæ non ſolùm ſuffragio Legiſlatoris, ſed etiam tacito conſenſu omnium per deſuetudinem abrogentur [y].

y. *d. l. de quibus.*

XVI. Ex conſuetudine enim, vel ſinè ſcripto ius venit, quod vſus approbauit: nam diuturni mores conſenſu vtentium comprobati, legem ſcriptam imitantur, quippe cùm ipſæ leges ſcriptæ, non alia ex cauſa nos teneant, quàm quòd iudicio populi receptæ ſunt: meritò itaq; & ea, quæ ſinè vllo ſcripto populus probauit, tenebunt omnes [z]:

z. *§. ſine ſcripto. I. de iure nat. gent. & ciuili. l. 32. de quibus. ff. de legibus.*

XVII. Cùm autem de conſuetudine ciuita-

tis, vel prouinciæ conſidere quis videtur, primùm illud explorandum eſt, an etiam contradicto aliquando iudició conſuetudo firmata ſit [a].

XVIII. Vis igitur vniformis conſuetudinis non minor, quàm ipſius ſcriptæ legis: vtpote cùm iuris ciuilis ſpecies ſit [b].

XIX. Diuturni autem mores, & rerum perpetuò ſimiliter iudicatarum authoritas, ſpectâtur perannos plurimos, ſi nimirum conſuetudo confirmata ſit longa, aut longiſſima temporis præſcriptione [c].

XX. Ad formam enim legis ſcriptæ deliberatum populi iudicium requiritur, & expreſſus conſenſus: ad formam conſuetudinis, tacitus & vniformis conſenſus [d].

XXI. Diſtinguitur deinde Lex in Generalem, & ſpecialem. Generalis eſt, quæ ad omnes pertinet. Specialis contrà [e]: atq; hinc etiam iuris Generalis, & Specialis, ſeu Communis, & Singularis diſtinctio orta eſt [f].

XXII. Quæ generalis eſt lex, omnes obligat ad obedientiam, & ſcientiam [g]: Princeps etiam, quamuis legibus ſolutus ſit: digna tamen vox eſt Maieſtate Regnantis, legibus ſe alligatum profiteri principem, vt de authoritate iuris principalis pendeat authoritas, credaturq; reuera maius imperio eſſe, ſubmittere legibus principatum, vtq; quod ſibi non licere patiuntur principes, id alijs indicent: Auguſta licèt legibus ſoluta non ſit, attamẽ Principes

a. l. 34. cùm de conſuetudine. h. tit.

b. d. l. de quibus. l. 1. et vlt. C. quæ ſit longa conſuetudo.

c. l. 35. ſed & ea. cum d. l. nam Imperator. h. tit. Dd in d. § ſine ſcripto. & in d. l. de quibus. itemq; in c. vlt. x. de conſuetud.

d. d. l. de quibus. c. Lex eſt. d. l. 1. § 1. ff. de aqua plu. arc.

e. d. l 2. & l. fin. C. hoc tit.

f. l. 14. quod vero contra. cum 2. ſeq. h. tit.

g. l. 9. leges. C h. tit. l. 7. diuus. § fin ff. de iure patronat. l. 25. contra legem. cum ſeq. h. tit.

cipes eadem illi priuilegia tribuunt, quæ & ipſi habent [h].

XXIII. Specialis lex non omnes tenet [i], & ius ſingulare, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem, authoritate conſtituentium introductum eſt, non produci debet ad conſequentias [k].

XXIIII. Ergo omne ius, aut conſenſus fecit, aut neceſſitas conſtituit, aut firmauit conſuetudo [l]: & totum Ius, aut in acquirendo, aut in conſeruando, aut in minuendo conſiſtit [m].

XXV. Quæ autem lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolùm inutilia, ſed pro infectis etiam habentur, licèt Legiſlator fieri prohibuerit tantùm, nec ſpecialiter dixerit, inutile eſſe debere, quod contrà factum fuerit [n].

XXVI. Sed etſi quid fuerit ſubſecutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum eſt, illud quoq; caſſum & inutile eſſe præcipitur: adeò vt nullum pactum, nullam conuentionem, nullum contractum, nullam ſtipulationem, nec mandatũ, nec ſacramentum, contra prohibitionem legis admitti debere, ab Imperatoribus Theodoſio & Valentiniano ſit reſcriptum [o]: quanquàm Pontificij, quæ mediante iuramento geſta ſunt, rata haberi volunt [p].

XXVII. Contra legem verò feciſſe dicitur, qui id fecit, quod lex prohibet: ſicut in fraudem etiam legis feciſſe is dicitur, qui ſaluis verbis legis, ſententiam eius circumuenit [q].

h. l.31. princeps. h. tit. l. 4. digna vox. C. eo§. fin. I. quib. mo teſta. infirm. l. 23. ex imperfecto. ſ. de legat. 3. l. 3. ex imperfecto. C. de teſtamẽtis. l. 7. cũ multa. C. de bõ. quæ lib.

i. §. ſed & quod Principi. I. de iure nat. gent. & ciuil. l. 1. §. fin. ſ. de conſtit. prin. & d. l. 9. leges. C. h. tit.

k. d. l. 14. quod vero contra. cum 2. ſeq. h. tit.

l. l. pen. h. tit.

m. l. vlt. h. tit. de legibus.

n. l. 5. non dubium. C. de legibus. & conſtit. princip.

o. d. l. non dubium.

p. cùm contingat. x̃. de iureiur. c. licèt. de iureiu. in 6. & vtrobiq; Canoniſtæ.

q. l. 29. contra legem. cum ſeq. h. tit. & d. l. non dubium. in prin.

De conſtitutionibus Principum: Tit. 4.

1. 2. *Principes legum ſanciendarum habent poteſtatem: & quomodò ea vti debeant?*
3. 4. *Quando Principum placita pro generalibus legibus habeantur?*
5. *Quando de iure generali ſit aliquid remittendum?*
6. *Mandatum principis proferri debet.*

I. QVod Principi placuit, legis etiam habet vigorem, ſiue per Epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decreuit, vel edicto præcepit: atq; hæc ſunt, quæ conſtitutiones appellantur [a]: imò omnem omninò tam legis nouæ ſanciẽdæ, quàm ſancitæ mutādę poteſtatem principes ſibi paulatim vendicârunt, & vt tam conditor, quàm interpres legis ſolus Imperator ſit, aliquocies ſancitum eſt [b].

II. Humanum autem eſſe, probârunt optimi Imperatores, Theodoſius & Valentinianus, quod formam generalem, & antiquis Legibus non inſertam expoſcat, id ab omnibus antea, tam proceribus Imperialis palatij, quàm glorioſiſsimo Senatu Romano tractari, vt tùm demum, cùm omnes conſenſerint, quod vniuerſorum Senatus probauit, Imperialis ſerenitatis authoritate confirmetur [c].

III. Non aliter tamen Principum conſtitutiones ꝓ generalibus legibus habentur, quàm ſi vel edicti nuncupatione cenſeantur, vel per omnes populos Iudicum programmatibus diuulgentur, vel expreſſim contineant, quod Principes cenſuerint, ea quæ in certis negocijs ſtatuta ſunt, ſimilium quoq; cauſarum fata com-

a. *§. ſed & quod princi. I. de iure nat. gent. & ciuili. l. 1. in prin. h. tit.*

b. *l. 1. l. 9. leges ſacratiſſimæ. l. pen. & vlt. C. de legib. & conſt. prin.*

c. *l. 5. humanum C. de legibus & conſt. prin.*

ta componere, vel ſi leges Generales vocatæ ſint, & ad omnes pertinere iuſſæ[d].

IIII. Nam cùm etiam inter placita principalia quædam ſpecialia, & ſingularia vel perſonalia ſint, non debent vnius fortè, aut alterius negocij interlocutiones in commune præiudicare, neque ea, quæ ſpecialiter quibuſdam conceſſa ſunt, ad Generalitatis obſeruantiam deduci[e].

V. Sed & in reb⁹ nouis ab Imperatorib⁹ conſtituendis, euidens debet eſſe vtilitas, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum viſum eſt[f]: quamuis alioqui beneficia Principum latiſſimè interpretari debeamus[g]: quod ſcilicet contra ius vel vtilitatem publicam, vel per mendacium, impetratum non eſt[h].

VI. Sanè ſi quis aſſerat, cum mandatis Imperialibus ſecretis, ſe veniſſe, nemini quicquam, niſi quod ſcriptis probauerit, erit credendum: nec vllius dignitate, ſiue ille Tribuni, ſiue notarij, ſiue Comitis proferat dignitatem, terreri quenquam oportet, ſed ſacræ Imperiales literæ querendæ erunt[i].

d. l. 3. C. de legibus & conſt. prin.

e. d. § ſed & quod princi. l. de iu. nat. gent. & ciuili. l. 1. in fin. h. tit. & d. l. 3. C. de legibus & conſt. prin.

f. l. 2. h. tit.

g. l. 3. h. tit.

h. l. vlt. & toto tit. C. ſi contra ius vel vtil. pub. vel per menda. fuerit aliquid poſtulatum. vel impetratum. l. vn. C. de ſenatuſconſ.

i. l. 1. C. de mandat. Princip.

Diſput. III. Reſpond. Hinricus Scharnhorſt, Neoſtadianus.

De ſtatu hominum: Tit. 5.

1. *Ius pertinet ad perſonas, res, vel actiones.*
2. *Homines aut liberi ſunt, aut ſerui: & libertas quid?*
3. 4. *Seruitus quid, & quomodò conſtituatur?*

tatur, de quo ſententia lata eſt, quamuis fuerit libertinus, quia res iudicata pro veritate accipitur [i].

i. l.25. Ingenuum. h.tit.

VII. Et Herennius Modeſtinus reſpondit, ſi eo tempore enixa eſt ancilla, quo ſecundùm legem donationis manumiſſa eſſe debuit, cùm ex cóſtitutione, Diui Marci ſcilicet, libera fuerit, ingenuum eſſe ex ea natum [k].

k. l.22. Herennius. h.tit.

VIII. Imperator quoq; Hadrianus Publicio Marcello reſcripſit, liberam, quæ pregnans vltimo ſupplicio damnata eſt, liberum parere, & ſolitum eſſe ſeruari eam, dum partum aderet: ſed etſi ei, quæ ex iuſtis nuptijs concepit, aqua & igni interdictum eſt, ciuem Romanum parit & in poteſtate patris [l].

l. l.18. Imp. Hadrianus. h.tit.

IX. Cum autem ingenuus aliquis natus ſit, non officit ei in putatiua ſeruitute fuiſſe, & poſteà manumiſſum eſſe: ſæpiſſimè enim conſtitutum eſt, natalibus non officere manumiſſionem, & Imp. Antoninus reſcripſit, non lædi ſtatum liberorum, ob tenorem inſtrumenti malè concepti [m].

m. § vlt. l. de ingen. l.2. C. de ingenu. manumiſſ.

X. Libertini ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt [n]: adeò vt homo etiam liber & ingenuus, qui maior 25. annis, ad precium participandum, ſe venire paſſus eſt in ſeruitutem veram, manumiſſus non ad ſtatum reuertatur, quo ſe abdicauit, ſed efficiatur libertinæ conditionis [o].

n. tex. in prin. t. I. de libertis l.6. libertini. ff. de ſtat. ho.

o. l.5. §.1. verſ. iure ciuili, cum l.21. homo liber. h. tit

XI. Seruus autem, in cauſa capitali, fortunæ iudicio à domino commiſſus, & ſi fuerit abſo-

absolutus, non fit liber p: & eum, qui ſe libertinum fatetur, nec adoptando patronus ingenuum facere potuit q.

XII. At in ſeruos quidem, non ſolùm dominis vitæ necisq; poteſtas, ex iure gentium fuit conceſſa: quanquam & maior aſperitas poſteà Diui Antonini conſtitutione prohibita r: ſed iure ciuili quoq; ſerui pro nullis habiti ſ, mortuiſq; comparati t, & quadrupedibus exæquati ſunt, quæ pecudum numero ſunt & gregatim habentur u.

XIII. Liberi autem homines, quamuis quidam etiam alieni iuris, quidam ſui iuris ſint x, omnes tamen quotquot in orbe Romano ſunt, ex conſtitutione Imp. Antonini, ciues Romani effecti ſunt y, & Roma communis noſtra patria eſſe dicitur z.

p. l.13. ſeruus hoc tit.
q. l. vlt. h. tit.
r. tex. in §. in poteſtate. I. de his qui alie. iur. ſunt. l. 1. §. igitur. cum l. ſeq. h. tit.
ſ. l. 23. quod attinet. ff. de reg. iu.
t. l. 209. ſeruitutem. ff. de reg. iur.
u. l. 2 §. 1. ff. ad leg. Aquil.
x. d. prin. I. I. de his qui ſui vel alie. iur. ſunt. d. l. 1. & d. l. 3. ff. tit. prox.
y. l. 17. in orbe. h. tit.
z. l. 33. Roma. ff. ad municip.

De his pui ſui vel alieni iuris ſunt: Tit. 6.

1. *Ciues Romani ſunt patres aut matres familiarum, filij vel filiæ familiarum.*
2.3.4. *Liberi in poteſtate ſunt parentum.*
5. *Maſculorum melior, quàm fœminarum conditio.*
6.7.8. *Si monſtroſus aut imperfectus, vel in vtero ſit partus?*
9. *Liberi non legitimè nati.*
10. *Furoris cauſa non amittit quis ius ſuum.*

I. Ciuium igitur Romanorum quidam ſunt patresfamiliarum, quidam filijfamiliarum, quædam matresfamiliarum, quædam filiæfam. Patresfamiliarum ſunt, qui ſunt ſuæ poteſtatis, ſiue puberes ſiue impuberes, ſimili modo matresfamiliarum. Filij verò familia-

miliarum & filiæ, qui quæue ſunt in aliena, paterna videlicet, poteſtate [a].

II. In poteſtate enim noſtra ſunt liberi noſtri, quos ex iuſtis nuptijs procreauimus [b], & qui ex me & vxore mea naſcitur, in mea poteſtate eſt, itemq; qui ex filio meo & eius vxore naſcitur, id eſt, nepos meus & neptis, æquè in mea ſunt poteſtate: & pronepos & proneptis, & deinceps cæteri [c].

III. Nepotes autem ex filio, mortuo auo, recidere ſolent in filij poteſtatem, ſi is viuit & in familia manſit, vel in eius parentis, qui antè eos in poteſtate eſt: & hoc non tantùm in naturalibus, verùm in adoptiuis quoq; iuris eſt [d].

IIII. Quòd ſi an ex marito infans natus ſit, quæſtio oriatur, etiamſi iudex nutriri vel ali oportere pronunciauerit, dicendum eſt, de veritâte quærendum, filius ſit vel filia, an non: neq; enim alimentorum cauſa veritati facit præiudicium [e].

V. Filiusfamiliâs porrò, in publicis cauſis, loco patrisfam. habetur, veluti vt magiſtratum gerat, vt tutor detur [f]: ſed fœminarum, ſiuè ſui iuris, ſiuè in poteſtate ſint, in multis noſtri iuris articulis, deterior eſt conditio quàm maſculorum [g].

VI. Non ſunt autem liberi, qui contrà formam humani generis, conuerſo more procreantur, veluti, ſi mulier monſtroſum aliquid aut prodigioſum enixa ſit: partus tamen, qui membrorum humanorum officia ampliauit, aliqua-

a. *l. 4. nam ciuium. h. tit.*

b. *tex. in prin. tit. Inſtit. de patr. poteſt. l. 3. h. tit.*

c. *l. 4. in fine h. tit. et § fin. I. de patr. pot.*

d. *l. 5. nepotes. h. tit.*

e. *l. 6. filium. & l. 10. ſi iudex. h. tit.*

f. *l. 9. filiusfamilias. h. tit.*

g. *l. 9. in multis, ſ. tit. prox.*

tenus videtur effectus, & ideò inter liberos connumerabitur [h].

h. l. 14. non ſunt liberi. ſ. tit. prox.

VII. Septimo menſe naſci poſſe perfectum partum, iam receptum eſt, propter auctoritatem doctiſſimi viri Hippocratis: & ideò credendum eſt, eum, qui ex iuſtis nuptijs ſeptimo menſe natus eſt, iuſtum filium eſſe [i]: Hermaphroditus autem eius ſexus æſtimatur, qui in eo præualet [k].

i. l. 12. ſeptimo menſe. ſ. tit. prox.

k. l. 10. quæritur. ſ. tit. prox.

VIII. Qui in vtero eſt, perindè, ac ſi in rebus humanis eſſet, habetur, quoties de commodis ipſius partus quæritur: quanquàm alij antèquam naſcatur, nequaquam proſit [l].

l. l. 7. qui in vtero & l. pen. ſ. tit. prox.

IX. Qui ſinè legitimo matrimonio naſcitur, matrem ſequitur, ſicut & vulgò quæſitus matrem ſequitur [m]: & Paulus reſpondit, eum quoq;, qui viuente patre & ignorante de coniunctione filij, conceptus eſt, licèt poſt mortem aui natus ſit, iuſtum filium ei, ex quo conceptus eſt, eſſe non videri [n].

m. l. 19. cum legitimæ & l. 23. vulgò concepti. ſ. tit. prox.

n. l. 11. Paulus. ſ. tit. prox.

X. Pater autem, qui furere cœpit, & ſtatum & dignitatem, in qua fuit, & magiſtratum, & poteſtatem in liberos, videtur retinere, ſicut rei ſuæ dominium retinet [o].

o. l. 20. Qui furere. ſ. tit. prox. & l. 8. patre furioſo. h. tit.

Diſpu-

De adoptionibus & emancipationibus, & alijs modis, quibus ius patriæ poteſtatis ſoluitur: Tit. 7.

1. 2. 3. *Adoptio quid & quæ eius vis?*
4. 5. 6. 7. *Qui poſſint adoptare vel non?*
8. 9. 10. 11. 12. *Qui poſſunt adoptari, & quomodò?*
13. 14. 15. 16. 17. *Arrogatio imperiali reſcripto quomodò fiat?*
18. 19. 20. 21. *Adoptio quomodò fiat inferioris magiſtratus authoritate?*
22. 23. 24. 25. *Emancipatio quomodo fiat, & quæ eius vis?*

I. Filiosfamiliâs non ſolùm natura, ſed etiam Adoptiones faciunt [a]: eſt autem Adoptio actus, quo quis, eo ipſo, quod vel ab extraneo in numerum liberorum adſciſcitur, ius familiæ & agnationis apud eum conſequitur [b].

II. Per Adoptionem enim ius agnationis quæritur adoptato, non tantùm apud ipſum adoptantem, ſed etiam apud omnes eius agnatos, quibus non tantùm agnaſci, ſed etiam cognatus fieri dicitur [c]: neq; neceſſaria eſt in eam rem authoritas eorum, inter quos iura agnationis conſequitur [d]: atq; ita etiam ex adoptiuo natus, adoptiui locum habet [e].

III. His tamen qui extra familiam ſunt adoptantis, non agnaſcitur adoptatus [f]: & ideò ſi filium adoptauero, vxor mea illi matris loco non eſt, neq; enim agnaſcitur ei, propter quod nec cognata eius fit [f]: & rurſus is quoq;, quem filius meus emancipatus adoptauit, eâdem ratione nepos meus non erit [g].

a. tex. in prin. tit. I. de adopt. l. 1. in prin. h. tit.

b. d. prin. tit. I. de adopt. cum d. l. 1. in prin & l. 23. qui in adoptionem. l. 40. arrogato. in fine. h. tit.

c. d. l. 23. qui in adoptionem. h. tit.

d. l. 7. cum adoptio. h. tit.

e. l. 27. ex adoptiuo h. tit.

f. d. l. qui in adoptionem.

g. l. 26. quem filius. h. tit.

IIII. Adoptare poſſunt, & qui vxores non habent [h]: etiam cæcus adoptare vel adoptari poteſt [i]: Qui generare non poſſunt, propter ſanabile impedimentum naturæ, quales ſunt Spadones, adoptare poſſunt: Caſtrati autem non poſſunt [k].

V. Fœminæ adoptari quidem poſſunt [l], ipſæ autem adoptare non poſſunt: niſi ex indulgentia Principis, ad ſolatium liberorum in bello amiſſorum [m].

VI. Minorem natu quoq; maiorem adoptare non poſſe, placuit, quia Adoptio naturam imitatur: ſed debet is, qui filium adoptare volet, plena pubertate, id eſt, decem & octo annis præcedere [n].

VII. Sed nec abſentem quem, nec per alium adoptionis ſolennitatem peragere poſſe, reſponſum eſt [o]: is quoq; qui adoptatur, præſens eſſe, & conſentire debet [p].

VIII. Poſſunt autem Adoptiones non ſolùm filiorum, ſed & quaſi nepotum fieri, vt aliquis nepos noſter eſſe videatur, perinde quaſi ex filio vel incerto natus ſit: & tam filium alienum quis, in locum nepotis, adoptare poteſt, quàm nepotem in locum filij [q]: imò adoptare quis nepotis loco poteſt, etiamſi filium non habeat [r].

IX. Sed ſi quis nepotis loco adoptet, vel quaſi ex filio, quem habet iam adoptatum, vel quaſi ex illo, quem naturalem in ſua poteſtate habet, eo caſu & filius conſentire debet, ne ei inuito ſuus hæres agnaſcatur [s]: & hic quidem viuo

h l.30. & qui vxores. h. tit.

i. l.9. etiam cæcus. h.tit.

k. §. ſed & illud. I h.tit. d. l. 2. §. illud. h.tit.

l. l.21. nam et fœminæ. h.tit.

m. § fœminæ. I. eo. l. 5. mulierem. C. de adopt.

n. § minorem natu. I. h.tit. l.15. ſi paterfa. in fine. cum l. ſeq. et d. l.40. arrogato. § h.t.

o. l.25. poſt mortem. §. fin. h. tit.

p. l. 5. in adoptionibus. & l. 24. neq; abſens. h. tit.

q. l.43. adoptiones. h.tit. §. licèt autem I. eo.

r. d. §. licèt. & l. 37. adoptare. h.tit.

s. §. ſed ſi quis. I. h.tit. l. 6. cùm nepos. h. tit.

viuo filio, auo Adoptatori ſuus hæres non eſt, ſed mortuo auo, filio eius, cui quaſi nepos ſubiunctus eſt, ſuus hæres eſſe incipit [t].

t. l.10. ſi quis nepotem. h. tit.

X. Si is qui filium haberet, in locum nepotis adoptaſſet, perinde atq; ſi ex eo filio natus eſſet, & filius author factus non eſſet, nepotis ius apud filium, mortuo auo Adoptatore, non habebit [u].

u. l.11. ſi quis filium. h. tit.

XI. Quod ſi is, qui nepotem ex filio habet, filio nimirum præmortuo, in nepotis loco aliquem adoptauit, mortuo deinde auo, iura cõſanguinitatis inter nepotes futura non ſunt, niſi ſic iure legis adoptaſſet nepotem, quaſi ex præmortuo filio, & ex matrefamiliâs eius natus eſſet [x].

x. l.44. ſi is qui nepotem. h. tit.

XII. Per adoptionem dignitas non minuitur, ſed augetur: vnde Senator etſi à Plebeio adoptatus eſt, manet Senator: ſimiliter manet & ſenatoris filius [y]. eodemq; modo, ſi ab alienæ ciuitatis Ciue quis adoptetur, addi non mutari patriam, neq; ius originis in bonorum & muneris obſequijs minui, ab Imperatoribus, Diocletiano & Maximiniano eſt reſcriptum [z]: Eum tamen, quem quis adoptauit, emancipatum, vel in Adoptionem datum, iterum non poteſt adoptare [*]: Et hæc quidem in genere de Adoptionibus itâ prodita ſunt.

y. l.35. per adoptionem. h. tit.

z. l.7. in adoptionem quidē. C. de adopt.

**. d. l. adoptare. in fine.*

XIII. Fit autem Adoptio duobus modis, aut Principis authoritate, aut Magiſtratus imperio: Principis authoritate adoptamus eos eaſúe, qui quæue ſui iuris ſunt: quæ ſpecies Adoptionis dicitur Arrogatio [a].

a. tex. in d. prin. tit. I. de adopt. & in d. l.1. cum l.2. in pr. h. tit. l.6. arrogationes. l.8. in adoptionem pater. C. de adopt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

XIIII. Et hoc caſu, cùm is qui ſui iuris & paterfa. eſt, ita arrogatur, non ſolùm omnia bona, quæ arrogati fuerunt, & arrogatori acquiri poſſunt, tacito iure ad arrogatorem tranſeunt, ſed etiam liberi eius, qui arrogatus eſt, ſimul in Arrogatoris familiam & poteſtatem, tanquam nepotes tranſeunt [b]: imò onera quoq; eius, ad arrogatorem transferuntur [c].

XV. Cùm autem impubes per principale reſcriptum arrogatur, cauſâ cognitâ Arrogatio fieri permittitur, & exquiritur cauſa Arrogationis, an honeſta ſit, expediatq; pupillo: & cum quibuſdam conditionibus Arrogatio fit, id eſt, vt caueat Arrogator perſonæ publicæ, ſi intra pubertatem pupillus deceſſerit, reſtituturum ſe bona illis, qui, ſi Adoptio facta non eſſet, ad ſucceſſionem ei⁹ venturi eſſent [d].

XVI. Item non aliter emancipare eum poteſt Arrogator, niſi cauſâ cognitâ dignus emancipatione fuerit, & tunc ſua bona ei reddat: ſed etſi decedens pater eum exhæredauerit, vel viuus ſinè iuſtâ cauſâ emancipauerit, iubetur quartam partem ei ſuorum bonorum relinquere, videlicet præter bona, quæ ad patrem adoptiuum tranſtulit, & quorum commodum ei poſtea acquiſiuit [e].

XVII. Satiſdatio autem, quæ in his caſibus dari ſolet, etiam in arrogata pupilla locum habebit [f], cenſebiturq; hac ſatiſdatione etiam ſubſtitutionibus & legatis & libertatibus proſpectum [g]: & hæredes quoq; Arrogatoris ex hac ſatiſdatione tenebuntur, ſi fortè Arroga-

tor

b. d.l.ſi paterfa. & d.l.arrogato.in prin.h.tit §.illud proprium. I.eo.l.pen. §. vlt. C. de adopt.

c. l.pen. h. tit.

d. §.cùm autem impubes. I.h.tit.d.l.ſi paterfa.§.in arrogationibus.cum l.17. nec ei permittitur. l.18. non aliter. h.tit.l.2.& 3.C. de adopt.

e. §.item non aliter.I. d.ti. & d.l.2.cum l.9.adoptatum. C. de adopt.

f. l.20.hæc autem ſatiſdatio.cum l.ſeq.h.tit

g. l.19.his verbis. h.tit.

tor ante impuberem decedat: neq; rata habetur arrogatoris ſubſtitutio, niſi in quarta illa intrà pubertatem: Fideicommiſſum verò, vt quandoq; reſtituat, non admittitur: atq; hæc omnia dicenda ſunt, ſiue in locum filij, ſiue in locum nepotis, aliquis impuberẽ arrogauerit[h].

XVIII. Imperio Magiſtratus adoptamus eos, qui in poteſtate parentis ſunt[i], etiã infantes[k], ſiue primum gradũ liberorũ obtineant, qualis eſt filius filia, ſiue inferiorẽ, qualis eſt nepos neptis, pnepos pneptis[l]: quo caſu tam patris, q dat in Adoptionem, quâm etiã ei9, ex liberis, q in Adoptionẽ datur, conſenſus ſpectatur[m]: q ſi pater loqui non poſſit, ſufficit alio quodãmodo, voluntatem ſuam eum manifeſtã facere[n].

XIX. Poteſt autem adoptio hæc fieri, ſicut & Emancipatio, apud eum Magiſtratũ, apud quẽ legis Actio eſt, etiam in pprijs liberis[o]: Adoptio non iure facta, à Principe confirmari poteſt, adhibitis his, q cõtradicere poſsẽt, & læderentur confirmatione Adoptionis[p]: atq; ita etiã in ſeruitute q̃ſitũ filiũ, in poteſtatẽ redigi poſſe, reſponſũ eſt, quãuis libertin9 maneat[q].

XX. Sed hodie ex conſtitutione Iuſtiniani Imp. cùm filiusfa. à patre naturali, extraneæ perſonæ in Adoptionem datur, quod recta via facere poteſt*, iura patris naturalis minimè diſſoluuntur, nec quicquam ad patrem adoptiuum tranſit, nec in poteſtate eius eſt, licèt ab inteſtato iura ſucceſſionis ei tributa ſint[r].

XXI. Si verò pater naturalis, non extraneo, ſed

h. *l. 22. ſi arrogator. h. tit.*

i. *d. prin. tit. verſ. imperio. l. d. tit. & d. l. 2. in prin. verſ. imperio. h. tit.*

k. *l. 42. etiam infantem. h. tit.*

l. *d. prin. tit. verſ. imperio. l. d. tit. & d. l. 2. in prin. verſ. imperio. h. tit.*

m. *d. l. 5. in adoptionibus. h. tit.*

n. *l. 29. ſi pater. h. tit.*

o. *l. 3. et 4. & d. l. 36. emancipari § fin. h. tit. l. 1. l. 4. C. de adopt. l. 1. C. de emancipat. libero.*

p. *l. 38. adoptio non iure. cum l. ſeq. h. tit.*

q. *l. vlt. h. tit.*

**.* *l. vlt. C. de adopt.*

r. *§. ſed hodie. I. h. tit. l. pen. C. eo.*

ſed auo filij ſui materno, vel ſi ipſe pater naturalis fuerit emancipatus, etiam auo vel proauo, ſimili modo, paterno, filium ſuum dederit in Adoptionem, in hoc caſu manet ſtabile ius patris adoptiui, eſtq; adoptatus, & in familia, & in poteſtate huiuſmodi patris adoptiui [s].

XXII. Excepto autem eo, quòd iam de arrogato dictum eſt [t], liberi per Emancipationem è poteſtate dimitti liberè ſolent, liberumq; arbitrium eſt ei, qui filium & ex eo nepotem in poteſtate habet, filium quidem poteſtate dimittere, nepotem verò in poteſtate retinere, vel ex diuerſo, vel omnes ſui iuris facere [u]: poteſtq; emancipatio quocunq; loco fieri [x]: & hodie directò coram iudice competenti [y].

XXIII. Sed neq; naturales liberi, neq; adoptiui cogere parentes poſsũt, de poteſtate ſua eos dimittere, niſi in caſibus: veluti ſi is, qui impubes arrogatus eſt, pubes factus, cauſa cognita probet, ſibi Adoptionem non expedire [z].

XXIIII. Et filius quidem naturalis, qui emancipatus eſt, liberatus propria poteſtate, honeſtè reuerti non poteſt, niſi Adoptione [a]: cum autem, quem quis adoptauit, emancipatum vel in Adoptionem datum, iterum non poteſt quis adoptare [b].

XXV. In omni enim ferè iure, finita patris adoptiui poteſtate, nullum ex priſtino retinetur veſtigium, adeò vt etiam patria dignitas, quæſita per Adoptionem, finita ea, deponatur: & ne-

s. d. §. ſed hodiè. et d. l. pen.

t. d. §. item non aliter. I. h. t.

u. §. præterea. cum §. ſeq. I. Quib. mo. ius pat. pot ſol. l. 28. liberum. h. tit.

x. d. l. emancipari. in prin.

y. d. §. præterea. & l. vlt. C. de emancipat. lib.

z. l. 31. non poteſt. cum 2. ſeqq. h. tit. §. fin. I. Quib. mo. ius pat. pot. ſol.

a. l. 12 qui liberatus. h. tit.

b. d. l. adoptare. h. tit.

& nepos ex filio, apud adoptiuum patrem conceptus, & natus, per Emancipationem omnia iura perdat [c]: Sunt & alij modi conſtituendæ & diſſoluendæ patriæ poteſtatis, ſed de his in præſentiarum nihil [d].

c. *l.13.in omni.b.tit.cũ l.ſeq.*
d. *vide tot.tit.l. Quibus mo. pat. pot.ſolu.*

Diſputat. V. Reſpond. M. Iohannes Backbirius, VVildungenſis.

De rerum diuiſione & qualitate: Tit. 8.

1. 2. 3. 4.	*Iuris primaria diſtinctio, rerum peperit primam diſtinctionem.*
5. 6.	*In patrimonio, vel extra patrimonium, in commercio, vel extra commercium eſſe, quomodò dicantur eſſe res?*
7. 8. 9.	*Sacræ res quæ, & qualis earum conditio?*
10. 11. 12.	*Religioſæ res quæ, & qualis earum conditio?*
13.	*Sepulturæ ius quale ſit hodiè?*
14.15.16.17.	*Communes res quæ, & qualis earum conditio?*
18. 19.	*Publicæ res quæ, & qualis earum conditio?*
20. 21.	*Sanctæ res quæ, & qualis earum conditio?*
22. 23.	*Vniuerſitatis res quæ, & qualis earum conditio?*
24. 25.	*Corporalium & incorporalium rerum diſtinctio, & qua occaſione in Iuriſprudentia doctrinam illa irrepſerit?*

I. Diſtinctum eſt iam antè Ius, ex Iureconſulti Vlpiani authoritate, in Publicum & Priuatum: Publicum autem ad ſtatum Reipub. Romanæ ſpectans, in ſacris ſacerdotibus, & magiſtratibus conſiſtere Vlpianus prodidit: vnde manifeſtum eſt, ius Publicum, aut Eccleſiaſticum, aut Politicum eſſe [a].

II. Non abſimiliter idem Vlpianus [b], & Caius [c] quoq; Iureconſultus, alibi tradiderunt, Ius aut Diuinum, aut Humanum eſſe: ſed huius diſtinctionis membra, ita, ipſo etiam Caio interprete, intelligenda ſunt, vt id ius,

a. *l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iure.*
b. *l.10. iuſtitia. §. fin. ff. de iuſt. & iur.*
c. *l.1. in prin. h. tit.*

quod Diuinum eſt, publicum eccleſiæ eſſe noſcatur: illud autem quod Humanum dicitur, idem ſit cum Politico ſeu Profano: ſitq; Publicum aut Priuatum [d].

d. d.l.1.in prin.h.tit.c.1. & 2.d.1. & c.1.d.3.

III. Ex hac igitur primaria iuris diuerſitate, ſumma etiam rerum diuiſio, in duos articulos deduci dicitur, & res aliæ diuini iuris, aliæ humani iuris eſſe perhibentur [e].

e. d l.1.in prin.h.tit.l. 22. ſancimus res.cum l.ſeq.C.de ſacroſ.eccleſ.

IIII. Et quidem omnes omnino illæ res, quæ ad promiſcuam pertinent multitudinem, vel Eccleſiæ, vel Politiæ, & Diuinæ ſunt, ſiue Humanæ, Eccleſiaſticæ aut Politicæ, in nullius bonis eſſe dicuntur: illæ autem, quæ priuatæ ſunt, ſimpliciter dicuntur ſingulorum eſſe [f].

f. d.l.1.in prin. ff. h. tit. & d.l.ſancimus res.cum ſeq. C. de ſacroſ. eccleſiis.

V. Iuſtinianus Imperator, paulò aliter, ſed dilucidiùs etiam doctrinam hanc expreſſit, & dixit, res vel extra patrimonium noſtrum eſſe, vel in patrimonio [g]: & ita paſſim, apud iuris noſtri authores, res in commercio, vel extra commercium eſſe dicuntur [h].

g. tex. in prin.I.de rer. diuiſ.& acq.rer. dom.

h. Vlp. in frag. tit. 19. de dom.& acquiſi.rer.verſ.commercium l.4. & liberi. cum 2.ſeqq.l.34.ſi in emptione.§. omnium.ff.de contr.empt.

VI. Omnes igitur res, quæ ad promiſcuam multitudinem Eccleſiæ, vel Politiæ pertinent, ſicut in nullius bonis eſſe dicuntur [i], ita etiam extra commercium ſunt priuatorum, & acquiri ijs non poſſunt, cùm è contrà priuatæ res, ſint in commercio priuatorum [k].

i. l 39. cum ſeruus. §. fin. ff. de leg. 1. l. 34. multum intereſt.ff.de verb.obligat.§. 1. I.de inut. ſtip.

k. d.l.& liberi.cum 2.ſeq. d.l. ſi in emptione. §. omniũ. & d.l cùm ſeruus. § fin.d.§. 1.I.de inut. ſtip.

VII. Diuini autem iuris, atque ita extra commercium etiam, ſunt inprimis res ſacræ, quæ publicè Deo conſecratæ ſunt [l], ſiue in ci-

l. §.ſacræ res.I.de rer.diuiſ.l. 6. in tantum. §. ſacræ res.et l.9.ſacra loca.in prin. h. tit.

uitate

uitate ſint, ſiue in agro [m]: veluti ædes ſacræ, quæ ritè ad miniſterium Dei dedicatæ ſunt: adeò vt locus, in quo ædes ſacræ ædificatæ ſunt, etiam diruto ædificio, ſacer adhuc maneat [n].

VIII. Non poſſe autem ſacras res alienari vel obligari, non ſolum veteribus legibus cautum fuit, vtpote quæ ſanxerint, ea, quæ diuini iuris ſunt, humanis nexibus non debere illigari [o], adeò vt Iureconſultus Martianus dicat, res ſacras non recipere æſtimationem [p], ſed & Iuſtinianus Imperator eas alienari vel obligari prohibuit [q], vt nunc de Pontificum conſtitutionibus hac de re emiſſis, nihil dicamus [r].

IX. Excipitur cauſa redemptionis captiuorum & famis: & præterea ſi habeat Eccleſia res mobiles, ſuperfluas, grauataq; ſit magno ære alieno, nec poſſit aliunde ſoluere, niſi res immobiles diſtrahere velit: tum enim potiùs ſuperfluas res mobiles, quàm res immobiles alienare debet [s].

X. Diuini deinde iuris, ſunt etiam illæ res, quæ religioſæ vocantur: religioſum autem locum vnuſquiſq; ſua voluntate facit, dum mortuum infert in locum ſuum [t].

XI. In communem autem locum purum inuito ſocio inferre non licet: quamuis in cōmune ſepulchrum, etiam inuitis cæteris, liceat inferre: item ſi alienus vſusfructus eſt,

m. d.l.ſacra loca.in prin.

n. d.§.ſacræ res.I.b.tit.& d.l.in tantum.§.ſacræ res.

o. l.21.ſancimus nemini. C. de ſacroſ eccleſiis.

p. d.l.ſacra loca. in fin.

q. d.l.ſancimus nemini. & Nouel. 7. De non alien. aut permut.rebus eccleſiaſt.

r. tot tit ertra de rebus eccleſiæ non alien c. ſemel Deo de reg iur.in 6.c. ſinè exceptione.et paſſim per totum diſcurſum. c.12.q 2.

s. d. §.ſacræ res. I. de rer. diuiſ. d. l. ſancimus nemini. cum auth.præterea. C. de ſacroſanct.eccleſiis.§.1. nos igitur.& §.5.quia verò.cum 3. ſeqq. d. N. de non alien. vel permut.reb.eccleſiaſt. d. c. ſinè exceptione. & c. aurum. 12.q.2.ac paſſim tot.tit.x̃. de rebus eccleſiæ non alien.

t. § nullius autem. & §. religioſum.I.de rer. diuiſ. d. l.1.in prin.& d.l.in tantum. §.religioſum. b.tit.

d 2 pro-

proprietarium, placuit, niſi conſeutiente vſufructuario, locum religioſum non facere [u].

u. d. § religioſum. I. h. tit. & d. l. in tantum. § religioſum.

XII. In alienum tamen locum conſentiente Domino, licet inferre, & licèt poſteà ratum non habuerit, quàm illatus eſt mortuus, tamen locus Religioſus fit. Si verò ab initio non conceſſerit Dominus, poſteà tamen ratum habuerit, quàm illatus eſt mortuus, religioſus locus fit [x].

x. d. § religioſum. I. h. tit.

XIII. Sed hæc de Religioſis locis, hodie paulò aliter obtinent: cœmeteria enim ſingulis ferè parochialibus Eccleſijs, vt vocant, ſeu paræcijs, conſecrata habentur, quô quilibet mortuos ſuos inferre poteſt, nec à quoquàm prohiberi debet [y].

y. c. in eccleſiaſtico & paſſim. 13. q. 2. & toto tit. extra de ſepulturis.

XIIII. Humani deinde ſeu politici & profani publici iùris, ſunt in primis res illæ, quæ iure naturali omnibus hominibus communes ſunt: & quidem naturali iure, omnium communia ſunt illa, aër, aqua profluens, & mare, ac per hoc littora maris [z].

z. d. l. 2. in prin. verſ. hæ autem res. & l. 2. h. tit. §. & quidem. I. eo.

XV. Nam & littorum vſus publicus eſt, & iuris gentium, ſicut & ipſius maris: nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur, piſcandi cauſa, ſicut nec retia ibi ſiccare, & ex mari deducere, dum tamen à villis & ædificijs & monumentis abſtineatur, quia non ſunt iuris gentium, ſicut mare [a].

a. § littorum quoq. I. h. tit. l. 4. nemo igitur. h. tit.

XVI. In tantum autem littorum vſus communis eſt, vt liceat etiam piſcantibus, caſam in littore ponere, quà ſe recipiant, conſtituunturq; ſoli domini, qui ibi ædificant: quanquā ædifi-

ædificio dilapſo, quaſi iure poſtliminij, reuertitur locus in priſtinam cauſam, & ſi alius in eodem loco ædificauerit, eius fiet [b].

b. l. 5. riparum. in fine. et d. l. 6. in tantum. in prin. h. tit.

XVII. Sed extra hoc, iure naturali, proprietas littorum poteſt intelligi nullius eſſe, ſed eiuſdem iuris, cuius eſt mare, & quæ ſubiacet mari, terra vel arena [c]: Iure Poſitiuo Ciuili, littora, in quæ Populus Romanus imperium habet, dicuntur populi Romani eſſe, & quamuis iure gentium eorum vſus communis ſit, tamen nihil in ijs facere licere dicitur, quo vſus publicus impediatur, aut deterior reddatur [d].

c. d. §. littorum quoq.

d. l. 3. littora. cum l. ſeq. ff. ne quid in loco publ. vel itin. fiat, & facit tex. in l. pen h. tit.

XVIII. Publicæ res, in quibus omnes ciues & ſubditi Romani imperij, promiſcuum vſum habent, ſunt flumina & portus: ideoq; ius piſcandi, omnibus ciuibus commune eſt, in portu fluminibusq; [e].

e. l. 15. bona ciuitatis. cum. 2. ſeqq. ff. de verb. ſign. d. l. 4. nemo igitur. in fin. & d. l. 5. riparum. in fine. h. tit §. flumina autem. I. eo.

XIX. Riparum quoq; vſus publicus eſt iure gentium, ſicut ipſius fluminis: itaq; nauem ad eas appellere, funes arboris ibi natis religare, retia ſiccare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum eſt, ſicut per ipſum flumen nauigare: ſed proprietas earum, illorum eſt, quorum prædijs hærent: qua de cauſa & arbores quoquè, in eiſdem natæ, eorundem ſunt [f].

f. §. riparum. I. h. tit. & d. l. riparum.

XX. Sanctæ item res, veluti muri & portæ vrbis Romanæ, verè quidem publici & profani iuris ſunt: ſed quia tutela earum Deo ſingulariter commendatur, & pœna capitis in eos conſtituta eſt, qui aliquid in muros deliquerint, qui tranſcenderint ſcalis admotis, aut a-

lia qualibet ratione eos violauerint, quodammodò Diuini iuris eſſe dicuntur [g].

XXI. Muros autem municipales, olim nec reficere licebat, ſine Principis vel præſidis authoritate, nec aliquid eis coniungere, ſuperponere [h]: quod hodiè propter mutatam Reipub. formam aliter ſe habet: poſſuntq́; qui portas aut muros ciuitatum, ſub Rom. imperio exiſtentium, violauerint, ex Dd. communi ſententia pœna arbitraria puniri [i].

g. §.ſanctæ.I.h.tit. d.'l.1. in prin.l.8. ſanctum. & d. l. 9. ſacra loca.§. propriè. cum l. vlt. h. tit.

h. d.l.ſacra.§. muros.

i. Dd.in d.§.ſanctæ.I.de rerum diuſ.& in d.l.fin. h. tit.

XXII. Deniq; publici humani iuris ſpeciem aliquam, in parte ſua, etiam præ ſe ferunt, illæ res, quæ vniuerſitatis non ſingulorum ſunt [k]: quæ abuſiuè publicæ dicuntur, quia ciuitates aliæ, reſpectu vrbis Rom. loco priuatorum habentur [l].

k. §.vniuerſitatis.I.h tit. d. l.in tantum. §.vniuerſitatis.

l. d.l. bona ciuitatis. cum. 2. ſeqq.ſ .de verb. ſign.

XXIII. Vniuerſitatis itaq; ſunt, q̃ in ciuitatibus ſunt, theatra & ſtadia, & his ſimilia, & ſi quæ alia ſunt communia ciuitatum: Seruus quoq; communis ciuitatis, non ſingulorum p parte intelligitur, ſed vniuerſitatis: & ideò tam contra ciuem, quàm pro eo, poſſe ſeruum ciuitatis torqueri, diui fratres reſcripſerunt: & libertus ciuitatis non habet neceſſe, veniam edicti petere, ſi vocet in ius aliquem ex ciuibus [m]: Relinquitur igitur, tantùm iſtas res ſingulorum eſſe; quæ priuatæ ſunt [n].

m. d.l.in tantum. §. vniuerſitatis.h. tit §. vniuerſitatis. I.eo. l.10 ſed ſi hac lege.§.qui manumittitur. ſ. de in ius voc.

n. §.ſingulorum. I. de rer. diuiſ.& acqui.rer.dom.

XXIIII. Porrò cùm quædam iuris ſpecies, tribuant ipſarum rerum corporalem detentionem, quædam verò non tribuant ipſarum rerum corporalem perpetuáq́; detentionẽ, quædam

dam etiam in rerum vniuerſitatem incidant, ſummaq; aut media rerum genera præ ſe ferant, quæ corporali apprehenſioni aut detentioni non ſubiacent, ſed magis in intellectu conſiſtũt [o], occaſionem hinc acceperunt I.Cti, vt res diſtinguerent in Corporales & Incorporales [p].

XXV. Corporales res dicuntur, quæ tangi poſſunt: veluti fundus, homo, veſtis, aurum, argentum & deniq; aliæ res innumerabiles: Incorporales contrà, quæ tangi non poſſunt: qualia ſunt ea, quæ in iure conſiſtunt, ſicut hęreditas, vſusfructus, & obligationes, itemq; iura prædiorum vrbanorum & ruſticorum, quæ etiam ſeruitutes vocantur [q].

o. vide diſputationem Dialecticorum, an vniuerſalia ſint aliquid extra intellectũ? Philip. Melan. lib. 1. erotem. Dialect.

p. d. l. 1. §. quædam. h. tit. et tot. tit. I. de rebus corporalib. & incorporal.

q. d. l. 1. §. quædam. & d. tit. I. de reb. corporalib. & incorporalib.

Diſputat. VI. Reſpond. Paulus Tockius, Holſatus Kilonienſis.

De Senatoribus: Tit. 9.

1. 2. 3. Fœminæ à viris ſortiuntur dignitatem: maior tamen viri dignitas.
4. Liberi gaudent dignitate parentum.
5. Quid ſi pater ſenatu moueatur?
6. Senatores quomodò accipiantur?

I. ROmanorum Magiſtratuum, in veteri illa ſua & florenti Republica, maximam fuiſſe authoritatem, maximam etiam dignitatem, nemini eſt dubium: & quamuis viri dignitas mulieri quoq; communicetur [a], maiorem tamen dignitatem in ſexu virili eſſe, ſemper exiſtimatum eſt [b].

a. l. 1. & l. 8. fœminæ iuncta l. vlt. h. tit.

b. d. l. 1. h. tit.

II. Conſularium itaq;, quamuis maxima fuerit di-

rit dignitas [c], tamen conſulari fœminæ, vir conſularis, imò Præfectorius etiam, prælatus eſt. Conſulares fœminas dicimus, conſulum vxores [d].

c. l. 2. §. 8. quod ad magiſtratus. ſ. de orig iur.
d. d. l. 1. h. tit.

III. Fœminæ enim nuptæ clariſſimis perſonis, clariſſimarum perſonarum appellatione continentur: & clariſſimarum fœminarum nomine, Senatorum filiæ, niſi quæ viros clariſſimos ſortitæ ſunt, non habentur: fœminis quippe dignitatem clariſſimam mariti tribuunt: parentes verò, donec plebeis nuptijs fuerint copulatæ: tamdiu igitur clariſſima fœmina erit, quamdiu Senatori nupta eſt, vel clariſſimo, aut ſeparata ab eo, alij inferioris dignitatis non nupſit [e].

e. d. l. 8. fœminæ. h. tit.

IIII. Liberi quoq; parentum ſuorum gaudent dignitate: & liberos Senatorum accipimus non tantùm Senatorum filios, verùm omnes, qui geniti ex ipſis exuè liberis eorum ſunt, ſiue naturales, ſiue adoptiui ſint liberi Senatorum, ex quibus nati dicuntur [f]: ſi ex filia Senatoris quis natus ſit, patris eius ſpectatur conditio [g]: emancipatus tamen dignitatem retinet [h].

f. l. 5. ſenatoris filium. cum 2. ll. ſeqq. et l. 10. liberos. h. tit.
g. d. l. 10. liberos. in fine. h. tit.
h. l. 7. emancipatum. in pr. h. tit.

V. A Senatu remotus, quamuis capite non minuatur, dignitatem tamen amittit [i], & ſi propter turpitudinem remotus, nec reſtitutus eſt, non permittitur ei iudicare, vel teſtimonium dicere [k]: & liberi quoq; eius poſt remotionem concepti, ſenatoriam dignitatem non conſequuntur, niſi auus eorum viuat, qui eis ad hoc proſit [l]; qui autem indignus eſt inferiore ordine, indignior eſt ſuperiore [m]. Se-

i. l. 3. h. tit & §. quibus autem. I. de capit. diminut.
k. l. 2. h. tit. l. 6. eadem lege. §. 1. ſ. Ad legem iul. repet.
l. d. l. 7. emancipatum. §. 1. & ſeq. h. tit.
m. l. 4. qui indignus. h. tit.

VI. . Senatores autem, vt ait Vlpianus, accipiendum eſt eos, qui à Patricijs & Conſulibus vſq; ad omnes illuſtres viros deſcendunt: quia & hi ſoli in ſenatu ſententiam dicere poterant [n]: & Senatores licèt in vrbe domicilium habere videantur, tamen & ibi, vnde oriundi ſunt, domicilium habere intelliguntur: quia dignitas domicilij adiectionem potiùs dediſſe, quàm permutaſſe videtur [o].

n. *l. vlt. in fine. h. tit.*

o. *l. 11. Senatores. h. tit. & vide tit. C. vbi ſenatores vel clariſſ. ciuil. vel crimina. conuen.*

De officio Conſulis: Tit. 10.

1. *Conſulum qualis fuerit poteſtas translato ad Cæſares imperio?*

I. CONſulum officium vt ſecundùm rationem ſui temporis ſcripſit Vlpianus, erat inter cætera, vt conſilium præberent manumittere volentibus: his ſcilicet, quæ ſpontaneæ erant iuriſdictionis, Conſulum poteſtati relictis: ſi tamen eueniret, vt minor viginti annis Conſul eſſet, non poterat apud ſe manumittere, ſed apud collegam cauſa probata poterat [a].

a. *l. vn. h. tit. vide tit. C. de Conſulibus & non ſpargen. ab his pecun. lib. 12. et N. 105. de conſulibus. vide etiam. §. pen. & vlt. quibus ex cauſis man. non lic. & §. 1. N. 119. vt ſponſalit. larg. ſit ſpecial. contr.*

De officio præfecti Prætorio: Tit. 11.

1. *Præfecti prætorio quomodò conſtituti?*

I. PRæfecti prætorio, ad ſimilitudinem Magiſtrorum equitum, qui à Dictatoribus, in libera adhuc Republica Romana, eligi ſolent, electi ſunt ab Imperatoribus: crediderunt enim Principes Romani, eos, qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide & grauie

grauitate, ad huius officij magnitudinem adhibebantur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quàm ipſi forent iudicaturi [a].

a. *l.vn.h.tit.vide tit. C. de offic.præf. præto. Orient. & Illyr. & tit.de offic. Præfecti præto. Africa.*

De officio Præfecti vrbi: Tit. 12.

1. 2. 3. Præfecti vrbi quale fuerit officium?

I. OMnia omnino crimina Præfectura vrbis ſibi vendicauit [a], & extra vrbem etiam intrà Italiam Præfectus vrbis iubere & iudicare potuit [b], & relegandi deportandiq; in inſulam habuit licentiam [c], quamuis cùm vrbis terminos exiiſſet, poteſtatem non haberet [d].

II. Cognouit itaq; Præfectus vrbi etiam inter dominum & ſeruum de ſeruorum malicia, vel dominorum nimia ſeueritate [e], inter patronum & libertum de libertorum ingratitudine [f]: remitti etiam ſolent ad Præfectum vrbis ſuſpecti Tutores vel Curatores [g], & accuſabantur apud eum, qui illicitum collegium coëgiſſe dicebantur [h].

III. Præterea curare debuit Præfectus vrbi, vt nummularij ſeſe probè agerent, circa omne negocium ſuum, & temperarent prohibitis [i]: Cura quoq; omnis carnis, vt iuſto precio præberetur, item quies popularium & diſciplina ſpectaculorum, vt milites etiam ſtationarios haberet diſpoſitos ad tuendam popularium quietem, & ad referendum ſibi, quid vbi agatur [k].

a. *l.1.in prin.h.tit.l.3.l.pen. & vlt.C.eo.*
b. *d.l.1.in prin. & §.1.et l.vlt. h.tit.*
c. *d.l.1. in prin. verſ. relegandi iuncto.§.fin.*
d. *d.l.vlt. h.tit.*
e. *d.l.1.in prin. verſ. ſeruos. & §.ſi quis ſeruum. & §. quod autem dictum.h.tit.*
f. *d.l.1.in prin.verſ ſed & patronos.& §.cùm patronus. h.tit.*
g. *d.l.1.§.ſolent.*
h. *d.l.1.§.fin.h.tit.l.2. C.eo.*
i. *d.l.1.§.præterea iurare. & l.2.h.tit.*
k. *d l.1.§.cura carnis. cum §.ſeq.h.tit.l.1. C. eo.*

De Quæ-

De Quæſtoribus: Tit. 13.

1. *Quæſtorum qualis fuerit conditio?*

I. ORigo Quæſtoris creandi antiquiſſima eſt: ſuo autem tempore obtinuiſſe, commemorat Iureconſultus Vlpianus, vt indifferenter Quæſtores crearētur, tam patricij, quàm plebei, quia ingreſſus eſſet, & quaſi primordium gerendorum honorum, ſententiæq́; in ſenatu dicendæ: & ex his quidam erant, qui Candidati Principis dicebantur, quiq; epiſtolas eius in ſenatu legebant[a].

a. l.vn.h.tit.l.1.2. & l.vlt. C.eo.

De officio Prætorum: Tit. 14.

1. 2. *Quæ fuerit occaſio creandorum Prætorum, & quale eorum officium?*
3. *Edictorum prætoriorum qualis fuerit ratio?*

I. PRætores quoq;, liberalium, id eſt, ciuilium negociorū diſceptatores[a], extiterunt in Romana Republica, cùm conſules auocarentur bellis finitimis, neq; eſſet qui in ciuitate ius reddere poſſet[b]: reddebant autem ius aut ipſi Prætores, aut alios iudices dabant[c]: & apud hos emancipationes, & manumiſſiones etiam fiebant[d].

II. Imò verò ius dicentis officium, latiſſimū eſſe dictum eſt, quia etiam bonorum poſſeſſionem dare & in poſſeſſionem mittere, & pupillis non habentibus tutores conſtituere poterat[e]: ſemetipſum tamen neq; tutorem, neque ſpecialem iudicem dare poterat[f]: quamuis alioqui nihil etiam eorum reprobaretur, quæ ſeruus per errorem, quaſi liber eſſet, Prætor creatus geſſiſſet[g].

a. l.1.C.de officio præto.
b. l.2.§ 15. cumq́; conſules. ff.de orig. iur.
c. d.l.1.C.h.tit.l.1.ff.de iuriſd.om.iud.
d. l.1.& 2. h.tit.
e. d.l.1.ff.de iuriſd.om. iud. & fa.tex.in prin. tit. & §. adhuc autem. I.de bon.poſ. itemq́; in prin.tit.& §. ſed hoc iure. I. de Attilia.tuto.
f. l. vlt.
g. l.pen. h.tit.

III. Edicta quoq; proponebant Prætores, adiuuandi, ſupplendi, corrigendi, ſiue emendandi aut confirmandi iuris ciuilis gratiâ [h]: atque hæc initiò annua erant, ſed quia aſſidua horum variatio diſplicebat, Seruius Sulpitius primùm [i], deinde Aulus Offilius ea in ordinem redigere tentârunt [k]: poſt hos autem vltimam manum admouit Saluius Iulianus, à quo conſcriptum edictum perpetuum nuncupatum eſt, quia D. Hadrianus Senatusconſulto facto, ius poſtea ex eo dici iuſſit, nouaq; edicta ampliùs adijci vetuit [l].

b. §. prætoeum quoq. I. de iure nat. gent. et ciuil. d. prin. tit. & §. Sunt autem. I. de bon. poſſ. l. 7. ius autem ciuile ſ. de iuſt. & iu.

i. vide Cic. in Bruto.

k. d. l. 2. § 22. Seruius cum §. ſeq. ſ. de orig. iur.

l. Eutrop. in vita Iulia. & Spartan. in Seuero.

De officio Præfecti vigilum: Tit. 15.

l. 2. 3. *Præfecti vigilum quale fuerit officium?*

I. AD Præfecti vigilum officium pertinet, vt tota nocte vigilet, coerret calceatus, cum hamis & dolabris, admoneat inquilinos, vt curam adhibeant, ne negligentia aliqua incendij caſus oriatur, & vt aquam vnuſquiſq; in cænaculo habeat [a].

II. Pluribus autem vno tempore incendijs exortis, per Principem ei rei conſuli oportere viſum eſt, vtpote cùm ſalutem ciuium tueri nulli magìs credamus conuenire, nec alium ſufficere ei rei, quàm Principem [b].

III. Cognoſcebat etiam Præfectus vigilum, de incendiarijs, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribus: niſi ſi quæ tam atrox tamq; famoſa perſona eſſet, vt ad præfectum vrbi remitti oporteret, & quia plerumq; incendia

a. l. 3. §. ſciendum. h. tit.

b. l. 1. cum l. 2. & l. 3 in pr. h. tit.

cendia culpa fiunt inhabitantium, aut fuſtibus caſtigabat eos, qui negligentiùs ignem habuiſſent, aut ſeuera interlocutione comminatus, fuſtium caſtigationem remittebat [c].

c. d.l.3.§.cognoſcit cum §. ſeq.& l.vlt.h.tit. l. vnica. C. eo.

De officio Proconſulis & Legati: Tit. 16.

1. 2. 3. Quando conſecutus ſit Proconſul poteſtatem ſuam?
4. 5. Quomodò ſeſe erga Rempublicam & in rebus publicis geſſerit?
6. 7. 8. 9. Quomodò ſeſe geſſerit in cauſis priuatis & erga priuatos?
10. 11. Legati Proconſulis conditio qualis fuerit?

I. PRoconſul Conſulis vices in prouincia gerens, quamuis ſex faſcibus tantùm vteretur [a], pleniſſimam habebat iuriſdictionē omniumq; partes, qui Romæ vel quaſi magiſtratus vel extra ordinem ius dicebant ad ipſum pertinebant [b].

II. Vbiq; etiam, ſtatim atq; vrbe egreſſus eſſet, habebat proconſularia inſignia, & iuriſdictionem quoque, ſed voluntariam ſolummodò [c]: Sicut itaq; proconſul Romæ portam rurſus ingreſſus, imperiū deponebat [d], ita quoq; poteſtatem non exercebat, niſi in ea ſola prouincia, quæ ei decreta erat [e].

III. Antequàm autem prouinciam ingrederetur, edictum de aduentu ſuo mittebat, excuſans maximè, ne vel publicè vel priuatim ei occurreretur, ſed vt vnuſquiſq; in patria ſua eum exciperet: ſimiliter deceſſori quoq; ſuo edictum mittebat, & ſignificabat, quo die fines prouinciæ eſſet ingreſſurus [f].

IIII. Ingredi etiam debebat per eam partem,

a. l.14.proconſules. h. tit.
b. l.7.ſi in aliquam.§.fin.l. 8. & ideo. & l. 9. nec quicquam.in prin. h. tit.
c. l.2.l.6.ſolent.in prin. & §.1.d.l ſi in aliquam. cum d. l.& ideò.& d.l.nec quicquā. in prin.& §.de plano.l. 11.ſi quid erit.h.tit.
d. l.10.meminiſſe.& l.vlt. h.tit.
e. l. 1. h. tit.
f. l. 4. obſeruare. §. antequàm & §.ſeq.h.tit.

per quam ingredi moris eſſet g: ſi in aliquam celebrem ciuitatem vel prouinciæ caput aduenisset, pati debebat commendari ſibi ciuitatem, laudesq; ſuas non grauatè audire, & ferias dare ſecundùm conſuetudinem, quæ retrò obtinuiſſet h.

g. d.l.obſeruare.§. ingreſſum.

h. d.l.7.ſi in aliquam.in pr.

V. Aedes quoq; ſacras & opera publica, circumire debebat inſpiciendi gratia, an ſarta tectaq; eſſent, vel refectione aliqua indigerent: ſi quæ cæpta eſſent, vt conſummarentur, prout vires Reipublicæ permitterent, curare debebat, curatoresq; operum diligentes ſolenniter præponere, miniſteria quoq; militaria ſi opus eſſet ad curatores adiuuandos dare i.

i. d.l.ſi in aliquam.§. ædes ſacras.

VI. Vbi decretum cauſæq; cognitio requiritur, id per libellum vel ſimplex reſcriptum expediri non poteſt k: poterat autem Proconſul de plano expedire hæc, vt obſequiũ parentibus & patronis liberiſq; patronorum exhiberi iuberet, comminaretur & terreret filium immorigerũ à patre oblatũ, emendaret verbis aut ſuſtium caſtigatione libertũ non obſequentẽ l.

k. d.l.9. nec quicquam. §. vbi decretum.

l. d.l. nec quicquam. § de plano.

VII. Obſeruare quoq; Proconſulem oportebat, vt eſſet ordo aliquis poſtulationum, ſcilicet vt omnium deſideria audirentur, ne fortè dum honori poſtulantium daretur, vel improbitati cederetur, mediocres deſideria ſua non proferrent: aduocatos quoq; petentibus dare, nec pati debebat opprimi aliquem, aduerſarij ſui potentia m.

m. d.l.nec quicquam. §. obſeruare.cum ſeq.

VIII. In audiendis aduocatis patientem eſſe oportebat, ſed cum ingenio, ne contemptibilis vide-

videretur, neq; nimis diſſimulare, ſi quos cauſarũ concionatores vel redemptores deprehẽderet, eosq; ſolos pati poſtulare, quibus per edictum eius poſtulare permittitur [n].

IX. Xenijs non in totum abſtinere, ſed modũ adhibere iubebatur, ne vel moroſitas, vel auaritia eius reprehenderetur, ſed vt voluerunt Impp. Seuerus & Attoninus, ſeruaret vetus p̃ceptum, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων: vtpote cùm valde inhumanum ſit à nemine accipere, paſſim viliſſimum, & omnia auariſſimũ [o].

X. Ingreſſus autem Proconſul prouinciam, mandabat iuriſdictionẽ legato ſuo, vel priùs etiam, ſi neceſſariam moram ipſe pateretur, maturiſſimè autem legatus in prouinciam peruenturus eſſet [p]: ſed id tantùm legato mandatum cenſebatur, q̃ ad mercenarium officium contẽtioſæ iuriſdictionis pertineret [q]: nõ etiàm ea, q̃ ſunt volũtariȩ iuriſdictionis [r], vel impij meri [s].

XI. Oportebat etiam Legatos conſulere, non principem, ſed proconſulem ſuum [t], ſicut & ad eum reijcere, ſi quid grauiorem animaduerſionem exigeret [u]: Sicut autem mandare iuriſdictionem, vel non mandare, erat in arbitrio Proconſulis, ita adimere eam legato licebat Proconſuli, ſed non inconſulto principe [x].

n. *d.l.nec quicquam §.circa aduocatos.*

o. *d.l.6.ſolent.§.non verò. h.tit.*

p. *d.l.4.obſeruare.§.fin.& l.ſeq.h.tit.*

q. *l.12.legatus. & l.ſeq. cum l.pen.h.tit.*

r. *l.2.in fine.cum l.ſeq.h.tit.*

s. *d.l.6.ſolent.in prin. d.l.11.ſi quid erit.h.tit l.1.et tot. tit ſ̃.de off. eius cui mand.eſt iuriſdict. l.2. ſ̃.de iuriſdict. om.iud.l.1.C.h tit.*

t. *d.l.ſolent.§.legatos.*

u. *d.l.ſolent.in prin. & d.l.ſi quid erit.*

x. *d.l.ſolent.§.ſicut autem.*

De officio Præfecti auguſtalis: Tit. 17.

1. *Præfectus AEgypti quando depoſuerit poteſtatem?*

I. PRæfect⁹ Aegypti quoq;, nõ priùs deponebat Præfecturã & imperiũ, q̃ ad ſimilitudinem

dinem Proconſulis lege ſub Auguſto ei datum erat, quàm Alexandriam ingreſſus eſſet ſucceſſor eius, licèt in prouinciam veniſſet: & ita mandatis eius continebatur [a].

a. *l. vnica. h. tit.*

Diſputat. VII. Reſpond. Gregorius Maeß, Crempius, Holſatus.

1. 2. 3. 4. *Præſidum nomen generale & quale eorum officium.*
5. 6. 7. *Præſides quomodò ſeſe gerere debuerint in iure dicendo?*
8. 9. *Aduerſus delinquentes quales eſſe debuerint?*
10. 11. *Muneribus abſtinere & ſeſe ſua prouincia continere debebant.*
12. 13. *In extraneos quando ius habuerint, & quale ius in ædificijs reparandis?*

I. PRæſidis nomen generale eſt: ideoq; & Proconſules, & Legati Cæſaris, & omnes, prouincias regentes, licèt Senatores eſſent, Præſides appellabantur, Proconſulis appellatio ſpecialis eſt [a]: omnes autem hi, qui vniuerſas prouincias regebant, ius gladij habebant, & in metallum dandi poteſtas eis permiſſa erat [b].

II. Præſes igitur prouinciæ, maius imperium in ea prouincia habebat omnibus, poſt Principem [c], & ex omnibus cauſis, de quibus vel Præfectus vrbi, vel Præfectus prætorio, itemq; Conſules & Prætores, cæteriq; Romæ cognoſcebant, Rectorum & Præſidum prouinciarum erat notio, omniaq; prouincialia deſideria, quæ Romæ varios habebant magiſtratus, ad officium Præſidum pertinebant [d].

III. Licèt autem is, qui prouinciæ præerat, omnium Romæ magiſtratuum vice & officio fungi deberet, non tamen ſpectandum ei erat, tam quid Romæ factum eſſet, quàm quid fieri deberet [e].

a. *l. 1. h. tit.*

b. *l. 6. illicitas. §. qui vniuerſas. h. tit.*

c. *l. 3. & 4. h. tit.*

d. *l. 10. ex omnibus cum l. ſeq. h. tit & concordat. l. 7. ſi in aliquam. in fine. cum l. 8. & ideò. et l. 9. nec quicquam. in prin. ff. de offic. proconſ.*

e. *l. 12. ſed licèt. h. tit.*

Ex

IIII. Ex illa quoq; reſcriptione, illum qui Prouinciæ præeſt, adire potes, vel qui prouinciæ præeſt, , æſtimabit quid ſuarum ſit partium, non imponebatur neceſſitas Proconſuli vel Legato eius, vel Præſidi prouinciæ ſuſcipiendæ cognitionis, ſed æſtimabat, vtrum cauſæ conditio requireret, vt ipſe cognoſceret, an ſufficeret iudicem dare [f].

V. Et ſanè grauiter dicitur, obſeruandum eſſe ius reddenti, vt in adeundo facilem ſe præbeat, ſed contemni non patiatur: vnde & mandatis adijci ſolebat, ne Præſides prouinciarum in vlteriorem familiaritatem prouinciales admitterent [g].

VI. Ac rurſus illud grauiter præceptum eſt, quòd in cognoſcendo etiam, ius reddentem neq; excandeſcere aduerſus eos, quos malos putat, neq; precibus calamitoſorum illachrimari oporteat, quippe cùm non ſit conſtantis & recti Iudicis, quod animi motum vultus detegat: & in ſumma ita ius reddi debet, vt authoritatem dignitatis, ingenio ſuo Iudex augeat [h].

VII. Poterat itaq; apud Præſidem prouinciæ, filij adoptio & emancipatio, ſeruiq; manumiſſio, poterat etiam tutoris datio ab eo expediri, quamuis ipſe ſe tutorem aut ſpecialem iudicem dare non poſſet [i].

VIII. Veritas verò rerum erroribus geſtarum, cùm non vitietur, in iudicando præſes prouinciæ id ſequi debebat, quod conueniret eum ex fide eorum, quæ probata eſſent [k]: nec

f pati

f. l.8.ſæpe.h.tit.l.3.l.5.potioris.l.10.nullum.C. de officio rectoris prouinciæ.

g. l.19.obſeruandum.in pr. h.tit.

h. d.l.obſeruandum in fine.

i. l.2. & 5.h.tit.

k. l.6.illicitas.§.veritas.h.tit.

pati debebat, vt potentiores viri humiliores iniuria afficerent [l], vel vt defenſores ciuitatum inſectarentur innocentes, vel vt ſub prætextu aduentus officiorum, aut ſub nomine militum, iniurijs vexarentur [m].

l. *d.l. illicitas. §. ne potentiores. l. 2. l. 11. moderatores. C. de officio rectoris prouinciæ.*

m. *d.l. illicitas. §. ne tenuis. cum §. ſeq.*

VIII. Illicitas ex actiones & violentia factas, & extortas metu venditiones, & cautiones ſinè precij numeratione, prohibere debebat Præſes prouinciæ [n]: mulctam quoque quam irrogauerat, ex præſentibus facultatibus eorum, quibus eam dixerat, ſi redigi non poſſe deprehendiſſet, neceſſitatē ſolutionis moderari debebat, neq; pati, vt propter inopiam remiſſa mulcta exigatur [o].

n. *d.l. illicitas. in prin. et §. illicita. l. 4. inofficiales. l. 7. qui ordinari. l. 8 nequis iudicum. l. 12. omnes. C. de officio rectoris prouinciæ.*

o. *d.l. illicitas. §. fin.*

IX. Et in ſumma congruere dicitur bono & graui Præſidi, vt curet pacatam & quietam eſſe prouinciam quam regit. idq; obtinere poterat, ſi ſollicitè ageret, vt malis hominibus prouincia careret, eoſq; ſi conquireret & puniret: atq; ita etiam de furioſis in carceribus continendis, & de facinoribus eorum, vel in ipſis, vel in eorum cuſtodibus, ob culpam ipſorū puniendis, cognoſcere & ſtatuere debebat [p].

p. *l. 13. congruit. cum. l. ſeq. et l. vlt. h. tit. l. 6. ciuitas. C. de officio rectoris prouinciæ.*

X. Illud Plebiſcito cautum fuit, ne quis Præſidum munus donumue caperet, niſi eſculentum poculentumue, quod intrà dies proximos prodigeretur [q].

q. *l. 18. plebiſcito h. tit.*

XI. Illud quoq, obſeruandum erat, ne qui prouinciam regaret, fines eius excederet, niſi voti ſoluendi cauſa, & tum tamen abnoctare ei non licebat [r]: nam & Præſes prouinciæ in ſuæ prouinciæ homines tantùm imperium habebat,

r. *l. 15. illud. h. tit.*

bebat, & hoc dum in prouincia erat: ſi exceſſiſſet priuatus erat [s].

XII. Habebat autem imperium interdum & aduerſus extraneos homines, ſi quid manu in prouincia commiſiſſent: quia & in mandatis Principum erat, vt Præſes malis hominibus prouinciam purgaret, nec diſtinguebatur vnde eſſent [t].

XIII. Pertinebat deniq; ad officium etiam Præſidum, vt ædificijs inſpectis, dominos eorum cauſa cognita compellerent, ea reficere: & vt aduerſus detrectantem, competenti remedio, auxilium ferrent deformitati [u].

s. l. 3. in prin. h. tit.

t. d.l.3. in fine.

u. l.7 præſes.h.tit.

De officio Procuratoris Cæſaris vel Rationalis. Tit. 19

1 2. Procuratoris Cæſaris officium in adeunda vel repudianda hæreditate?

3. 4. Poteſtas eius in alienandis rebus, aut delictis puniendis.

I. QVæ acta geſtaq; ſunt, à Procuratore Cæſaris, ſic ab eo comprobantur, atque ſi à Cæſare geſta ſunt [a]: eſt & hoc præcipuum in Procuratore Cæſaris, quod eius iuſſu ſeruus Cæſaris adire hæreditatem poteſt, & ſi Cæſar hæres inſtituatur, miſcendo ſe opulentæ hæreditati, Procurator hæredem Cæſarem facit [b].

II. Quòd ſi ea bona, ex quibus Imp. hæres inſtitutus eſt, ſoluendo non ſint, re perſpecta conſulitur Imperator: hæredis enim inſtituti in adeundis vel repudiandis huiuſmodi hæreditatibus, voluntas exploranda eſt [c].

a. l.1. in prin. h. tit.

b. d.l.1. in fine.

c. l.2 hoc tit.

III. Neq; vero in acquirendo ſolùm, ſed etiam in alienando, Cæſaris vices Procurator repræſentat: attamen ſi rem Cæſaris, Procurator eius quaſi rem propriam tradat, non transfert dominium: tunc enim transfert, cùm negocium Cæſaris gerens, conſenſu ipſius tradit: Deniq; ſi venditionis, vel donationis vel transactionis cauſa quid agat, nihil agit: non enim alienare ei rem Cæſaris, ſed diligenter gerere commiſſum eſt [d].

d. d.l.1.§.1. h. tit.

IIII. Curatores Cæſaris ius deportandi non habent: ſi tamen quaſi tumultuoſum vel iniurioſum aduerſus colonos Cæſaris prohibuerint in prædia Cæſariana accedere, abſtinere debebit: ſed neq; redire cuiquam permittere poſſunt [e].

e. l.vlt.h.tit.

De officio Iuridici: Tit. 20.

1. *Iuridicus Alexandriæ quale ſuſtinuerit officium?*

I. Apud Iuridicum Alexandriæ adoptare etiam quis poterat, quia legis ei data fuit actio [a]: & datio quoque Tutoris ei permiſſa fuit [b]: & infirmari apud eum, confirmariq; ab eo poterat donatio [c].

a. l.1.h.tit.
b. l.vlt.h.tit.
c. l.vnica.C. de officio iuridici Alexandriæ.

De officio eius cui mandata eſt iuriſdictio: Tit. 21.

1. 2. *Mandata iuriſdictione quæ transeant?*
3. 4. *Delegatus cognitionem habet, ex perſona delegantis?*

I. Quæcunq; ſpecialiter Lege, vel Senatuſconſulto, vel conſtitutione Principum

cipum tribuuntur, mandata iuriſdictione non transferuntur: quæ verò iure Magiſtratus cõpetunt, mandari poſſunt [a]: & ita more maiorum receptum eſt, iuriſdictionem quidem transferri, ſed merum imperium, quod Lege datur, non poſſe tranſire: attamen imperium, quod iuriſdictioni cohæret, mandata iuriſdictione tranſire verum eſt [b].

a. l. 1. in prin. h. tit.

b. d. l. 1. in fine. & l. vlt. in fin. h. tit. l. 6. ſolent. in prin. § 1. ſ. de offi. procoeſ. & leg.

II. Mandata iuriſdictione à Præſide, conſilium non poterat exercere is, cui mandata erat: ſi Tutores vel Curatores vellent prædia vendere, cauſa cognita id Prætor vel Præſes permittebat: quod ſi mandaſſet hic aut ille iuriſdictionem, nequaquam poterat mandata iuriſdictione eam quæſtionem transferre [c].

c. l. 2. h. tit.

III. Cognitio ſanè de ſuſpectis tutoribus mandari poteſt, imò etiam ex mandata generali iuriſdictione, propter vtilitatem pupillorum, eam contingere conſtitutum eſt [d]: item vt poſſeſſio bonorum detur, vel ſi cui damni infecti non caueatur, vt is poſſidere iubeatur, aut ventris nomine in poſſeſſionem mulier, vel is cui legatum eſt, legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeſſionẽ mittatur, mandari poteſt [e].

d. l. 4. cognitio in prin. h. ti.

e. d. l. cognitio. in fine.

IIII. Qui mandatam iurisdictionem ſuſcepit, proprium nihil habet, ſed eius, qui mãdauit, iurisdictione vtitur [f]: quare etſi Prætor ſit is, qui alienam iurisdictionem exequitur, non tamen pro ſuo imperio agit, ſed pro eo, cuius mandatu ius dicit, quoties partibus eius fungitur [g]: mandatam etiam ſibi iurisdictionẽ alteri mandare neminẽ poſſe manifeſtũ eſt [h].

f. d. l. 1. § qui mandatum. h. tit.

g. l. 3. h. tit.

h. d. l. vlt. in prin. h. tit.

De officio Aſſeſſorum: Tit. 22.

I. OMne officium Aſſeſſoris, quo iuris ſtudioſi partibus fungitur, in his ferè cauſis conſtat, in cognitionibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, epiſtolis [a].

II. Potioris gradus iudicibus, ab inferioribus, competens reuerentia tribuenda eſt [b]: attamen ſtudiorum labor meretur, vt hi, qui in publicis adminiſtrationibus conſtituti, ſociari ſibi conſiliorum participes cupiunt, ſpe præmiorum atq; honorificentia ſua prouocent eos, quorum prudentiam ſibi putant eſſe neceſſariam, non metu terribili, & neceſſitate incongrua libertati [c].

III. Liberti aſſidere poſſunt [d], infames nō poſſunt [e]: conſiliarijs quoq, eo tempore, quo aſſident, negocia tractare in ſuo auditorio, nullo modo conceſſum eſt: in alieno autem nō prohibentur [f]: & ſingulariter ab Imperatore Iuſtiniano ſancitum eſt, ne quis audeat vno eodemq; tempore, & aduocatione vti, & conſiliarij cuiuſcunq; Magiſtratus curam arripere, ne cùm ad vtrumq; feſtinat, neutrum bene peragat [g].

IIII. Sanciuit etiam Iuſtinianus, ne ſit cuiquam conceſſum duob⁹ Magiſtratib⁹ aſſidere, & vtriuſq; iudicij curam peragere, quia non facilè creditur duabus neceſſarijs rebus vnum ſufficere, & cum vni iudicio adfuerit, alteri abſit ibi neceſſe eſt, ſicq; nulli eorum idoneus in totum inuenitur [h].

Diem

a. *l. 1. b. tit.*

b. *l. 5. potioris. C. de officio rectoris prouinciæ.*

c. *l. 1. C. de aſſeſſoribus & domeſticis & Cancellarÿs iudicum. vide* in der Keyſerlichen Kamergerichts ordnung. *parte 1. tit. 9.* von des Keyſerlichen Kamerrichters ampt in gemein. *cum 5. tit. ſeqq.*

d. *l. 2. in prin. h. tit.*

e. *d. l. 2 in fine. h. tit. l. 2. C. de dignita. lib. 12.*

f. *l pen. h. tit.*

g. *l. vlt. in prin. C. de aſſeſſoribus.*

h. *d. l. vlt. §. nec ſit conceſſum. C. de aſſeſſor.*

V. Diem functo legato Cæſaris, ſalarium Comitibus reſidui temporis, quod à Legatis præſtitutum eſt, debetur, modò ſi non poſtea Comites eodem tempore fuerunt: diuerſum[i] in eo ſeruatur, qui ſucceſſorem ante tempus accepit[i].

i. *l.4. diem h. tit.*

LIBER SECVNDVS.

Diſputat. I. Reſpond. Euerhardus Curtius, Vntorpius. *

De Iuriſdictione omnium Iudicum: Tit. I.

1. 2. 3. 4. 5.	*Iuriſdictio quid, & quæ eius ſpecies?*
6. 7. 8. 9.	*Mandata Iuriſdictio qualis?*
10. 11. 12. 13. 14. 15.	*Qui ſub iuriſdictione non ſint, & quomodò Iuriſdictio prorogetur?*
16. 17.	*Si corruptum ſit id, quod iuriſdictionis perpetuæ cauſa propoſitum eſt.*

I. IVrisdictio, ſicut & ipſum verbum ſonat, nihil aliud eſt, quàm iuris dicundi poteſtas: reddendi videlicet ius, in quolibet ciuili vel criminali negocio, in diſceptationibus iudicialibus, perſecutionibus & poſtulationib⁹ extraiudicialibus, imò in his etiam, vbi ex denunciatione vel inquiſitione proceditur[a].

a. *l. 1. h. tit. l. vn. ſ. Si quis ius dicenti non obtemp. l. 2. ſ. ſi quis in ius voca. non ierit. l. 13. properandum in prin. et l. 14. rem non nouam in prin. C. de iudicijs.*

II. Sicut enim ius dicentis officium latiſſimum eſt, & tam illa quæ nobili officio, & muneris quadam libertate, quàm etiam illa, quæ mercenario officio & neceſſitate litium expediendarum veniunt, complectitur[b].

b. *Dd. ad rubricam. tit. I. de officio iudicis. & ad rubr. item& in l. 1. h. tit.*

III. Ita quoq; Iurisdictionis poteſtas generalitate ſua, omnia illa complectitur, quæ aut voluntariæ aut contentioſæ ſunt iurisdictionis [c], & qui Iurisdictionem habet, & bonorum poſſeſſionem dare, & in poſſeſſionem mittere, & pupillis non habentibus tutores conſtituere, & iudices litigantibus dare poteſt [d]; rurſusq; ipſa Iuriſdictio, etiam iudicis dandi licentia eſſe dicitur [e].

IIII. Generaliter autem ita accepta Iuriſdictio, ſeu Iuriſdictio omnimoda, vt vocant, diſtinguitur in Imperium & Iuriſdictionem ſimplicem: Imperium, illa quæ officio nobili & muneris quadam libertate veniunt, continés, diſtinguitur in Merum & Mixtum [f].

V. Merum imperium, vt ait Vlpianus, eſt habere gladij poteſtatem, ad animaduertendum in facinoroſos homines, quod etiam poteſtas ſimpliciter appellatur [g]: Mixtum imperium eſt, cui etiam Iuriſdictio ſimplex ineſt: vnde & in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit [h]: omnibuſq; magiſtratibus, non tamen duumuiris, ſecundùm ius poteſtatis ſuæ, conceſſum quoq; fuit olim apud Romanos, Iuriſdictionem ſuam defendere pœnali iudicio [i].

VI. Sic quoq; iam antè proditum eſt, mandata Iuriſdictione priuato, etiam imperium, quod non eſt merum, videri mandatum, quia Iuriſdictio ſinè modica cohercitione nulla ſit: quamuis alioqui gladij poteſtas mandata Iuriſdictione non transferatur [k].

VII. Fuit autem moribus Romanorum ita rece-

c. l.2. vbi gl. & Dd. ff. de offic. proconſulis et legati.

d. l.1. h. tit.

e. l.3. §. fin. h. tit.

f. d. l.3. in prin. & §. 1. & ibi Dd.

g. d. l. 3. in prin. & ibi latiſſ. Dd.

h. d. l. 3 §. mixtum. & l. 4. h. tit.

i. l. vnica. ff. Si quis ius dicenti non obtemp.

k. l. 6. ſolent in prin. et §. 1. l. 11. ſi quid erit. ff. de offic. proconſ. & legati. l. 1. & l. 2. cum l. vlt. ff. de officio eius cui mand. eſt iuriſdict. l. 2. et l. 12 magiſtratibus. h. tit. l. 70. nemo poteſt. ff. de reg. iur.

receptum, vt is demum iuriſdictionem mandare poſſet, qui eam ſuo iure, non alieno beneficio haberet [l], & eum qui iudicare iubebat, magiſtratum eſſe oportebat, & in poteſtate aliqua poſitum, vtpote Proconſulem, Prætorem vel Præſidem prouinciæ [m].

VIII. Quinimò Prætor, ſicut vniuerſam iuriſdictionem mandare alij poterat, ita & in perſonas certas, vel de vna ſpecie: maximè cùm iuſtam cauſam, ſuſceptæ ante magiſtratum aduocationis alterius partis haberet [n]: & canonũ æquitate moribuſq; noſtris, magiſtratus, qui ordinariam & omnimodam habet iuriſdictionem etiam merum imperium mandare poteſt [o].

IX. Sed cùm is, cui iuriſdictio mandata eſt, non ſua ſed aliena vtatur iuriſdictione [p], eamq; hactenus tantùm lex confirmet, conſequens eſt, quòd ſi is, qui mandauit iuriſdictionem, deceſſerit, antequàm res ab eo, cui mandata eſt iuriſdictio, geri cœperit, ſolui mandatum, ſicut & in reliquis cauſis inſtar alterius mandati, hoc mandatum ſoluitur [q].

X. Qui autem iuriſdictioni præeſt, neq; ſibi ius dicere debet, neq; vxori vel liberis ſuis, neq; libertis vel cæteris, quos ſecum habet [r]: illud tamen receptum eſt, ſi quis maior vel æqualis ſubijciat ſe iuriſdictioni alterius, poſſit ei, & aduerſus eum ius dici [s].

XI. Quòd ſi conuenerit, vt alius Prætor, quàm cuius iuriſdictio eſſet, ius diceret, & priuſquam adiretur, mutata voluntas fuerit, pro-

g cul-

l. *l.5. more maiorum h. tit.*

m. *l.13. eum qui. h. tit.*

n. *l.16. ſolet. cum. l. ſeq. h. t.*

o. *c. quod ſidem. vbi gl. §. de off. ord. Alber. Dec & alij. in l.1. §. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. Cagnol. in d. l. nemo poteſt ff. de reg. iu.*

p. *l.3. §. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdictio. & d. l. ſolet. in fine. h. tit.*

q. *l.6. & quia. h tit.*

r. *l.10. qui iuriſdictioni. h. tit. & toto tit. C. Ne in ſua cauſa quis iudicet, vel ius ſibi dicat.*

s. *l.14. eſt receptum. h. tit.*

culdubiò nemò compellitur iſtiuſmodi conuentioni ſtare [t]: ſed etſi per errorem alius Prætor pro alio electus ſit, nihil valebit quod actum eſt [u].

t. *l.18. ſi conuenerit. h. tit.*

u. *l.15 ſi per errorem. h. ti.*

XII Extra territorium etiam ius dicenti impunè non paretur: idem eſt etſi ſupra iuriſdictionem ſuam velit ius dicere [x]: quòd ſi idẽ cum eodem pluribus actionibus agat, quarum ſingularum quantitas intrà iuriſdictionem iudicantis ſit, coacceruatio verò omnium excedat modum iuriſdictionis eius, rectè apud eum agetur [y].

x. *l. vlt. h tit.*

y. *l. 11. ſi idem cum eodem. in prin. h. tit.*

XIII. Sed & ſi mutuæ ſunt actiones, & alter minorem quantitatem, alter maiorem petat, apud eundem iudicem agendum eſt ei, qui quantitatem minorem petit, ne in poteſtate calumnioſa aduerſarij mei ſit, an apud eundẽ litigare & eum reconuenire poſſim [z].

z. *d. l. ſi idem cum eodem. § ſed etſi mutuæ.*

XIIII. Rurſus ſi vna actio communis ſit plurium perſonarum, tota cauſa ſpectari debet, an de eius quantitate iudicare is poſſit, ad quem itum eſt [a]: & generaliter quoties de quãtitate ad iuriſdictionem pertinente quæritur, ſemper quantum petatur, quærendum eſt, nõ quantum debeatur [b].

a. *d. l. ſi idem cum eodem. § fin.*

b. *l. pen § fin. h. tit.*

XV. Si puella apud competentem iudicẽ litẽ ſuſceperit, deinde condemnata ſit, poſteaq; ad viri matrimonium, alij iuriſdictioni ſubiecti, peruenerit, prioris iudicis ſententia nihilominus executioni mandabitur: idemq; erit ſi poſt ſuſceptam cognitionem, ante ſententiam hoc eueniat: & generaliter in omnibus huiuſcemodi caſibus hoc obſeruandum eſt [c]. Si

c. *d. l. pen. in prin. & §. 1.*

XVI. Si quis id, quod iuriſdictionis perpetuæ cauſa, non quod prout res incidit, in albo vel in charta, vel in alia materia propoſitũ erat, dolo malo corruperit, datur in eum quingentorum aureorum iudicium [d]: hoc pœnali iudicio & qui ſuſtulit tenetur: attamen qui dolo caret, ſiue per imperitiam vel ruſticitatem fecit, non tenetur [e].

XVII. Si plures fecerint, vel corruperint, vel mandauerint, omnes tenebuntur [f]: adeo vt non ſufficiat vnum eorum pœnam luere [g]: ſed & ſi familia alicuius album corruperit, plura facta intelliguntur: ſi dolo malo curauerit familia, vt ab alio album corrumperetur, vnum conſilium habebitur, non plura facta [h]: in ſeruos autem, ſi non defenduntur à Dominis, & eos qui inopia laborant, corpus torquendum eſt [i].

d. *l. 7. ſi quis id in prin. h. tit.*
e. *d. l. ſi quis id § pen. et vlt.*
f. *d. l. ſi quis id in fine.*
g. *l. 8. adeò. h. tit.*
h. *l. 9. ſi familia. h. tit.*
i. *d. l. ſi quis id, § in ſeruos. l. 1. § fin. ſ. de pœnis.*

Quod quiſq; iuris in alterum ſtatuerit, vt ipſe eodem iure vtatur: Tit. 2.

1. 2. Si magiſtratus ius nouum in aliquem ſtatuerit?
3. Si quis poſtulatione ſua ius nouum obtinuerit?

I. QVi magiſtratum poteſtatemuę habet, ſi quid in aliquem noui iuris ſtatuerit, ipſe quandoq; aduerſario poſtulante, eodem iure vti debet: ſcilicet vt quod ipſe quis, in alterius perſona, æquum eſſe credidit, id in ipſius quoque perſona valere patiatur [a].

a. *l. 1. in prin. h. tit.*

II. Quòd ſi tamen quis, cùm vellet ſtatuere, prohibitus ſit, nec effectum habuit decretum, ceſſat hoc edictum [b]: & Aſſeſſoris quoq; imprudentia, ſi ius aliter dictum ſit, quàm oportuit, non debet hoc Magiſtratui officere, ſed ipſi Aſſeſſori [c].

b. *d.l.1.§.fin.*

c. *l.2.h.tit.*

III. Si quis apud eum, qui magiſtratum poteſtatemuè habet, aliquid noui iuris poſtulatione ſua obtinueret; aduerſus eum quoque aduerſario quandoq; poſtea poſtulante, eodem iure decernetur [d]: licèt ipſe eo non ſit vſus, dummodò impetrauit vt vteretur [e]: & licèt alius etiam aduerſus ipſum, eo iure vti cupiat, qui ab eo non ſit læſus [f].

d. *d.l.1.§.1. verſ. ſi quis.*

e. *l.3.in prin.h. tit.*

f. *d.l.3.§. hac pœna.*

Si quis ius dicenti non obtemperauerit: Tit. 3.

1. 2. Non obtemperaſſe quis dicatur, & quomodò puniatur?

I. IS videtur ius dicenti non obtemperaſſe, qui quod extremum in iuriſdictione eſt, non fecit: veluti ſi quis rem mobilem à ſe vendicari paſſus non eſt, duci paſſus eſt, obtemperaſſe adhuc cenſetur: cæterum ſi & ſequentia recuſauit, tunc non obtemperaſſe dicitur [a], ſiue Actor ſit, ſiue Reus [b].

a. *l.vnica.§.1.h.tit.*

b. *d.l.vnica.§.pen.h.tit.*

II. Hoc iudicium non ad id, quod intereſt, ſed quanti ea res eſt, concluditur: ſed cùm meram pœnam contineat, neq; poſt annum, neq; in hæredem datur [c]: quamuis alioqui omnibus magiſtratibus exceptis Duumuiris, ſecundùm ius poteſtatis ſuæ conceſſum ſit iuriſdictionem ſuam defendere pœnali iudicio [d].

c. *d.l vnica. §.fin.*

d. *d.l.vnica. in prin.ſa tit. C.modo mulcta.quæ à iudicibus infliġ.*

Diſpu-

Diſputat. II. Reſpond. Hinricus Bocerus, Saltzcatenus. ✻

De in ius vocando: Tit. 4.

1. 2. 3. *In ius vocare quid ſit, & qui non potuerint omnino in ius vocari?*
4. 5. 6. *Qui non potuerint ſinè venia in ius vocari?*
7. 8. 9. *Sinè venia in ius vocaſſe quis dicatur, & vbi pœna locum habeat?*
10. 11. *Extrahi domo quis non poteſt, licèt vocari de domo poſſit.*

I. IN ius vocare, eſt iuris experiundi cauſa vocare [a]: & olim quidem licebat parti in ius vocare, inuitũq; trahere aduerſarium ſuum, vel de die iudicij, cum illo conuenire, ſinè mandato Magiſtratus ſeu ius dicentis [b]: poſtea tamen eô deuentum eſt, vt authoritate eius, qui iuriſdictioni præeſt, per apparitoré [c], vel per edictum [d], in ius vocatio, quam Citationem dicimus [e], fieri debeat.

II. Conſtitutum autem Romanis legibus inuenimus, in ius vocari omnino non oportere, neq; Conſulem neq; Præfectum, neq; Prætorem, neq; Proconſulem, neq; cæteros magiſtratus, qui imperium haberent, qui & cohercere aliquem poſſunt, & iubere in carcerem duci: nec pontificem, dum ſacra facit, nec eos, qui propter loci relidionem inde ſe moue-

g 3 re

a l. 1. h. tit.

b. §. appellamus. vbi vide interpretes recentiores, præſertim Balduin. Mynſing. VVeſenbec. Hotoman. I. de act. & vide Horat. lib. 1. ſermo. Saty. 9. Plau. in Pænulo. Duaren. lib. 1. anniuerſar diſputa. cap. 1 Cuia. lib. 7. obſeruat. cap. 15. & lib. 10. cap. 10 fa. tex. in l. 18 pleriq. cum 3. ſeqq. h. tit. & in l. 5. ſi verò. cum l. 8. de die. in prin. ſſ. Qui ſatiſd. cog.

c. l. 1. & l. fin. C. de ſport. & ſumpt. in diuerſ. iudic. l. 7. ea quæ. C. quomodo & quando iudex. § fin. I. de pœn. tem. litigan.

d. l. 68. ad peremptorium. cum 5. ſeqq. ſſ. de iudicijs. l. vlt. ſſ. de bon. autho. iud. poſſid. c. nonnulli. x. de reſcript. c. accedens x. vt lite non conteſta c. ex literis de offic. & pot. iud. delega. c. præterea. x. de dilat. c. vlt. x. de eo qui mitt. in poſ. rei ſeruan. cauſa. c. de illicita. 24. q. 3.

e. c. propoſuiſti x. de foro comp. c. ſi duobus. x. de appellat. c. ſi duobus. x. de reſcript. d. c præterea. x. de dilat. d. c. vlt. x. de eo qui mit. in poſſeſ. c. Romana. § cum autem ad præſata. de appellat. in 6. clem. 1. de iudicijs. clem. paſtoralis. de re iudicata. & clem. ſæpe de verb. ſignif. vide etiam in der Keyſerlichen Camergerichts ordnung. parte 2. tit. 1. & parte 3. tit. 12. von dem erſten termin/ *Illuſtriß. Iulij.* F. B. Hoffgerichts ordnung. tit. 26. von ausbringung der ladung. *Bern. VVurmſer. obſeruat. pract. lib. 1. tit. 6. de citat. per tot. Hart. Hart. lib. 2. tit. 3. de citatio. & vide And. Geyl. lib. 1. obſeruat. pract. obſeruat. 48. cum 10. ſeqq.*

re non poſſent, nec eum, qui equo publico in cauſa publica tranſuehatur [f].

f. l.2. in prin. h. tit.

III. Præterea in ius vocari non debet, qui vxorem ducit, aut ea quæ nubit: nec iudex, dum de re cognoſcit, nec is qui apud Prætorem eſt, dum apud eum cauſam agit, neq; funus ducens familiare, iuſtaue mortuo faciens [g], vel qui cadauer proſequuntur [h], quiq; litigandi cauſa, neceſſe habet in iure, vel certo loco ſiſti, nec furioſus vel infans [i]: imò nec impuberes puellas, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, in ius vocare permiſſum eſt [k].

g. d. l. 2. §. fin.

h. l. 3. h. tit.

i. l. 4. quiq; litigandi. in pr. h. tit.

k. l. 22. neq; impuberes. in prin. h. tit.

IIII. Sine venia autem in ius vocari prohibentur, Parentes in primis, vtriuſq; ſexus in infinitum, à liberis ſuis emancipatis [l], etiamſi in ſeruitute liberos ſuſceperint: imò etiamſi à matre vulgò quæſitus ſit filius [m]: nam & parentes naturales in ius vocare nemo poteſt, ſed vna omnibus parentibus ſeruanda reuerentia eſt [n]: nec parentem ſuum naturalem, dum quis eſt in adoptiua familia, in ius vocare ſinè venia poteſt [o].

l. d. l. quiq; litigandi. §. 1. l. vlt. C. eo.

m. d. l. quiq; litigandi. §. vl. cum l. ſeq. h. tit.

n. l. 6. parentes. h. tit.

o. l. 7. patris. §. 1. h. tit.

V. Patris ſui adoptiui parentes, filius adoptiuus impunè in ius vocabit, quoniam hi eius parentes non ſunt, cùm his tantùm cognatus fiat, quibus & agnaſcitur [p]: adoptiuum autem patrem filius, quàm diu in poteſtate eſt, in ius vocare non poteſt, iure magìs poteſtatis, quàm præcepto Prætoris, niſi ſit filius qui caſtrenſe habeat peculium: tum enim cauſa cognita permittitur [q].

p. d. l. patris. in prin.

q. l. 8. adoptiuum. in prin. h. tit.

Sed &

VI. Sed & patronum, patronam, liberos parenteſq; patroni patronæq; libertus ſinè venia in ius vocare prohibetur [r]: & generaliter eas perſonas, quibus reuerentià præſtanda eſt, ſinè iuſſu prętoris in ius vocare prohibitū eſt [s].

VII. Adiecit autem Prætor, niſi permiſſu meo, ne quis in ius iſtas perſonas vocet: permiſſurus enim eſt, ſi famoſa actio non ſit, vel pudorem ea non ſugillet; & totum hòc cauſa cognita expediri debet, vt interdum etium ex cauſa famoſa permittatur parens vel patronus in ius vocari, ſi filiùs fortè vel libertus grauiſſima iniuria affectus ſit, puta flagellis cæſus [t].

VIII. In eum qui ſinè venia in ius vocauerit, quinquaginta aureorum ex hoc edicto iudicium datur [u]: quod tamen nec hæredi datur, nec in hæredem, nec vltra annum [x]:

IX. Is qui libellum aduerſus parentem vel patronum dedit, non diſſimulato eo, quòd filiꝰ eſſet vel libertus, etiamſi quid ad eius deſiderium reſcriptum ſit, pœnam effugiet: ſicut & is, qui accuſatus, pro tribunali frequenter interpellat, eò quod defendere ſe paratus eſt [z].

X. Sed etſi non adijciatur, cauſa cognita dandum eſſe hòc pœnale iudicium, tamen interdum moderanda erit iuriſdictio, veluti ſi pœniteat libertum vel filium, & actionem remittat, vel ſi vocatus non venerit, aut non inuitus vocatus ſit [a].

XI. Quamuis porrò in ius vocari quis non prohibeatur, nullum tamen de domo ſua in ius vocare licere, quia domus ſua tutiſſimum

cuiq;

r. d.l. quiq; litigandi. §. 1. d.l. patris. d.l. adoptiuum. §. patronum. cum. 2. ll ſeqq. l. 12. ſi libertus. l. 14. libertus à patrono. cum 2. ll. ſeqq. l. 23. communis. cum l. fin. h. tit. l. 1. & 2. C. eo § pœnales. I. de act.

s. l. 13. generaliter. h. tit.

t. l. 10. ſed etſi hac lege. §. prætor ait. h. tit.

u. l. 12. ſi libertus. l. pen. h. tit.

x. d. l. pen.

y. l. 15. libertus aduerſus. h. tit.

z. l. 14. libertus à patrono. h. tit.

a. l. 11. quamuis. h. tit.

cuiq; refugium atq; receptaculum, eumq; qui inde in ius vocaret, vim inferre videri, proditum eſt: quia ſi non defendatur, & latitet ſatìs pœnæ ſubeat, eò quòd mittitur aduerſarius in poſſeſſionem bonorum eius [b].

XII. Sed etſi is, qui domi erat, interdum vocari in ius poſſet [c], puta ſi aditum ad ſe præſtaret, aut ex publico conſpiceretur [d], vel in vinea, aut balneo, aut theatro eſſet [e], inuitus tamen de domo extrahi non debebat [f].

b. l. 18 pleriq. cum l. ſeq. h. tit.
c. l. 21. ſed etſi is. h. tit. l. 103. nemo de domo. ſ. de reg. iur.
d. l. 19. ſatisq. § fin. h. tit.
e. l. 20. ſed etiam. h. tit.
f. d. l. ſed etſi is.

Si quis in ius vocatus non ierit, ſiue quis eum vocauerit, quem ex edicto non debuerit: Tit. 5.

1. 2. In ius vocatus ſi non ierit, quomodò puniatur, vel excuſetur à pœna?

I. Ex quacunq; cauſa, ad Prætorem, vel alios, qui iuriſdictioni præſunt, in ius vocatus, venire debet, vt hoc ipſum ſciatur, an iuriſdictio eius ſit [a]: ſi quis in ius vocatus non ierit, ex cauſa à competenti iudice mulcta pro iurisdictione iudicis, damnabitur [b]: & incerti cum eo agendum erit, in id quod intereſt Actoris, ſi ſiſti promiſerit, neq; pœnam adiecerit, ſi ſtatus non eſſet [c].

II. Propter ruſticitatem tamen, vel quia nihil actoris interſit, remittitur pæna, puta quia dies feriatus fuit, quo quis in iure comparere debuerat [d].

a. l. 2. in prin. h. tit. l. 5. ſi quis ex aliena. ſ. de iudic.
b. d. l. 2. § 1.
c. l. vlt. h. tit.
d. d. l. 2. § 1. & § fin.

In ius

In ius vocati vt eant, aut ſatis vel cautum dent: Tit. 6.

1. 2. Fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſa datur, & quæ ſint fideiuſſoris partes?

I. IN ius igitur vocatum, Prætor aut ire, aus ſatis dare, vel cauere iubet: & quidem edicto præceptum eſt, vt fideiuſſor, iudicio ſiſtendi cauſa, pro rei qualitate locuples detur, exceptis neceſſarijs perſonis, puta parente, patrono, patrona, liberisq; ſuis, vel vxore nuruue, pro quibus qualiſcunq; fideiuſſor accipi iubetur: adeò vt in eum qui non acceperit, quinquaginta aureorum iudicium ſit propoſitum [a].

II. Fideiuſſor iuriſdictioni illius, ad quem vocatur, non ſuppoſitus, pro non dato habetur, niſi ſuo priuilegio ſpecialiter renunciauerit [b]: eum autem, pro quo quis apud officium cauit, exhibere cogitur: item qui apud acta ſe exhibiturum quem promiſit, etſi officio non caueat, ad exhibendum tamen cogitur [c]: qui duos ſiſti promiſit, & alterum non exhibet, non videtur promiſſioni ſtetiſſe [d].

a. l. 1. 2. & 3. h. tit.
b. l. 1. ſ. tit. prox.
c. l. 17. eum pro quo. ſ. de in ius voc.
d. l. vlt. h. tit.

Ne quis eum, qui in ius vocatus eſt, vi eximat: Tit. 7.

1. 2. Eum, qui vocatus in ius it, vel ducitur, eximere prohibitum eſt.
3. Vbi ceſſet hoc edictum?
4. 5. Qualis actio ex hoc edicto competat?

I. EVM, qui in ius vocatus, iret, aut duceretur, Prætor vi eximi vetuit [a]: eximere accipitur, pro quoquo modo auferre, vt-

a. l. 1. in prin. h. tit.

puta ſi quis non rapuerit vocatum, ſed moram fecerit, quô minùs in ius veniret, vt actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur [b]: ſed etſi eo loci retinuerit, neq; abduxit, exemiſſe cenſetur [c].

b. l. 4. ſed eximendi. in pr. h. tit.
c. d. l. ſed eximendi. §. ſed etſi.

II. Item ſi quis eum, qui per calumniam vocabatur, exemerit, conſtat eum hoc edicto teneri [d]: ſed etſi per alium exemit, ſiue præſens ipſe fuit, ſiue abſens, tenebitur [e]: docere autem debet actor, per hanc exemptionem factum, quô minùs vocatus in ius produceretur [f].

d. d. l. ſed eximendi. §. itẽ ſi quis.
e. l. 5 ſi per alium. in prin. h. tit.
f. d. l. ſi per alium. §. docere.
g. d. l. ſi per alium. §. docere.

III. Quòd ſi vocatus nihilominùs in ius productus eſt, ceſſat edictum [g]: ſicut & in his caſibus edictum ceſſat, ſi perſona quæ in ius vocari non potuit, exempta eſt [h]: ſi quis ab alio, quàm quo debuerat, in ius vocabatur [i]: ſi vocato exemptoq; ius ſit, ibi non conueniri [k]: ſi ſeruus eximatur [l]: ſi quis ad pedaneum iudicem vocatus eſſet [m]: ſi ſinè dolo malo quis eximatur, quia iuſta cauſa ſit exemptionis [n]: quãuis alioqui ad exemptionis pœnam vis ſinè dolo malo ſufficiat [o].

h. l. 1. § fin. & l. 2. in prin. h. tit.
i. d. l. 2. §. 1. h. tit.
k. d. l. 2 in fine.
l. l. 3. in prin. h. tit.
m. d. l. 3. §. 1.
n. d. l. 4. ſed eximendi. §. fin.
o. d. l. 3. § fin.

IIII. In eum, qui vi exemit, actio in factũ datur, quo non id continetur, quod in veritate eſt, ſed quanti ea res eſt ab Actore æſtmata, de qua controuerſia eſt: idq; additum eſt, vt appareat etiamſi calumniator quis ſit, tamen hanc pœnam eum perſequi [p].

p. d. l. 5. ſi per alium. §. 1.

V. Si plures deliquerint, in ſingulos hoc iudi-

iudicium dabitur, & nihilominùs obligatus manet qui exemptus eſt[q], quia exemptionis nomine ſoluens, pœnam ſuam ſoluit[r]: hæredibus autem ita dabitur, ſi eorum interſit: in hæredem, aut poſt annum, omnino non datur[ſ].

q. d. l. ſi per alium. §. hoc iudicium.
r. l. vlt. h. tit.
ſ. d. l. ſi per alium. §. fin.

Diſputat. III. Reſpond. Petrus Reckelerus, Heruordienſis. ✲

Qui ſatiſdare cogantur, vel iuratò promittant, vel ſuæ promiſſioni committantur: Tit. 8.

1. 2. *In ius vocatus ſatiſdare debet, & quomodò pro neceſſarijs perſonis ſatiſdetur?*
3. 4. 5. *Quomodò pro alijs perſonis ſatiſdetur?*
6. *Neceſſaria ſatiſdatio admittit remiſſionem ad aliam Ciuitatem.*
7. 8. *Si Reus immobilia poſſideat, vel ventum ſit ad iudicium.*

I. IN ius itaque vocatus, vt paulò antè dictum eſt[a], ire debebat, aut pati cogebatur, ſe duci & trahi inuitum[b]: niſi ſatiſdaret vel caueret: Satiſdatio eodem modo appellata eſt, quo ſatisfactio, nam vt ſatisfacere dicimur ei, cuius deſiderium implemus, ita ſatiſdare dicimur aduerſario, cùm pro eo, quod à nobis petit, ita cauemus, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus, datis fideiuſſoribus[c].

II. Fideiuſſor autem iudicio ſiſtendi cauſa pro alijs locuples dari debet[d], pro parentibus autem vel patronis, pro vxore vel nuru, &c. qualiſcunq; ſi detur, ſufficit[e]: & in illo quidē, qui ꝓ alijs datur, non ſolùm facultates ſpectātur, ſed etiam conueniendi facilitas[f]: in eo autem

a. nu. 1. & 2. ſ. in ius vocati vt eant.
b. dixi ſ. ad tit. de in ius vocando. & eſt tex. elegans. in l. 5. ſi verò. verſ. quia ſanè. h. tit.
c. l. 1. h. tit. & fa tex. in l. 5. ſtipulationum aliæ. §. ſatis acceptio. ſ. de verb. oblig. l. 1. in prin. verſ. & ſciendum. ſ. de ſtipulati. præto. l. 61. ſatiſdationis & l. 188. habere. § fin. ſ. de verb. ſigni. l. 3. ſancimus. C. de verb. ſign.
d. l. 1. ſ. in ius vocati vt eant l. 2. in prin. h. tit.
e. d. l. 1. & l. 2. ſ. in ius vocati vt eant & d. l. 2. §. pen. h. t. l. 1. ſ. Si quis in ius voca. non ierit. d. l. 1. ſ. in ius vocati vt eant. & d. l. 2. in prin. h. tit

autem qui pro neceſſarijs perſonis datur, facultates non ſpectantur g: imò ſi pro neceſſarijs perſonis, qualiſcunq; oblatus fideiuſſor, non accipiatur, pœnale iudicium quinquaginta aureorum competit h.

g. d.l.1. & 2. §. in ius vocati vt eant. & d.l.2. in prin. h. tit.

h. d.l.2. §. in ius vocati vt eant.

III. Quoties igitur fideiuſſor pro rei qualitate locuples dari debet, ſi vitioſe cautum vel ſatiſdatum eſt, non videtur cautum i: ideoq; qui mulierem adhibet ad ſatiſdandum non videtur cauere: ſed nec miles, nec minor viginti quinq; annis, probandi ſunt, niſi hæ perſonæ in rem ſuam fideiubeant k.

i. l.6. qui vitioſè. h tit.

k. l.8. de die. §. qui mulierem. h. tit.

IIII. Qui pro rei qualitate euidentiſſimè locupletem, vel ſi dubitetur, approbatum fideiuſſorem, iudicio ſiſtendi cauſa non acceperit, iniuriarum actio aduerſus eum eſſe poteſt: qa ſanè non quælibet iniuria eſt, duci in ius eum, qui ſatis idoneum fideiuſſorem offerat: ſed & ipſe fideiuſſor, qui non ſit acceptus, tanquàm de iniuria ſibi facta, quæri poterit l.

l. l.5. ſi verò. §. qui pro rei. h. tit.

V. In his tamen ſatiſdationibus iudicio ſiſti, (quæ ideo præſtantur à Reo, ne vocatus ſtatim cogatur ad iudicium ire m, quæ inde etiam Voluntariæ vocantur, quòd in arbitrio Rei ſit, aut ire ſtatim in iudicium & non ſatiſdare, aut ſatiſdare & non ire ſtatim n,) non audietur Reus, ſi in alium locum, vbi ſatiſdare velit, reuocet o: ſicut & fideiuſſorem, qui fori præſcriptionem habeat, Actor ſuſcipere non cogitur, niſi is ſuo priuilegio ſpecialiter renunciauerit p.

m. toto tit. §. in ius vocati vt eant, aut ſatis vel cautum dent.

n. d. tit. in ius voca. vt eant. & l.7. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. h. tit.

o. d. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria.

p. d.l.1. §. Si quis in ius vocatus non ierit. & d.l. ſi fideiuſſor. in prin. h. tit.

Quod

VI. Quòd ſi verò neceſſaria ſit ſatiſdatio, puta ſi tutor vel curator rem pupillo ſaluam fore, ſi vſufructuarius pupillo de re reſtituenda, ſi legatarius hæredi de rebus legatis euicta hæreditate reddendis, & quod ampliùs per legem Falcidiam ceperit, ſi hæres legatarijs de legatis præſtandis, cauere debeat [q], & non facilè poſſit Reus ibi eam præſtare, vbi conuenitur, poteſt audiri, ſi in alia eiuſdem prouinciæ ciuitate, ſatiſdationem præſtare paratus ſit [r]: ſed iurare debet de calumnia, vexandi cauſa id non fieri [s], & arbiter, ad probandos fideiuſſores, conſtitui poterit [t].

VII. Poſſeſſor immobilium rerum, ſatiſdare non compellitur [u]: immobilia autem quis nec ne poſſideat, tempus cautionis ſpectandū eſt [x], poſtquàm autem ad iudicium ventum eſt, ita obſeruatur, vt Reus ſatiſdet pro ſua tantùm perſona, quòd in iudicio permaneat vſque ad terminum litis, vel committitur ſuæ promiſſioni cum iureiurando, quam iuratoriam cautionem vocant: vel nudam promiſſionem, vel ſatiſdationem, pro qualitate perſonæ ſuæ, dare compellitur [y].

VIII. Si ſatiſdatum pro re mobili non ſit, & perſona ſuſpecta ſit, ex qua ſatis deſideratur, apud officium deponi debebit, ſi hoc iudici ſederit, donec vel ſatiſdetur, vel lis finem accipiat [z]: qui iuratò promiſit iudicio ſiſti, non videtur peieraſſe, ſi ex conceſſa cauſa hoc deſeruerit [a].

q. d.l 8. de die. §. tutor. h. ti.
r. d.l.7. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria.
s. d.l. de die. §. iubetur.
t. l. 9. arbitro. cum l. ſeq. h. tit.
u. l. 15. ſciendum. in prin. & §. 1. h. tit.
x. d.l. ſciendum. §. fin.
y. §. ſed hodie. & ibi copioſe Dd. I. de ſatiſdat. vide in Illuſtriß. Iulij F. B. Hoffgerichts ordnung. tit. 32. von Caution vorſtand vnd ſicherheit.
z. d.l.7. ſi fideiuſſor. §. fin.
a. l. vlt. h. tit.

Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodùm caueatur: Tit. 9.

1. 2. 3. *Quomodò ſeruus exhibendus ſit, & quomodò de eo caueatur?*
4. *Si ſeruus præſens ſit, Dominus abſens?*

I. SI quis ſeruum, de quo Noxalis actio eſt, iudicio ſiſti promiſit, in eadem cauſa eum exhibere debet, in qua tunc eſt, donec iudicium accipiatur, ita nimirum vt ad experiendum non faciat ius actoris deterius [a].

II. Quòd ſi ſeruum in eadem cauſa ſiſtere quis promiſerit, & liber factus ſiſtatur, ſi de ipſo controuerſia eſt capitalium actionum, iniuriarumq; nomine, non rectè ſiſtitur, quia aliter de ſeruo ſupplicium ſumitur, & verberibus, de iniuria ſatis fit, aliter de libero vindicta ſumitur vel condemnatio pecuniaria: quod autem ad cæteras noxales cauſas pertinet, etiam in meliorem cauſam videtur perueniſſe [b].

III. Si abſens ſit ſeruus pro quo Noxalis actio alicui competit, ſiquidem Dominus non negat in poteſtate ſua eſſe, compellendus erit iudicio ſiſti promittere, vel iudicium accipere. quod ſi neget in ſua poteſtate eſſe, & nolit defendere, cauere debet, cùm primùm poterit, ſe exhibiturum, ſin verò falſò neget in ſua poteſtate eſſe, ſuſcipere debebit iudicium ſinè noxæ deditione [c].

IIII. Sed ſi ſeruus præſens ſit, Dominus abſit, nec quiſquam ſeruum defendat, ducendus eſt ſeruus

a. l. 1. & 2. h. tit.
b. l pen. h. tit.
c. d l. 2. § ſi abſens.

ſeruus iuſſu Prætoris: attamen cauſa cognita Domino poſtea dabitur defenſio, ne ei ſua abſentia noceat: ſimiliterq; Actori actio reſtituenda eſt, quæ ideò perempta eſt, quòd ſeruus in bonis Actoris eſſe cœperit [d].

d. d.l.2.§.pen.& vlt.

De eo per quem factum erit, quô minùs quis in iudicio ſiſtat: Tit. 10.

1. 2. Qui dolo fecit, quô minùs quis iudicio ſiſtatur, hoc edicto tenetur?
3. 4. Si ſoluendo non ſit, qui dolo fecit, aut ſi Reus dolo fecit, quid iuris?
5. Si plures fecerint & quid de hæredibus?

I. EX hoc edicto aduerſus eum, qui dolo fecit, quô minùs quis in iudicium vocatus, ſiſtat, in factum actio competit, quanti actoris interfuit, eum ſiſti, in quo iudicio deducitur, ſi quid amiſerit Actor ob eam rem, veluti ſi Reus eo tempore dominium rei ſibi interim acquirat, aut actione liberatus fuerit [a].

II. Dolum autem malum ſic accipimus, vt ſi quis venienti ad iudicium, aliquid pronunciauerit triſte, propter quod is neceſſe habuerit, ad iudicium non venire, teneatur edicto [b]: & feciſſe dolo malo non tantùm is putatur, qui ſuis manibus, vel per ſuos retinuerit, verùm qui alios quoq; rogauit, vt eum detinerent, vel abducerent, ne iudicio ſiſtat, ſiue ſcientes ſiue ignorantes, quid eſſet quod comminiſceretur [c].

a. l.vlt.in prin.h.tit.l.2.§.1.5.Si quis in ius vocatus non ierit.

b. l.1.§.dolum. h. tit.

c. d.l.1.§.1.

III. Planè ſi is qui dolo fecerit, quô minùs in iudicio ſiſtatur, ſoluendo non fuerit, æquum erit, aduerſus ipſum Reum Reſtitutoriam

am Actionem competere, ne propter dolum alienum Reus lucrum faciat, & Actor damno afficiatur [d].

d. d.l.vlt.§ planè. IIII. Si Reus dolo Actoris non ſteterit, non habebit Reus aduerſus eum actionem ex hoc edicto, cùm contentus eſſe poſſit exceptione, ſi ex ſtipulatu conueniatur de pœna, quòd ad iudicium non venerit: aliter atq; ſi ab alio ſit impeditus: nam actionem propoſitam aduerſus eum exercebit [e].

e. d.l.1.§.ſi Reus.

V. Si plures dolo fecerint, omnes tenentur: ſed ſi vnus præſtiterit pœnam cæteri liberantur, cùm nihil interſit [f]: datur verò hæredi etiam hoc iudicium, ſed non vltra annum: aduerſus hæredem autem hactenus danda erit actio, vt ex dolo defuncti hæres non lucretur [g].

f. d.l.1.§.ſi plures.

g. d.l.1.§.vlt.

Si quis cautionibus, iudicio ſiſtendi cauſa factis, non obtemperauerit: Tit. 11.

1. 2. *Qui non ſiſtit in iudicio, tenetur in id quod intereſt.*
3. 4. 5. 6. *Vbi excuſetur Reus?*
7. 8, 9. *Si duo Rei ſtipulandi aut promittendi ſunt, aut pater interceſſerit?*

I. SI quis igitur quempiam in iudicio ſiſti promiſerit, in eadem cauſa debet ſiſtere, vt Actori ſua perſecutio loco deteriori non ſit, quamuis exactio rei poſſit eſſe difficilior [a]: quòd ſi quis in iudicio ſtatus non ſit, & pœnam promiſſor non adiecerit, incerti cum eo agendum erit, in id quod intereſt [b]: qui duos homi-

a. l.11.ſi quis quendam.h.t.

b. l.vlt.§.Si quis in ius vocatus non ierit.

homines iudicio ſiſti promiſit, ſi alterum exhibet, alterum non, expromiſſione non videtur ſtetiſſe [c].

II. Id autem quod intereſt veram quantitatem hic continet, niſi pro certa quantitate acceſſit fideiuſſor [d]: quod ſi dupli, aut tripli, aut quadrupli eſt actio, tanti fideiuſſor omnimodò tenebitur, quanti ea res eſſe intelligitur [e]: æſtimatio autem eius quod intereſt, ad illud tempus referenda eſt, quo ſiſti debuit, non ad id, quo agitur, quamuis deſierit eius intereſſe [f].

III. Non exigimus autem Reum iudicio ſiſti, ſi poſtea negocium, propter quod iudicio ſiſti promiſit, fuerit tranſactum [g]: ſi quis iudicio ſe ſiſti promiſerit, & valetudine vel tempeſtate, vel vi fluminis prohibitus, ſe ſiſtere non poſſit, exceptione adiuuatur [h]: dum tamen nihil ſit, quod ei imputetur cauſari tempeſtatem vel vim fluminis [i].

IIII. Sed & ei exceptio datur, qui cùm ad iudicium venire volebat, à magiſtratu retentus eſt, ſinè dolo malo ipſius: ſed ſi priuatus eum detinuerit, nullo modo ei proderit hæc exceptio [k], ſed actio ei dabitur aduerſus eum, qui detinuit, in id quod eius intereſt [l]: Sed etſi quis rei capitalis antè condemnatus, iudici ſiſtere ſe non potuit, meritò huic ignoſcitur: idemq; eſt, ſi funere domeſtico quis impeditus, non venit, aut ſi in ſeruitute hoſtium fuit [m], vel Reipublicæ cauſa abſuit [n].

c. l. vlt. ſ. in ius vocati vt eant.

d. l. 2. §. fin. ſ. Qui ſatiſdare cogantur.

e. l. 3. ſ. Qui ſatisdare cogantur.

f. l. 12. qui autem. §. fin. h. tit.

g. l. 2. in prin. h. tit.

h. d. l. 2. §. ſi quis iudicio.

i. d. l. 2. § ſi quis tamen.

k. d. l. 2. §. fin.

l. l. 3. h. tit.

m. l. 4. in prin. et §. 1. h. tit.

n. l. ſi is qui. h. tit.

V. Quod ſi poſt tres aut quinq; pluresuè dies, quàm iudicio ſiſti, ſe Reus promiſit, ſecum agendi poteſtatem fecerit, nec Actoris ius ex mora deterius factum ſit, conſequens eſt dici, defendi eum debere per exceptionem [o].

o. *l. 8. etſi poſt tres. h. tit.*

VI. Quodſi conuentum ſit, ne vlla exceptio in promiſſione deſerta, iudicio ſiſtendi cauſa facta, obijciatur, ita hæc conuentio valebit, ſi ſpecialiter cauſæ exceptionum expreſſæ ſint, quibus à promiſſore ſpontè renunciatum eſt [p].

p. *d. l. 4. §. quæſitum.*

VII. Si duo Rei ſtipulandi ſunt, & vni debitor iudicio ſe ſiſti cum pœna promiſerit, alter autem impedierit, ita demum exceptio aduerſus alterum danda eſt, ſi ſocij ſint, ne proſit ei dolus propter ſocietatem [q].

q. *l. 5. ſi duo. in prin. h. tit.*

VIII. Item ſi duo Rei promittendi ſint, & vnus ad iudicium non venerit, contempta ſua promiſſione, iudicio ſiſtendi cauſa facta: Actor autem ab altero rem petat, ab altero pœnam deſertionis, petendo pœnam, exceptione ſubmouebitur [r].

r. *d. l. ſi duo. §. item ſi duo.*

IX. A Equè ſi à patre facta fuerit promiſſio, iudicio ſiſtendi gratia ex filij contractu, deinde de ea re Actor egerit cum filio, exceptione ſubmouebitur, ſi cum patre ex eius promiſſione agat. & contra idem erit, ſi filius promiſerit, & actor egerit cum patre de peculio [ſ].

ſ. *d. l. ſi duo. §. fin.*

X. Si cũ iudicio ſiſti promiſero, qui iam tempore liberatus eſſe dicebatur, quia iam actione fortè non tenebatur, actio in me danda eſt, vt vel

vel exhibeam eum, vel defendam, vt veritas inquiratur [t].

XI. Si quis ſeruum in iudicio ſiſti promiſerit, vel alium qui in aliena poteſtate eſt, iiſdem exceptionibus vtitur, quibus ſi pro libero vel patrefamiliâs fideiuſſit: prætorquam ſi Reipublicæ cauſa abeſſe diceretur: Nam ſeruus Reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt: Præter hanc autem exceptionem, ceteræ, quia communes ſunt, tam in libero homine, quàm in ſeruo locum habent [u].

XII. Illud coronidis loco admonendum eſt, ductionem illam in ius [x], hodie adhuc locum habere in debitore fugitiuo: is enim apprehendi, & inuitus in ius duci poteſt [y]: & rurſus cautio etiam illa iudicio ſiſti, & quæ de ea hactenus dicta ſunt, locum ſæpe etiamnum hodie habent, in ciuilibus negocijs, & paulò aliter in criminalibus, cùm propter criminale iudicium, quis ſiſti debet [z].

t. *l.10.ſi eum.in prin.h.tit.*

u. *l.7.ſi quis ſeruum. in prin.h.tit.*

x. *nu.1. ſ.De in ius vocando.*

y. *l.10.ait Prætor.§.12.ſi debitorem.ſ.quæ in fraudem credito.*

z. *vide N.53.de exhib.et introducen. reis.& art.11.* von annemen eines angegeben vbeltheters ꝛc. *cum aliquot art. ſeqq.* In der peinlichen Halsgerichts ordnung *Caroli V.*

Diſputat. IIII. Reſpond. Hinricus Houius, Eſſenus.

De ferijs & dilationibus, & diuerſis temporibus: Tit. 12.

1. *Propter ferias & dilationes non committitur ſtipulatio iudicio ſiſti.*
2. 3. *Feriæ quid ſint, & quomodò diſtinguantur?*
4. 5. *Feriæ quomodò vacationem tribuant?*
6. 7. 8. *Solennes feriæ quomodò vacationem tribuant?*
9. *Repentinæ etiam feriæ vacationem tribuunt.*

10. 11. 12. *Dilatio quid, & quomodo Actor in initio litis coarctetur?*
13. 14. 15. *Dilationes quomodò in progreſſu litis indulgeri poſſint, vel non?*

I. NOn committitur ſtipulatio iudicio ſiſti, de qua proximè tractatum eſt, ſi feriæ inciderint, aut dilationes fuerint legitimè conceſſæ: de ferijs itaque & dilationibus nunc ante omnia agendum [a].

II. Ferias in Iure & Legibus noſtris vocamus, tempora, quæ à forenſibus negocijs dant vacationem [b]: diſtinguuntur autem in ſolennes & repentinas [c].

III. Solennes feriæ ſunt, quæ in perpetuitatem conſtitutæ ſunt, vt ſemper obſeruentur [d]; Repentinæ contrà, quæ ex ſingulari accidenti conſtitutæ ſunt, vt pro tempore ſolummodò obſeruentur [e].

IIII. In ferijs igitur neq; in ius aliquis vocari [f]: neq; à iudice vel arbitro ius dici debet: ſed apparitio tacere, aduocatio deliteſcere, cognitio quieſcere, præconis horrida vox ſileſcere [g], & litigantes à controuerſijs reſpirare debent [h].

V. Adeò verò forenſia negocia, ſeu cauſæ & lites, feriarum tempore quieſcere iubentur [i], vt quod hoc tempore non ex voluntate partium iudicatum fuerit, neq; iudicatum facere, neq; iudicatum ſoluere quis cogatur, neq; magiſtratus, ad quem ea de re in ius aditum erit, iudicatum facere, cogere debeat [k], ſed habeatur ſententia nullius momenti, & citra appellationem infirmetur [l].

Solen-

a. ita poſt Bart. & Dd. ad rubricam etiam VVeſenbec. in paratit. hic ad tit. de ferÿs & dilat. nu. 1. & ſa. text. eleg. in l. 3. ſiue pars. C. de dilat.

b. l. 8. more Romano. & l. 9. diuus. h. tit. l. 1. & 2. C. de ferÿs.

c. l. 3. ſiue pars. C. de dilat.

d. tex. eleg. et ſing. in cult. C. de ferÿs.

e. l. 1 & 4. C. de fer. l. 26. ſed etſi per prætorem §. ſi feriæ. ſ. ex quibus cauſis maio.

f. l. 1 in prin. h. tit.

g. l. 7. omnes. verſ. in eadẽ. C. de ferÿs. l. 5 pridie. et l. pẽ. h. tit. vide And. Geyl. obſeruat. practica. lib. 1. obſ. 53. vide etiam in obſeruat VVurmſeri lib. 1. tit. 11. obſ. 1. & 2. ſeqq.

h. l. vlt. C. de fer.

i. l. 2 C. de ferÿs.

k. l. 6. ſi feriatis. h. tit.

l. l. 1. h. tit.

VI. Solennes feriæ, ratione religionis & ſacrorum, conſtitutæ ſunt diebus ſolis, quos pia antiquitas ritè vocauit Dominicos: ſancto quoque die Paſchæ, & die Natalis Domini, & Epiphaniæ, item ſancto die Pentecoſtes, & quibuſdam alijs, maieſtati altiſſimæ dedicatis [m], quibus diebus, cùm cultus diuinus peragi debeat, omnes actus, tàm publici quàm priuati, & cunctarum artium officia, etiam publicorum priuatorumq; debitorum exactiones, exactorumq; vexationes quieſcere iubentur [n].

VII. Propter meſſem quoq;, & propter vindemiam, feriæ conceſſæ ſunt [o], quibus magiſtratum, ex conſuetudine cuiuſq; loci, tempus ſtatuere poſſe, proditum eſt [p]: ſed his diebus magiſtratus tamen ſeu Iudex adiri, & litis conteſtatio fieri poteſt, ſi quæ fortè neceſſitas vrget, aut res tempore peritura eſt [q].

VIII. Hodie iudicum occupationibus illæ feriæ accommodantur [r]: atq; in hunc numerum etiam computantur, dies illi feriati, qui proximi diebus ſacris, magis tamen propter otium & requiem laborum [ſ], quàm propter cultum diuinum exempti ſunt [t]: ſimileq; habetur etiam nundinarum tempus [u].

IX. Repentinæ feriæ, quæ alibi imperiales vocantur [x], extra ordinem indici ſolent, ob res puta proſperè geſtas [y]: ſed & his diebus, quæ moram non ferunt, deduci ad iudicem poſſunt, atq; ita appellationem in die repentinarum feriarum interponi poſſe, reſcriptum

i 3 eſt,

m. *d.l.2. & 3. l. 6. quadraginta. l. 7. omnes. l. pen. et l. vlt. C. de ferijs.*

n. *d.l.3. l. 8. actus. et d.l. vlt. C. de ferijs. vide* in der Keyſerlichen Camergerichts ordnung/ *parte 2. tit. 33.* von vacantz vnd Ferien.

o. *d.l.2. l. 5. publicas. & d. l. 7. omnes. C. de ferijs.*

p. *l. 4. præſides. h. tit.*

q. *l. 1. §. ſed excipiuntur. cũ 2 ll. ſeqq. & l. pen. h. tit.*

r. Camergerichts ordnung/ *d. parte 2. tit. 33.* von vacantz vnd Ferien.

ſ. *d.l.2. & d.l. 7. omnes. in prin. C. de fer.*

t. *d. tit. 33.* von vacantz vnd Ferien. *in fine.* in der Camergerichts ordnung.

u. *l. 2. ff. de nundinis. l. vn. C. de nund. & mercato.*

x. *l. 4. à millo. C. de ferijs.*

y. *d.l. 26. ſed etſi per prætorem. §. ſi feriæ. ſ. ex quibus cauſis maio.*

eſt, quamuis interpoſita eo tempore exerceri non queat [z]: hæc de ferijs.

z. l.1.C.de ferijs.

X. Dilatio vocatur tempus, quod ad expediendum actum aliquem iudicialis diſceptationis, alicui ex litigantibus indultum eſt [a].

a. l.7.oratione.& l. vlt. h. tit. l.1.C. de dilat.

XI. Et quidem actori qui reſcriptum fortè ad extraordinarium iudicem reportauerit, dilatio ad actionem proponendam, ſeu ædendum libellum conuentionis, penitus deneganda dicitur: illi autem qui in iudicium vocatur danda eſt, quia non potuit inſtructus eſſe, qui præter ſpem ad iudicium trahitur [b].

b. l.2.C. de dilat.

XII. Neq; cogitur priùs litem ſuſcipere Reus, quàm ſatiſdederit Actor, certam promittens quantitatem ſe daturum, ſi litem non exequatur, aut exequens non vincat cauſam: quòd ſi poſt tempus à ſe conſtitutum, Reo præſente, non occurrat Actor, dimitti debet Reus, exacto eo quod promiſſum eſt, & ſi quid circa litem plus impendiſſe ſe cum taxatione iudicis iurauerit [c].

c. Auth. quod fieri. C. de dilat. Auth. libellum. C. de lit. conteſta. & § .1. N. 53. de exhib. & introducen. reis.

XIII. In alijs tamen diſceptationis iudicialis partibus, tam actori, quàm Reo dilatio conceditur [d]: non tamen ampliùs quàm ſemel, in pecuniarijs cauſis: in capitalibus cauſis Reo tres, Actori duæ dari poſſunt, ſed vtrumque cauſa cognita [e]: debetq; dilatio peti à iudice non procedente, ſed pro tribunali ſedente, vt ſi fortè dilationis petitio fuerit improba-

d. l.pen.C.de dilat.

e. l.7.oratione. & l. vlt. h. tit. l.5.cum à nobis. C. de dilat.

probata, ſuſcepta quæſtio per ſententiam iudicis dirimatur [f].

XIIII. Nec debet in inſtrumentorum etiam æditionibus, amplius ſpacium quàm trium menſium, vel ſex, vel nouem, pro diſtantia loci, vnde inſtrumenta producenda ſunt, & ex vrgentiſſima ratione, neceſſitate deſiderante, concedi [g].

XV. Quòd ſi defunctus acceperit aliquam dilationem, propter inſtrumenta fortè, hæredi dilatio non niſi cauſa cognita dari debet [h]: Hodie duæ vel plures, præcedente tamen cauſæ cognitione, dilationes à iudice conceduntur, quarum poſtrema cum comminatione interclusionis conceditur, quæ inde peremptoria dici conſueuit [i]: Hæc de dilationibus.

f. l. 4. à procedente. C. de dilat.

g. d. l. 7. oratione. h. tit. l. 1. & l. vlt. C. de dilat.

h. d. l. oratione.

i. vide die Keyſerliche Cammergerichts ordnung. *parte 3. tit. 38.* von meſsigung der obbeſtimbten Termin. *vide Myns. obſeruat. 70. cum 3. ſeqq. cent. 1. And. Geyl. obſeruat. 81. lib. 1. Hartman. Hartman. lib. 2. tit. 12. obſ. 1. & 4. ſeqq.*

De ædendo: Tit. 13.

1. 2. 3. 4. *Cùm ad iudicium venitur Actio in primis ædi debet, deinde etiam alia producta.*
5. 6. 7. 8. *Inſtrumenta priuata aut rationes quando ædi debeant?*
9. 10. *Publicæ rationes quomodò ædendæ ſint ab argentarijs? &c.*
11. *Si ædere quis nolit?*
12. *Nonnulli ex officij ratione tenentur, ad rationes reddendas.*

I. QVando verò, neq; propter ferias, neque propter dilationem, quò minùs ad iudicium veniant, partes excuſantur, tum omnino ad iudicium eos venire, eaq; quæ ordo iudicij poſtulat, ædere oportebit [a]: ac proinde de æditioue quoque nunc aliquid adijciendum fuerit. AEde-

a. Auth. offeratur. C. de lit. conteſta.

II. AEdere, vt ait .I.C. Vlpianus, eſt copiam deſcribendi facere, vel in libello complecti, & exemplum dare, vel dictare [b]: eum quoq; ædere Labeo ait, qui producat aduerſarium ſuum ab album, & demonſtret quod dictaturus eſt, vel id dicat, quo vti velit [c].

III. Et quidem Actor in primis, qua actione agere volet, eam ædere debet, non tantùm iudici, ſed etiam Reo, vt proinde ſciat Reus, vtrum cedere an contendere vltra debeat, & ſi contendendum putat, veniat inſtructus ad agendum, id eſt ad excipiendum & defendendum, cognita actione qua conueniatur [d].

IIII. Deinde quoq; exceptiones Actori à Reo, replicationes Reo ab actore etc. & reliqua omnia acta iudicialia, petentibus partibus, ædi debent [e]: omnia enim quæ pars altera apud iudicem ædit, aduerſario quoq; eius ædenda ſunt [f].

V. Atq; ita inſtrumentorum quoq;, quæ ab altero litigantium apud iudicem ædita ſunt, exemplum debet aduerſario præſtari, attamen ſinè die & conſule ſeu anno, quo inſtrumentū conſcriptum eſt [g].

VI. Sanè rationum apud iudicem æditarum exemplum, aduerſario concedi debet, cum die & conſule ſeu anno, quoniam data & accepta non aliâs poſſunt apparere [h]: ſicut & id quod probationis cauſa æditur, in originali apud iudicem produci oportet [i].

VII. Ea tamen inſtrumenta quæ communia non ſunt [k], quæ apud iudicem quis non ædidit

b. *l.11.exemplum. h.tit.*

c. *l.1.§.1.& l.6.ſi quis ex argentarijs.§.ædi. h.tit.*

d. *d.l.1.in prin. h. tit. d.l.3.ædita C.eo.*

e. *l.2 vbi Iaſon.nu 2.C. de æden.l.fin. vbi Bart. & Dd. C.de re iud.l.2. C.vt lite penden-*

f. *d.l 1.§.ædenda. h.tit.*

g. *d.l.1.§. æditiones.*

h. *d.l.1.§.rationes tamen.*

i. *l.7.procurator.cum auth. ſeq.C.de ædendo.*

k. *d. l. procurator.*

ædidit, & quibus quis vſurus non eſt, ædere quis alteri non tenetur [l]: quia neq; iuris neq; æquitatis ratio permittit, vt alienorum inſtrumentorum poteſtas debeat fieri, ſed actore non probante, qui conuenitur, etſi nihil ipſe præſtat, obtinebit [m].

VIII. Rationes quoq, ſuas, quas apud iudicem non ædidit, & quibus ipſe non vtitur, aduerſario ſuo quis ædere non tenetur [n]: niſi quis eas tanquam publicas, contra promiſcuam ciuium multitudinem, qui cum ipſis egerint, conſcripſerit, vt ſolent facere mercatores: quod iudex cauſa cognita æſtimabit [o].

IX. Publicæ enim rationes ad petitionem litigantis omninò ædi debent [p]: atq; ita argentarij quoq; & nummularij, & eorum ſucceſſores, rationes ſuas ex edicto prætorio omnino tenentur ædere, etiamſi non cum ipſo argentario vel nummulario, ei qui æditionem petit, ſed cum alio, ſit controuerſia [q].

X. Non aliter tamen argentarius vel nummularius rationes ædere tenebatur, quàm ſi petens priùs de calumnia iuraſſet [r]: quod iuramentum teſte D. VVeſenbecio [s], hodie non multum vſurpatur: neq; verò argentarij vel nummularij rationes ſuos ampliùs ædere coguntur, quàm illa ad petentem pertinent [t]: quod & in alijs publicis rationibus, itemq; in protocolis Notariorum ædendis obtinet [u].

XI. Quòd ſi is, quem Prætor ædere iubet, non ædiderit, actio in factum annalis aduerſus eum competit [x], quanti petentis interſit, æditio-

l. d.l.1.§.ædenda.verſ.non tamen.& l.6.ſi quis.§.prætor ait.h.tit.vide And.Geyl.lic.1.obſeruat.pract.obſ.105.

m. l.4.qui accuſare.C.h.ti.

n. d.l.1.§.ædenda.verſ.non tamen.h.tit.

o. l.1.et l.5.non eſt nouum.h.tit.l.6.ſi quis.§.prætor ait.cum l.vlt.h.tit.vide And.Geyl d.obſ.105.nu 4.& ſeqq.

p. l.6.iuſtum.cum l.ſeq.C.de ædendo.

q. l.4.prætor ait.cum 4.ſeqq.l.9.quædam.§.nihil intereſt.& ſeqq.l.10.argentarius.h.tit.

r. d.l.6.ſi quis.§.exigitur.& d.l.9.quædam.§.fin.h.ti.

s. in parat.ſeu methodo.com.ĩi.ad hunc tit.de æden.nu.13.

t. d.l.ſi quis.§.ex hoc edicto.& d.l.quædam.§.fin.

u. l.3.Senatus.h.tit.

x. Bart.& alij in d.l.Argentarius.h.tit.

æditionem factam eſſe y: quanq; poteſt etiam Iudex ædere nolentem, ad æditionem ex officio compellere z: manu militari a: vel captis pignoribus b: vel denegata in poſterum audientia c: eum autem, à quo iterum petitur æditio, non aliter quam cauſa cognita Prætor ædere iubet d.

XII. Sunt etiam perſonæ, quas citra hoc edictum, ex obligationis & officij cauſa, ædere rationes ſuas oportet, vt ſunt procurator, negociorum geſtor, ſocius, tutor, curator, &c. qui ordinarijs actionibus propoſitis, vt rationes ſuæ adminiſtrationis reddant, compelli poſſunt e.

y. d l.6 ſi quis.§. ex hoc edicto.l.8. vbi exigitur. & d.l.10. Argentarius. §. cum aut. iuncta.l. vlt.h.tit.
z. Argumento. d.l. 9. quædam.§. nihil intereſt in fine.in verbo cogendus. h. tit.
a. Bart.in l. 72. ſtipulationes non diuiduntur nu.37. ſ. de verb. oblig.
b. l 1.in verbo. ad officium. vbi gl. & Dd. C. boc tit.
c. gl. fin. in l.1.§. fin.h.tit. & fa. tex.in l.26. ſed etſi.§. ait prætor. ſ. ex quibus cau. maio.
d. d.l.6. ſi. quis. §. pen. & vlt. cum l. ſeq. b. tit.
e. d. l. quædam.in prin.

Diſputat. V. Reſpond. Ioachimus Koch, Rintelenſis.

De Pactis. Tit. 14.

1. *Pactum quid, & quid Conuentio?*
2.3.4. *Conuentio Publica eſt aut Priuata, legitima aut Iuriſgentium?*
5. *Legitimæ Conuentionis obligatoriæ, aut Liberatoriæ quæ vis ſit?*
6. *Illegitimæ Conuentionis Obligatoriæ, aut Liberatoriæ quæ vis?*
7.8 9. *Ex Legitimis & Iuriſgentium conuentionibus quæ nam ſortiantur nomen contractus?*
10. *Illegitima ſeu legibus non approbata conuentio nudum pactum dicitur; & quæ eius vis?*
11.12. *Licita pacta conuenta Realia Perſonalia, & quomodò conuenire liceat?*
13. *Nudum pactum obligatorium conualeſcit ex ſtipulatione vel traditione.*
14.15. *Pactum conuentum quomodo informare aut reformare poſſit contractum?*
16.17.18 *Pactorum Liberatoriorum quæ vis ſit?*
19.20.21.22. *Vbi pacta non valeant?*
23. *Si pactum accedat nouiſſimũ vel pactũ obſcurũ ſit, vel ſit acceptilatio inutilis?*
24. *Ex omni pacto de Iure Canonico actio datur.*

I. Pactum

I. Pactum, teſte Vlpiano, eſt duorum vel pluriũ, in idem placitum, conſenſus [a]; ſeu vt alibi ait, eſt duorum conſenſus atq; conuentio [b]: neq; quicquam aliud eſt hoc loco conuentio, quàm duorum vel plurium ex diuerſis animi motibus, in vnum placitum, conſenſus [c].

II. Conuentionum autem, vt ait idem Vlpianus, tres ſunt ſpecies: aut enim ex publica cauſa fiunt, aut priuata: priuata aut legitima, aut iuriſgentium: publica conuentio eſt, quæ fit per principem, quoties inter ſeſe duces belli quædam paciſcuntur [d].

III. Priuata contrà, quæ fit per priuatos, quoties videlicet priuati inter ſe, de rerum ſuarum aut operarum communicatione, aliquid paciſcuntur [e].

IIII. Legitima conuentio eſt, quæ lege aliqua ſingulariter confirmatur [f]: quod ità cũ Cuiacio [g] interpretamur, vt hoc quoque pactum, quod origine inſpecta, iuriſgentium eſt, vocetur legitimum, non minus quàm illud, quod lege ciuili eſt ſingulariter inuentum [h]. & ideo interdum ex pacto actio naſcitur, vel tollitur, quoties lege vel Senatusconſulto adiuuatur [i].

V. Et quidem cum conuentio omnis tendat, vel ad conſtituendam, vel ad tollendam obligationem [k], eleganter à Dd. [l] diſtinctæ ſunt pactiones, in obligatorias & liberatorias: Obligatoria Conuentio iure ciuili ſin-

a. *l. 1. hoc tit.*

b. *l. 3. in prin. ſ. de pollicitat.*

c. *d. l. 1. § conuentionis. h. tit.*

d. *l. 5. conuentionum. h. tit.*

e. *VVeſenbec. poſt alios hic. & fac. tex. in l. 1. §. huius ſtudij. ſ. de iuſtit. & iur. & § huius ſtudij. I. eo.*

f. *l. 6. legitima. h. tit.*

g. *in d. l. legitima.*

h. *fac. tex. in § omnium. I. de obligat. §. ſed iſtæ quidem. I. de actio. l. 25. actionum genera. ſ. de obligat. & actio.*

i. *d. l. legitima.*

k. *d. l. 1. §. conuentio. h. tit.*

l. *in 33. auus neptis. h. tit.*

gulariter confirmata, non ſolùm firmam obligationem [m], ſed actionem [n] quoq; & exceptionem [o] parit. Liberatoria verò Conuentio, iure ciuili ſingulariter comprobata, obligationem & actionem, vel exceptionem etiam, priùs conſtitutas, ipſo iure tollit [p].

VI. Contrà vero Obligatoria Conuentio, iure ciuili ſingulariter non confirmata, aut omnino obligationem non producit, aut certè infirmam: ideoq; actionem etiam non parit, ſed exceptionem tantum [q]: & rurſus Liberatoria Conuentio legibus ciuilibus ſingulariter non probata, neq; obligationem, neque actionem, imò nec exceptionem ipſo iure tollit, ſed ope exceptionis ſolummodò vel replicationis [r].

VII. Vt enim de illis conuentionibus nũc ſileamus, quas ſola legum ciuilium ſingulariter adinuenit authoritas [ſ]: iuris gentium conuentiones à iure Ciuili ita receptæ ſunt, vt quædam actiones pariant, quædam exceptiones tantùm [t].

VIII. Quæ pariunt actiones, in ſuo genere non ſtant, ſed tranſeunt in proprium nomẽ contractus, vt emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas commodatum, Depoſitum, & cæteri ſimiles contractus [u]: non enim expedire cenſuerunt Romanarum legum latores, æqualiter omnes paſſim approbare conuentiones, propter ſolam æquitatem naturalem, cùm illæ neq; in ſingularem aliquam negocij formam

m. *l. 7. iurisgentium. in pr. & §. 1. h. tit.*

n. *d. l. legitima. & d. l. iurisgentium. in prin. & §. 1. l. 17. ſi tibi decem. §. de pignore. h. tit.*

o. *l. 18. in rebus. §. fin. ff. Commod. l. 156. inuitus. §. 1. ff. de reg. iuris.*

p. *d. l. iurisgentium. verſ. nam & de furto. l. 17. ſi tibi decem. §. 1 & l. 27. ſi vnus. §. pactus ne peteret. h. tit. itemq; I.Ctus Paulus recept. ſentẽt. lib. 1. tit. 1. de pact. et conuent. §. 1. & ſeq.*

q. *d. l. iurisgentium. §. ſed cum nulla. & §. quinimo. l. 45. diuiſionis. h. tit. l. 15. ſolent. ff. de præſcr. verb. l. 15. dotale prædium. ff. de pact. dotal. l. 10. legem. & l. 13. in bonæ fidei. l. 28. ſi certis annis. C. de pact.*

r. *d. l. iurisgentium. §. ſi ante aditam. cum §. ſeq. l. 10. reſcriptum. §. ſi pacto. & §. ſeq. d. l. ſi tibi decem. §. de pignore. & §. ſeq. d. l. ſi vnus. in prin. & §. 1. cum §. pactus. ne peteret. ac paßim tot. h. t. l. 5. creditor. l. 12. pacta nouiſſima. C. de pact.*

ſ. *d. l. legitima. h. tit.*

t. *d. l. iurisgentium. in prin.*

u. *d. l. iurisgentium. in pr.*

formam tranſirent, neq; cuiam appareret, certo animi iudicio eas factas eſſe [x].

IX. Sed etſi in alium contractum res non tranſeat, ſubſit tamen cauſa, eleganter Ariſto Celſo reſpondit, eſſe obligationem, vtputa, dedi tibi rem, vt mihi aliam dares, dedi vt aliquid facias, hoc συνάλλαγμα eſſe, & hinc naſci ciuilem obligationem, & ciuilem incerti actionem præſcriptis verbis: eſſe enim contractum [y].

X. Sed cùm nulla ſubeſt cauſa, neq; incidit conuentio in proprium nomen contractus, non approbat Lex ciuilis iuris gentium conuentionem, & hîc conſtat non poſſe conſtitui obligationem: atq; ita concluditur, nudam pactionem eſſe hanc, quæ lege ciuili ſingulariter comprobata non ſit, eamq; non parere obligationem aut actionem, ſed ſolummodò exceptionem [z]: qua ratione tamen non prorſus vndequaque infirma ſunt pacta nuda.

XI. Prætor quoq; pacta conueuta, quæ neque dolo malo, neq; aduerſus leges &c. neque quo fraus legibus fiat, facta erunt, ſeruaturum ſeſe edixit: & quidem ſiue obligatoria ſint, ſiue liberatoria, ſi Realia, id eſt, in rem cõcepta fuerint, quod in dubio magis præſumitur, tranſmittuntur etiam ad ſucceſſores: ſin Perſonalia, id eſt, in perſonam concepta, non tranſmittuntur, ſed pro conſtitutionis ratione intereunt [a].

XII. Et cùm conuentiones & pactiones conſenſu conſtent [b]: conuenire paciſciq; poſſumus

x. ita poſt alios. D. VVeſenbec. hic. in parat. ſuis, ſeu methodicis commentarÿs. ff. nu. 9. verſ. cur autem lex non aſſiſtat.

y. d. l. iurisgentium. §. ſed etſi in alium.

z. d. l. iurisgentium. §. ſed cum nulla et §. quinimò. d. l. diuiſionis. h. tit. l. 13. ſolent. ff. de præſcript. verb. l. 15. dotale prædium. ff. de pact. dotal. l. 10 legem. & l. 13. in bonæ fidei. cum l. 26. ſi certis annis. C. de pact.

a. d. l. iurisgentium. §. pactorum. l. 52. epiſtola. §. fin. l. 57. qui in futurum. h. tit. l. 6. pacta quæ contra. C. eod.

b. l. 1. in prin. et §. 1b. tit.

ſumus, vel re, vel per Epiſtolam, vel per nuncium inter abſentes quoq;, ſed etiam tacito conſenſu conueniri intelligitur [e]: vndè tacitarum & expreſſarum conuentionum diſtinctio: & per quos acquiri nobis ſtipulatione poteſt, per eoſdem, etiam pactis conuentis, meliorem noſtram conditionem fieri poſſe placuit [d].

c. l. 2. cum duab. ſeq. d.l. 57. qui in futurum. h. tit.

d. l. 59. per quos. h. tit.

XIII. Vt autem obligatoria pacta ad exempla priùs trahamus, diuiſionis placitum, niſi traditione vel ſtipulatione ſumat effectum, ad actionem, vt nudum pactum nulli prodeſſe dicitur [e]: attamen quoniam quod in traditionibus rerum pactum eſt, valet [f], ratum habebitur diuiſionis placitum, ſi traditio eſt ſubſecuta [g], quanquam ſi quid tempore diuiſionis latuerit, vel à cohærede fortè occultatum ſit, eo manet ſalua petitio [h].

e. d.l. 45. diuiſionis. h. tit.

f. l. 48. in traditionibus. h. tit.

g. l. 40. tale pactum. §. poſt diuiſionem. h. tit.

h. l. 35. tres fratres. h. tit.

XIIII. Quinimo interdum pactum format ipſam actionem, vt in bonæ fidei iudicijs: ſolemus enim dicere, pacta conuenta ineſſe bonæ fidei iudicijs, quæ legem contractui dant, id eſt, quæ in ingreſſu contractus facta ſunt, vel ex continenti ſubſequuta ſunt [i].

i. l. iurisgentium. § quinimò. l. 40. lecta. ſ. de reb. cred. ſi cert. pet. l. 27. nec ex prætorio. ſ. de reg. iur. l. 13. in bonæ fidei. C. de pact.

XV. Et quod magis adhuc eſt, in bonæ fidei iſtis contractibus, qui ſolo conſenſu perficiuntur, integris vel reſtitutis omnibus, proficere pactum poteſt ad nouum contractum [k]: in alijs caſibus, vt firma ſint pacta, nouiſſimâ parte eorum, ſtipulatio adijci poteſt [l].

k. d.l. iurisgentium. §. adeò autem. & d.l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. verſ. idem dicemus. cum l. 58. ab emptione. h. tit.

l. d.l. iurisgentium. §. quod ferè nouiſſimâ.

Neq;

XVI. Neq; verò minor videtur eſſe vſus pactorum Liberatoriorum: ecce enim ante hæreditatem aditam, hæres cum creditoribus hæreditarijs paciſci poteſt, vt minùs ſoluatur: quod ſi diſſentiant, tũc magiſtratus partes ſunt neceſſariæ, qui decreto ſuo ſequetur maioris partis voluntatem [m],

XVII. Sed & quilibet alius, cum creditore ſuo, de debito vel parte eius non petenda, paciſci poteſt [n]: id pactum liberatorium in rem conceptum, non ſolùm ipſi paciſcenti & hæredibus eius prodeſt [o], ſed omnibus quoq; quorum obligationem diſſolutam eſſe, eius qui paciſcebatur interfuit: atq; ita debitoris conuentio, fideiuſſoribus quoq; proderit [p].

XVIII. Sic quoq; procuratoris mei, vel ſocij, ſeu magiſtri ſocietatum, itemq; tutoris pactum, mihi prodeſſe vel obeſſe poſſe, reſponſum eſt: quinimo vbi pacti exceptione vti non poſſumus, ibi exceptio doli competit, quæ dicitur ſubſidium eſſe pacti exceptionis [q]: filiusfamilias itemq; ſeruus, pacto ſuo, patri & domino prodeſſe poſſunt [r]: quamuis nocere eis, vel conditionem eorum deteriorem facere nequeant [ſ].

XIX. Quamuis autem de rebus litigioſis etiam paciſci liceat [t], poſſimque paciſci ne furti vel iniuriarum agam, poſt admiſſa videlicet maleficia hæc [u]: itemque ne iudicati, vel incenſarum ædium agam [x], tamen de futuris delictis, & ne dolus præſtetur,

m. d. l. iuriſgentium. §. ſi ante. cum 3. ll. ſeq. l. 44. cum in eo & l. 46. pactum inter hæredem. hoc tit.

n. l. 49. ſi quis crediderit h. tit.

o. d. l. iuriſgentium. §. pactorum & l. 40. talo pactum. hoc tit.

p. l. 21. & hæredi. §. fin. cum 5. ll. ſeq. & l. 32. quod dictum. h. tit.

q. l. 10. reſcriptum. §. fin. cum 6. ll. ſeqq. h. tit.

r. d. l. ſi tibi decem. §. fin. cum 4. ll. ſeqq. h. tit.

ſ. l. 28. contra iuris. §. fin. cum 2. ll. ſeqq. & l. 55. ſi debitor. cum l. ſeq. h. tit.

t. Iulius Paul. lib. 1. recept. ſentent. tit 1. de pact. & conuent. §. vlti.

u. l. 27. ſi vnus. § pacta quæ turpem. h. tit.

x. d. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar.

ſtetur, paciſci non licet y: illud ſanè ne facias furem ſeruum meum, poſſibile pactum & licitum eſt z.

XX. Debitori Reipublicæ, à curatore, remitti pecunia non poteſt a: illud etiam pactũ, quantum ad fiſcum, ſeruandum non eſt, ſi inter debitorem & creditorem conuenerit, vt creditor onus tributi, prædij pignorati, non agnoſceret, ſed eius ſoluendi neceſſitas debitorem ſpectaret b, quia pactis priuatorum, forma iuris fiſcalis conuelli, aut ius publicum mutari non poteſt c.

XXI. Sed nec contra Iuris Ciuilis regulas, pacta conuenta rata habentur, veluti, ſi pupillus ſinè tutoris autoritate pactus ſit, ne à debitore ſuo peteret, licèt ex diuerſo, ſi paciſcatur ne quid debeat, ratum habeatur pactum d.

XXII. Illud quoq; paciſcendo nemo efficere poteſt, ne locum ſuum ſibi dedicare liceat, aut ne vicino inuito prædium alienet e: eademq; ratione etiam pacta de futura ſucceſſione irrita eſſe iubentur f.

XXIII. At vbi ex iuris ratione pacta conſtant, prius pactum per poſterius contrarium eliditur, & ſemper pacta nouiſſima prioribus pactis derogant g: pactio autem obſcura ei nocet, in cuius fuit poteſtate, legem conuentionis apertiùs dicere h: quamuis alioqui inutilis quoq; acceptilatio, vim pacti habere credatur i.

y. d.l. ſi vnus. §. illud nulla. cum §. ſeq.

z. l. 50. non impoſſibile. h. tit.

a. l. 37. imperatores. h. tit.

b. l. 42. inter debitorem. h. tit.

c. l. 38. ius publicum. h. tit. l. 2. § ius Reipublicæ. ſ. de admini. rer. ad ciuita. pertin. l. 2. C. de conuen. fiſci debito.

d. d l. 28. contra iuris. prim. h. tit.

e. l. penult. h. tit.

f. l. 15. pactum quod dotali. C. h. tit. l. 3. pactum dotali. C. de collat. l. vlt. ſ. de ſuis & legit.

g. d. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. l. 47. emptor prædij. in prin. l. vlt. h. tit. l. 12. pacta nouiſſima. C. eod.

h. l. 39. veteribus. hoc tit.

i. d. l. 27. ſi vnus. §. penult. h. tit. l. 5. an inutilis. in prin. ſ. de acceptilat.

Illud

XXIIII. Illud coronidis loco adijciendum, quòd hodiè ex iuris canonici authoritate, etiam nuda pacta, firmam pariant obligationem & actionem [k].

k. c. 1. & 3. x. de pact. c. 1. de pact in 6. c quicunq; ſuffragio. 12. q. 2. c. quia Iohannes. 12 q. 5. c. quod ſemel. de reg. iur. in 6.

Diſputat. VI. Reſpond Hieronymus Cloſius, Saltzenſis.

De tranſactionibus: Tit. 15.

1. 2. 3. — *Tranſactio eſt contractus, & quomodò perficiatur?*
4. 5. 6. — *Remiſsio veteris debiti in tranſactione, an Aquiliana ſtipulatione, an acceptilatione fiat, intereſt.*
7. 8. 9. — *Si nudo pacto in tranſactione remiſſum ſit vetus debitum?*
10. 11. 12. 13. 14. — *Tranſactio vim capit ex impletione vnius partis.*
15. 16. — *Tranſactio ex defectu ſcripturæ vel repertura inſtrumentorum aut ſpecierum, vel tempore non infirmatur.*
17. 18. — *De delicto aut re iudicata quatenus tranſigere liceat?*
19. 20. 21. — *Pactum tranſactionis quouſq; & contra quem extendatur.*
22. 23. — *De his quæ in teſtamento relicta ſunt, quomodo tranſigatur?*
24. 25. — *De alimentis ſine Prætore tranſigi non debet.*

I. AD genus illud conuentionum ſeu pactionum, quæ etſi non tranſeant in proprium nomen contractus, tamen quia cauſa dati vel facti ſubeſt, Συναλλάγματος & contractus nomen ſortiuntur [a], pertinet etiam tranſactio [b];

II. Eſt enim tranſactio nihil aliud, quàm contractus [c], quo quis, eo ipſo quòd de litigioſo iure vel dubio aliquid remittitur [d], atq; ita ab vno aliquid fit vel datur [e], alter quoq; ad aliquid dandum vel faciendum obligatur [f].

a. l. 7. iuris gentium. §. ſed etſi in aliam. ff. de pact. l. 19. Labeo. libro primo. ff. De verb. ſig.

b. l. 5 cùm te tranſegiſſe. l. 17. cum proponas. l. 28. ſiue apud acta. l 33. ſi pro fundo. l. 36. ſi maior. l 37. tranſactio nullo. l 39. quamuis. C. de tranſact. l. 17. contractus. C. De fide inſtrum.

c. d. l. cùm te tranſegiſſe. et d. l. contractus VVeſenbec. & alij hic.

d. l. 1. & 2. h. tit. l. 2. l. 12. præſes prouinciæ. C. eo. *e. d. l. tranſactio nullo.*
f. d. l. ſiue apud acta. d. l. ſi pro fundo. d. l. ſi maior. & d. l. quamuis.

III. Verùm enimverò qui tranſigit, quaſi de re dubia & lite incerta neq; finita tranſigit: g, vt remiſſo ſaltem aliquatenus prætenſo iure, aliquid detur aut fiat: & nullo dato vel retento ſeu promiſſo, tranſactio minimè procedit [h]: quamuis alioqui liberatorio pacto, donationis cauſa, rem certam & indubitatam ex liberalitate remittere poſsimus [i]:

IIII. Qua ratione autem remittatur debitum in tranſactione multum inprimis intereſt [k]: acceptilatione enim interpoſita, ſicut & aliâs, ipſo iure vetus ius & vetus actio tollitur [l]: & quidem ſimplici acceptilatione ea ſolummodò obligatio tollitur, quæ verbis ſeu ſtipulatione conſtituta eſt [m], & quæ iuramento liberti patrono eſt conſtituta, puta de operis præſtandis [n].

V. Aquiliana autem ſtipulatio omnimodò omnes præcedentes obligationes nouat & perimit [o], quot modò & quatenus eas, in hanc ſtipulationem deducere voluerint paciſcentes [p]: ipſaq; Aquiliana ſtipulatio perimitur per acceptilationem [q].

VI. Per acceptilationem itaq; remiſsione facta, etiamſi nihil ampliùs adhuc datum vel factum ſit, competit præſcriptis verbis actio, vt impleatur ab altera etiam parte, quod promiſſum eſt [r], quia acceptilatio pro donatione habetur [ſ]: vel vt priſtina renouetur & redintegretur obligatio, agi, liberatioq; condici poteſt [t]. Sed

g. d. l. 1. h. tit.
h. d. l. tranſactio nullo.
i. d. l 1. ſ. tit. l. 23. Modeſtinus. ſ. De donat.
k. l. 2 l. 15. pacto conuento. cùm l. ſeq. h. tit. l 37. promiſſis. l. 40. vbi pactum. cùm ſeq. C. eo.
l. l. 27. ſi vnus. § pactus ne peteret. ſ. de pact. l. 19. ſi accepto latum. ſ. de acceptilat.
m. §. item per acceptilationem. I. quibus mo. toll. oblig. l. 8. an inutilis. §. acceptum fieri ſ. De acceptilat.
n. l. 13 & per iuſiurandum in prin. ſ. De accept.
o. d §. item per acceptilationem. l. 1 & l. 4. Aquiliana. h. tit. l. 4. & l. 15. vt reſponſum. C. eo.
p. l. 5. cùm Aquiliana. & l. 9. qui cùm authoribus. §. 1. & ſeq. h. tit. l. 19. & vno. in prin. ſ. de acceptila. l. 3 age. l. 24. ſiquidem. l. 31. ſi de certa. l. 36. ſi maior annis. C eo.
q. d §. item per acceptilationem. & d. l. Aquiliana.
r. l. 17. cùm proponas. l. 28. ſiue apud acta. l. 33. ſi pro fundo. l. 40. vbi pactum C. h. tit.
ſ. gl. in. d. l. ſiue apud acta. ad verb. certum. & eſt tex. in l. 10. ſi mulier. ſ. De cond. cauſa data. l. 11. ſpecies in princ. ſ. de accept.
t. l 9. ob eam cauſam. ſ. de præſcript. verb. l. 1. & 4. C. De rer. permut. VVeſenbec. hic nu 7.

VII. Sed ſi per pactum conuentum remiſſio facta ſit, liberatio ipſo iure non contingit [u]: neq; poteſt etiam pactum tranſactionis cauſa initum, ſi nihil datum factumuè & ſubſecutum ſit, tanquam nudum, actionem parere [x]: ideoq; conſultius eſt, pactis tranſactionis Aquilianam ſtipulationem, & Aquilianæ ſtipulationi pœnalem quoque ſtipulationem ſubijcere [y].

u. d. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret.

x. d. l ſiue apud acta. C. h. tit.

y. d. l. pacto conuento. cum l. ſeq. h. tit. l. 15. vt cauſam. l. 17. cùm proponas. l. 40. vbi. pactum. & l. 41. ſi quis maior. C. eo.

VIII. Si nuda remiſſione facta, pacta conuenta non ſeruentur, poteſt is qui ſpe tranſactionis remiſſionem fecit, veterem reſuſcitare actionem, atq; ita per indicretum alterum cogere, vt aut quod in priorem obligationem deductum eſt, aut id quod tranſactionis nomine pactum conuentumq; erat, præſtet: & Actioni prioris obligationis ſi opponatur pacti liberatorij exceptio, doli mali vel in factum replicatione vti poterit Actor [z].

z. l. 14. ſi diuerſa. & d. l. ſiue apud. acta. C. h. tit.

IX. Quòd ſi alter ex veteri ſuo iure actionem reſuſcitet, poteſt ei exceptio tranſactionis obijci, quæ competit etiam eo caſu, cùm tranſactio ex parte impleta eſt [a]: diciturq; litis finitæ, quod ante litis conteſtationem obijci poſſit, ad impediendum litis ingreſſum [b].

a. l. 17. cùm proponas. l. 24. ſi quidem. C. h. tit.

b. c. 1. vbi gl. et Dd. ad verb. finitæ. De litis conteſta. in. 6. l. 23. eleganter. §. pen. ſ. de cond. in deb.

X. Vbi igitur pacta conuenta tranſactionis, aliqua ex parte impleta ſunt, tum omni-

 nò vim

no vim capere incipit tranſactio [c]: cogiq; intentata præſcriptis verbis Actione poteſt aduerſarius, vt à ſua quoq; parte tranſactionem impleat, [d]: vel ſi & tu hoc deſideras, agere potes, vt tota vetus cauſa reſtituatur, & redditis ijs quæ data ſunt, perinde habeatur, atq; ſi tranſactum non eſſet [e].

XI. Si tamen prior actio, cum perſona fortè, quæ pactum fecit liberatorium, extincta eſt, vt ſi cum matre olim deperijſſet querela inofficioſi, quam viua ipſa, pacto tranſactionis remiſerat, dabitur in id quod intereſt, vtilis actio præſcriptis verbis, ſicut ſtipulatione interpoſita actio ex ſtipulatu competit [f]: ſimiliq; modo propter id, quod minùs præſtitum eſt, vel propter euictionem, intereſſe peti poteſt [g].

XII. Tranſactio igitur ritè perfecta, temerè retractari non poteſt: nullus enim erit litiū finis, ſi à tranſactionibus bona fide initis, cæperit facilè diſcedi [h]. adeò vt nec imperiali reſcripto eam reſuſcitari oporteat [i], quippe cùm non minorem, quò ad firmitatem, authoritatem eſſe placuerit tranſactionum, quàm rerum iudicatarum [k]: aut etiam iuriſiurandi [l].

XIII. Et eleganter ab Imperatoribus Diocletiano & Maximiniano reſcriptum eſt, quāuis eum qui pactus eſt, ſtatim pæniteat, tranſactio tamen reſcindi & lis inſtaurari non poteſt, & qui tibi perſuaſit intra certum tempus licere à tranſactionibus recedere, falſum adſeuerauit [m].

c. l. 9 ſi ſuper poſſeßione. l. 23. nec intentio. & d. l. tranſactio nullo C. h. tit.
d. d. l. ſiue apud acta. l. 33. ſi pro fundo. C. h. tit.
e. d. l. ſi. diuerſa. & d. l. cum proponas.
f. l. 6. cùm mota. C. h. tit.
g. l. 33. ſi pro fundo. C. h. tit.
h. l. 10. fratris. cum. 3. ſeq. l. 21. cùm ea. l. 22. ſi maior tranſegiſti. l. 25. ſi maiores l. 30. tranſactione finita l. 34. cum donationis. l. 35. tranſactionem. C. h. tit.
i. l. 16. cauſas. C. h. tit.
k. l. 20. non minorem. C. h. tit.
l. l 2. & l. 31. admonendi. ſ. De iureiu.
m. l. 29. quamuis. C. h.

De

XIIII. De eo autem, qui contra iurata pacta, vel tranſactiones venire tentauit, ab Impp. Arcadio & Honorio reſcriptum eſt, quòd non ſolùm notetur infamia, verumetiam actione priuatus, reſtituta pœna, quæ pactis probatur inſerta, & rerum proprietate careat & emolumento illo, quod ex pactione vel tranſactione illa fuerat conſecutus [n].

XV. Neq; officit quicquam tranſactioni, quòd de ea non ſit confecta ſcriptura, dum tamen per confeſſionem partis, vel aliunde conſtet [o]: neq; rurſus ſub prætextu inſtrumentorum poſtea repertorum, quæ euidentem habeant probationem veteris iuris, neq; ſub prætextu ſpecierum poſt repertarum, ſi non inſtrumenta vel ſpecies has doloſè occultari fecerit aduerſarius, bona fide finita tranſactio reſcindi debet [p].

XVI. Nullum etiam tempus hominis, ſanæ mentis, maioris vigniti quinq; annis, etiamſi corpore æger ſit [q], conſenſum in tranſactione repudiat: nec ſufficit ad reſcinendum tranſactionis pactum, quod hoc ſecunda hora noctis interpoſitum ſit [r]: ſed neq; ſimulata emptio facit, vt id, quod tranſactionis cauſa geſtum eſt, pro infecto habeatur [ſ].

XVII. Tranſigere quoq; vel paciſci de crimine capitali non eſt prohibitum, excepto adulterio: in aliis publicis criminibus, quæ ſanguinis pænam non ingerunt, tranſigere non licet, niſi in falſi crimine [t].

n. l. 41. ſi quis maior. C. b. tit.

o. l. 5. cùm te tranſegiſſe. C. b. tit.

p. l. 19. ſub præ textu inſtrumenti & l. 29. ſub præ textu ſpecierum. C. b. tit. l. 35. tres fratres. ſ. De pact. l. 9. qui cum tutoribus. §. qui per fallaciam. b. tit.

q. l. 27. ſanum mente. C. b. tit.

r. d. l. non minorem. C. b. tit.

ſ. l. 21. cùm ea. C. b. tit.

t. l. 18. tranſigere. C. eo tit.

XVIII. Quinimò quamuis ſuper iudicato tranſigi non poſsit [u], ſi tamen appellatio interceſſerit, vel intercedere potuerit [x], vel ſi negetur aut ignoretur iudicatum eſſe, valet tranſactio [y].

XIX. Quæcunq; autem ſit tranſactio, de his tantùm de quibus inter conuenientes placuit, interpoſita creditur [z]: ijs de quibus cogitatatum non eſt, in ſuo ſtatu remanentibus, quamuis Aquiliana ſit interpoſita ſtipulatio [a].

XX. Priuatis quoq; pactionibus, non dubium eſt, non lædi ius cæterorum [b]: ſicut & tertio non poteſt prodeſſe tranſactio, cum quo, aut cum cuius anteceſſore ea inita non eſt [c]: quod tamen interdum aliter ſe habet [d].

XXI. Procurator omnium bonorum, & is qui ſpeciale mandatum ad hoc habet, tranſigere poſſùnt [e]: ſuper litigio quoq; ſeruilis vel aſſcriptitiæ conditionis, tranſactio iniri poteſt [f], attamen de re filiorum, quos in poteſtate non habuit, tranſigentem patrem, minimè eis obeſſe placuit [g].

XXII. De his quoq; controuerſijs: quæ ex teſtamento proficiſcuntur, neque tranſigi, neq; exquiri veritas aliter poteſt, quàm inſpectis cognitiſq; verbis teſtamenti [h].

XXIII. Ideoq; quamuis ferendus non ſit, qui generaliter de his, quæ teſtamento ei relicta ſunt, tranſegerat, poſtea cauſatus de eo ſolo cogitaſſe, quod prima parte teſtamenti, ac non

u. *l.32. ſi cauſa cognita. C. h. tit.*
x. *l.7. & poſt rem iudicatam. h. tit.*
y. *l.11. poſt rem iudicatam eo.*
z. *d. l. qui cum tutoribus. §. 1. & ſeqq. h. tit.*
a. *l.5. cùm Aquiliana. & d. l. cum tutoribus. §. 1. cum ſeq. h. tit. l.3. agc. l.24. ſi quidem. l.31. ſi de certa. l.36. ſi maior annis. C. eo.*
b. *l. 3. in prin. & §. vlt. d. l. qui cùm tutoribus. in prin. h. tit.*
c. *l.1 C. eo. tit.*
d. *l.14. controuerſiæ. & l. vlt. h. tit.*
e. *l.13. nullt. h. tit. l.7. tranſactionem. & l. 12. præſes prouinciæ. C. eo.*
f. *l. vlt. C. h. tit.*
g. *l. 10. de re. h. tit.*
h. *l. 6. de his controuerſijs. h. tit.*

ac non etiam quod poſteriori legatum ſit, tamen poſtea Codicilli proferantur, non improbe dicturus videtur, de eo duntaxat ſe cogitaſſe, quod illarum tabularum, quas tunc nouerat, ſcriptura contineretur [i].

XXIIII. De alimentis denique, vltimo elogio, puta teſtamento aut codicillis, vel etiam donatione mortis cauſa relictis, ne aliter tranſactio rata ſit, quàm ſi authore Prætore ea facta fuerit, oratio diui Marci in Senatu habita effecit, eam tranſactionem improbans, quæ idcirco fit, vt quis repreſentatam pecuniam conſumat, non etiam vt meliorem conditionem faciat [k].

XXV. Prætor itaq; ſeu magiſtratus, apud quem diſceptatio eſt huius tranſactionis, quærere debet de cauſa tranſactionis, deinde de modo, tertiò de perſonis tranſigentium, prout latè ſatis explicat I. C. Vſpianus [l]: qui verò tranſigit de alimentis, non videbitur, neque de habitatione, neque de veſtiario, neq; de calciario tranſegiſſe, cùm Diuus Marcus etiam ſpecialiter de iſtis tranſigi voluerit [m].

i l.12. non eſt iuncta. l. 3. §. cùm tranſactio. h. tit.

k l. 8. cùm hi. in prin. & 3. §§. ſeqq. & §. ſi quis de alimentis. cùm ſeqq. h. tit.

l. d. l. cum hi. § vult igitur.

m. d. l. cùm hi. §. qui tranſigit.

LIBER

LIBER TERTIVS.

Diſputat. I. Reſpond. Fridericus Daſypodius Menerſbagenſis.

De Poſtulando. Tit. I.

1. 2. *Quando veniatur ad poſtulationes iudiciales, & poſtulare quomodò accipiamus?*
3. 4. *Qui probibeantur omnino poſtulare?*
5. 6. 7. *Qui probibeantur pro alijs poſtulare?*
8. 9. *Quibus ne pro omnibus poſtulent, interdictum ſit?*
10. 11. *Hodie etiam hæc locum babeant, & alijs etiam legibus poſtulatio nonnullis interdicta eſt.*
12. *Si cui interdictum ſit ſingulariter poſtulatione, & quid ſpectetur in eo qui poſtulare debeat.*

I. QVòd ſi neq; pactis, præſertim liberatorijs illis, neq; tranſactionibus &c. ſuſcitata lis ſopiri queat, tum demum ad pleniores venitur poſtulationes diſceptationeſq; iudiciales: ideoque nunc de poſtulando, de his qui propter infamiam poſtulare non poſſunt, itemq; de procuratoribus, & alijs, qui noſtro nomine in iudicio verſari ſolent, deinceps dicendum [a].

II. Poſtulare, vt ait Iureconſultus Vlpianus, eſt deſiderium ſuum vel amici ſui, in iure, apud eum qui iuriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contra dicere [b]: atq; ita etiam Procurator poſtulare dicitur [c]: quanquam ſub hoc titulo poſtulatio refertur, ad Patronos cauſarum & Aduocatos [d], qui glorioſæ vocis ſuæ confiſi munimine, de cauſæ grauio-

a. *ita glo. & Dd. hic ad Rubr.*

b. *l. 1. §. poſtulare. h. tit.*

c. *l. 3. §. ſi procurator. ſ. quod quiſque iuris. l. 33. ait prætor. l. 35. ſed & hæ. §. 1 l. 39. non ſolùm §. pen. & vlt. ſ. de procurato.*

d. *l. 1. §. 3. ait Prætor. l. 6. puto. l. 11. imperator. & l. vlt. h. tit. l. 2. l. 5 ſi qui. l. 6. quiſquis cum l. pen. & vlt. C. eo.*

grauioribus controuerſijs, atq; adeo de cauſæ ipſius meritis, oratione ſua differere ſolent [c].

III Habendæ autem rationis, ſuæq; dignitatis tuendæ, & decoris ſui cauſa, ne ſinè delectu paſſim apud ſe poſtularetur, edictum propoſuit Prætor, qui poſtulare non poſſint [f]: & initium quidem fecit ab his, qui in totum prohibentur poſtulare, in quo edicto pueritiam aut caſum excuſauit [g].

c. d.l.quiſquis verſi. apud vrbem.l. 9. ſi quis. in fine. l. 11. nemine. in fine. & l. 14. aduocati. C.De aduo.diuerſ. iud. l. 2. d. aduocat. fiſci. l. 1. C.De erro. aduocato.l. 12. aliâs.14. rem non nouam §. patroni. C. De iudic.l.1 §. in honorarijs ſ. de extraord. cognitio.

IIII. Pueritiam excepit, dum minorem annis decem & ſeptem prohibet poſtulare: propter caſum, ſurdum, qui prorſus non audit, prohibet apud ſe poſtulare [h]: atq; his quidem ſi non habebunt Aduocatum, ſe daturum ſingulariter Prætor edixit [i], quamuis alioqui non his tantùm perſonis, hanc humanitatem ſolitus ſit Prætor exhibere, verùm etſi quis alius eſſet, qui certis ex cauſis, vel ambitione aduerſarij, vel metu, patronum non inueniret [i].

f. d.l.1.in prin.h. tit.

g. d.l.1.§.initium.

h. d.l.1.§. initium.

i. d.l.1.§.ait.Prætor. l. 9. nec quiſquam. §. circa aduocatos, cum ſeqq. ſ.De offic. proconſ.

V. Secundo loco edictum propoſitum eſt, in eos, qui prohibentur, ne pro alijs poſtulent, in quo edicto excepit Prætor ſexum & caſum, item perſonas turpitudine notabiles: Sexum dum fœminas prohibet pro alijs poſtulare, caſum dum cæcum vtriſq; luminibus orbatum repellit, qui tamen & ſenatorium ordinem, & cæptum magiſtratum retinet [k].

k. d.l.1.§.ſecundo loco.

VI. Remouet deinde Prætor à poſtulando pro alijs, & eum, qui corpore ſuo muliebria paſſus eſt voluntariè, non etiam ſi vi prædonum vel hoſtium ſtupratus ſit: qui capitali

m crimine

crimine damnatus eſt,(ſicut et Senatuſconſulto apud Pedaneos iudices poſtulare eſt prohibitus, qui calumniæ publici iudicij damnatus eſſet:) qui operas ſuas, vt cum beſtijs pugnaret, locauerit, vel in arena ſe honorari paſſus fuerit[l].

l. d l.1.§. remouet.

VII. Sed eſt æquiſſimum, ſi tutelam vel curam huiuſmodi perſonæ adminiſtrent, poſtulare eis pro his, quorum tutelam vel curam gerunt, concedi: alioqui verò ſi quis aduerſus edictum ad poſtulationem veniſſe monſtretur, & à ſuſcepta pro alijs interdicta poſtulatione repellitur, & pro æſtimatione iudicis extraordinaria pæna mulctabitur[m].

m. d.l.1.§. remouet. verſi. pen.& vlt.

VIII. Tertio loco edictum propoſitum eſt, in eos, quibus non in totum denegat Prætor poſtulandi facultátem, ſed ne pro omnibus poſtularent, edixit: Qui enim lege, plebiſcito, Senatusconſulto, edicto, decreto principum, niſi pro certis perſonis poſtulare prohibentur, hi ne pro alio, quâm pro quo licebit, in iure apud ſe poſtularent, Prætor edixit[n]:

n. d.l.1.§. vt initio, & §. ait prætor.

IX. Hoc edicto etiam continentur alij omnes, qui edicto Prætoris, vt infames, notantur, qui omnes, niſi pro ſe & certis perſonis, puta pro parente, patrono, patrona, liberis parentibusq; patroni patronæ, liberiſuè ſuis, fratre, ſorore, vxore, ſocero, ſocru, genero, nuru, vitrico, nouerca, priuigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioſo, furioſa, fatuo, fatua, cui eorum à parente, aut de maioris partis

tutorum ſententia, aut ab eo, cuius de ea re iuriſdictio fuit, ea tutela curatioue data eſt, non poſtulant: infamia tamen notati, & in integrum reſtituti ab Imperatore vel Senatu, à poſtulatione non ampliùs prohibentur [o].

X, Atq; hæc quidem, quemadmodum hodie à veteri illo Prætorum, in vrbe Romana, officio, rectè transferimus ad ordinarios cuiuſq; loci, in noſtra hac Rep Romanogermanica, Magiſtratus & Iudices, ita quoq; quæ alijs legibus hac de re cauta ſunt, ad noſtram hãc Remp: meritò accommodantur.[p]: veluti quod in eodem negocio nemo debeat eſſe Iudex & Aduocatus [q].

XI. Item ille, qui de quota litis in aliqua cauſa pactus fuerit [r], qui ſacroſanctis chriſtianæ religionis non fuerit imbutus miſterijs [ſ], qui potentior erit [t], item fiſcus aut Reſpublica alterius patrocinium ſuſcipere nõn debent [u]: quamuis alioqui, qui fiſci cauſas agunt, vel ſuam vel ſuorum, vel parentum ſuorum, vel pupillorum, quorum tutelas gerunt, cauſam & aduerſus fiſcum agere non prohibeantur [x].

XII Illi etiam, qui per ſententiem Iudicis perpetuò agere prohibiti ſunt, non admittuntur ampliùs ad cauſarum patrocinia [y], niſi fuerit remotio ad tempus facta [z]. ſicut & antequàm in Aduocatorum numerũ (vbi filij emeritorum prærogatiua gaudent,) quis recipiatur,

o. *d. l. 1. § ait prætor. cum § pen. & vlti. & 4 ll. ſeqq. d. l. 6. puto. & l. 9. ex ea cauſa. cùm 2. ſeqq. h. tit.*

p. *D. VVeſenbec. in parat. hic. num. 2.*

q. *d. l. 6. quiſquis. C. h. tit.*

r. *l. 5. ſi qui aduocatorum. C. h. tit.*

ſ. *l. vlt. C. h. tit.*

t. *l. 1. & 2. C. ne liceat. potent.*

u. *tot. tit. C. Ne fiſcus vel reſpub.*

x. *l. pen. h. tit.*

y. *l. 1. C. h. tit.*

z. *d. l. puto. & l. 8. Imperatores. h. tit. l. 3. l. 6. ad tempus. C. ex quibus. cauſ. infa. irrog.*

tur, immaculata debet probata eſſe natiuitas, vitæ integritas, eruditioq; iuſto tempore completa [a]: atq; hæc hodie, pro officiorum tamen diuerſitate, tam in Procuratoribus, quàm etiam in Aduocatis, ipſisq; iudicibus ſpectantut [b]: qui autem inter infames ſint, nunc explanandum eſt.

a. l. 11. nemini. l. 13. petitionem. & l. vlt. C. de aduo. diuerſ. iudiciorum. l. 3. iubemus. l. 5. petitiones. l. 7. per hanc. & l. 8. nemo. C. de Aduoca. diuerſ. iudicum.

b. Cammergerichtsordnung *part. 1 tit. 3.* von geſchicklichett der Perſonem der Cammerrichters vnd der beiſitzer. *in princ. & §. 1. itemq. tit. 18.* von Perſouem des *Aduocaten* vnd *Procuratorn, &c. in prin.*

De his qui notantur: infamia. Tit. 2.

1. 2. *Milites propter ignominioſam miſſionem, & paganos propter artem ludicram, vel turpem quæſtum, Prætor infamia notauit.*

3. *Quibus iudicijs priuatis Prætor infamiam irrogari voluerit.*

4. 5. 6. *Intrà tempus luctus ſi contrahantur nuptiæ: vel bina ſponſalia, binæue nuptiæ celebrentur?*

7. *Iuris recentioris extenſio circa infames.*

I. Infamia itaq; edicto Prætoris notatur, qui ab exercitu ignominiæ cauſa, ab Imperatore, eouè cui ea de re ſtatuendi poteſtas fuerit, dimiſſus erit: per ſententiam nimirum, vel per exauthorationem, vel inſignium militarium detractionem, ignominiæ nota aſperſa [a]: qui artis ludicræ, pronunciandiuè cauſa, in ſcenam prodierit: qua parte etiam illi comprehenſi cenſentur, qui quæſtus cauſa in certamina deſcendunt, non etiam Athletæ alijq; ſimiles [b].

II. Qui lenocinium fecerit ſiue principaliter, ſiue alterius negociations acceſſione [c]: qui in iudicio publico, calumniæ præuaricationiſuè cauſa

a. l. 1. in prin. & l. 2. in prin. cùm 3. §§. ſeqq. h. tit.

b. l. 1. verſ. qui artis. & d. l. 2. §. ait prætor. cum l. ſeq. & l. 4. Athletas. in prin. h. tit. l. pen. C eod.

c. d. l. 1. verſ. qui lenociniũ. & d. l. Athletas. §. ait Prætor. l. pen. h. tit.

cauſa, quid feciſſe iudicatus erit [d]: non etiam ſi inſtigator tantùm accuſationis, callido commento extitiſſe; dictus fuerit [e]. neq; ſi teſtimonium eius ſit ſolummodò reprobatnm, vel ſi ſimpliciter fuſtibus cæſus dicatur [f].

III. Qui furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dòlo malo & fraude, ſuo nomine, non etiam ſi per procuratorem ageret, pœna non exaſperata, & appellatione non interpoſita, damnatus, quiuè precio, & ſinè iuſſu Magiſtratus, pactus erit, [g]: qui pro ſocio, tutela, mandati, depoſiti, ſuo nomine, non contrario iudicio, damnatus erit [h].

IIII. Qui eam, quæ in poteſtate eius eſſet, genero mortuo, cùm eum mortuum eſſe ſciret, intrà tempus, quo elugere virum moris eſt, antequàm virum elugeret, in matrimonium collocauit, eamue ſciens quis vxorem duxerit, non iuſſu eius, in cuius poteſtate eſt, & qui eum, quem in poteſtate haberet, eam, de qua ſupra comprehenſum eſt, vxorem ducere paſſus fuerit [i].

V. Tempus luctus, quòd olim erat ſex menſium, ad anni ſpacium extenſum eſt, ſancitumq; vt ea etiam, quæ non eluget, cadat iure ſponſalium [k]: parentes & liberi vtriuſq; ſexus, nec non & cæteri agnati vel cognati, pro vt quiſq; voluerit, lugendi ſunt, qui autem eos non eluxit, infamia non notatur [l].

VI. Deniq; infamia ex edicto Prætoris notatur, qui ſuo nomine non iuſſu eius, cuius in poteſtate eſſet, eiuſue nomine, quem quamuè

d. d.l.1.verſ.qui in iudicio. & d. l.Athletas.§.calumniator. & l.15. notatur. cum 4. ſeqq. h.tit.

e. l.20.ob hæc verba h.tit. l5.Decuriones.l.17.verbum. l.19. interlocutio. C.eod.

f. l 21. Lucius Titius. cum l.ſeq. h. tit.l.1.& 2.l.14.nullam.C.h. tit.

g. d.l.1.verſ.qui furti.& d. l. Athleta. §. vlt. cum l.ſeq. & l.6. furti. in prin.& 2. §§.ſeqq. l.13. quid ergo.§. ex compromiſſo. cum 2. §§. ſeqq.& l.ſeq.h.tit.l.4.ſi Poſſidonium.cum ſeq.l.8.ſi furti.l.12.ſi te expilaſſe.l.18 nō damnatos. C.eod.

h. d. l.1. verſ.qui pro ſocio. & d. l. furti. §. pactusuè. cum 3.ſeqq. & l.ſeq. h. tit.l. vlt. C. eo.

i. d.l.1 verſ.qui eum.& l. 8 genero. cum 4 .ll.ſeqq. & l. 13. quid ergo. in prin. h. tit.l.15.decreto.C.eo.

k. l.2.C.De ſecundis nupt. c.omne.27.q.2.

l. l.11.liberorum. & l. 23. exhæredatum. cum l. vlt. h. tit.

in poteſtate haberet, bina ſponſalia binaſuè nuptias, eodem tempore conſtitutas, habuerit, etiamſi cùm ea, quam vxorem ducere vel non poteſt, vel non fas eſt [m].

VII. Sed & extra has cauſas edicti prætorij, ex legibus ſæpe infamia multis itrogatur, veluti expilatoribus hæreditatum [n], violatoribus ſepulchrorum [o], improbum fœnus exercentibus, & víuras vſurarum illicitè exigentibus [p]: alijsq́; ſimilibus. Infames igitur omnes, ex conſtitutionibus imperij noſtri nouiſsimis, non ſolùm iudices, vel aduocati, ſed etiam Procuratores eſſe prohibentur [q], De procuratoribus nunc dicendum.

m. d. l. 1. verſ. vlt. & l. quid ergo. §. quod ait prætor. cùm §. ſeq. h. tit.
n. d. l. 13. ſi expilaſſe. C. ex quibus cauſis. infa. irrogat.
o. l. 1. ſ. De ſepulchro violato.
p. l. 20. improbum. C. h. tit.
q. Camergerichts ordnung. *parte. 1. tit. 3.* von geſchicklikeit der Perſonen des Cammergerichts vnd der beyſitzer. *in prin. & §. 1. itemq; tit. 18.* von Perſonen der Advocaten vnd Procuratorn. *in prin.*

De Procuratoribus & Defenſoribus: Tit. 3.

1 Procurator extraiudicialis ſiue iudicialis, quid à negociorum geſtore vel defenſore differat?
2. Generalis Procurator & ſpecialis quomodò differant?
3. 4. 5. Procuratoris iudicialis quale officium?
6. 7. 8. Aduocati & Procuratoris diuerſum officum, & olim, & hodie.
9. Aduocati & Procuratores quomodo conſtituantur?
10. Procuratores litigantium perſonaſ ſuſtinent, & Domini litium dicuntur.
11. Cicero fœliciſſimus cauſarum patronus.

I. PRocurator, authore Iureconſulto Vlpiano eſt, qui aliena negocia, mandato Domini, adminiſtrat [a]: eſtq́; extraiudicialis, qui conuentiones ac contractus, aliaq́; ſuſtinet, quoditiana, ciuilia & domeſtica negocia [b]: vel Iudicialis, qui litis curam ſuſtinet [c]: & illi opponi ſolet Negociorum geſtor, qui extra iudicium [d], huic Defenſor, qui in iudicio [e], ambo

a l. 1. in prin. h. tit.
b. d. l. 1. §. 1.
c. l. 3. & l. 8. filiusfa. §. fin. l. 31. ſi quis. §. vnius. l. 47. qui proprio. in prin. l. 69. Paulus. h. tit.
d. d. l. 31. ſi quis. in prin. h. tit. l. 2. l. 6. ſi pupilli in prin. ſ. D. neg. geſt. l. 20. tutori. C. de nego. geſt.
e. l. 35. ſed & hæ. § defendere. l. 46. qui proprio. §. 1. l. 51. minor. h. tit. l. 36. rectè defendi. ſ. de iudic.

ambo autem ſinè mandato [f], negocia alterius adminiſtrant, quanquam Defenſor ex parte Rei tantùm exiſtit, & quidem non ſinè cautione de rato [g].

II Procurator autem, ſiue Extraiudicialis, ſiue Iudicialis, aut Generalis eſt, cui vniuerſorum ſuorum negociorum [h], vel vniuerſarum litium [i], aut ſpecialis. cui vnius fortè aut alterius [k], negocij ſui vel litis curam quis commiſit. Speciali Procuratori, ſi extra mandati fines quid attentet, facilè id vitio vertitur: Generali autem non ita facilè quid obijcitur [l]: Sed de Procuratoribus & defenſoribus litium nunc magis tractandum.

III. Litis itaq; Procurator, illa quæ pertinent ad litem peragendam, curat [m]: datur enim ad agendum, ad defendendum [n]: ad petendam rem [o]: ad litem ſuſcipiendam [p]: ad iudicium accipiendum [q]: ideoq; dicitur poſtulare actionem ſibi dari [r], vel p iudicium aut interdictum ſibi reddi, aut ſtipulatione damni infecti aut legatorum ſibi caueri [ſ]: dicitur etiã agere [t], petere

f. d. ll. & l. 12. exigendi C. de procurat.

g. l. 33. ſeruum. §. fin. d. l. ſed & hæ. §. defendere. l. 39. non ſolùm. § 1. l. 40. Pomponius. §. ſed & is. d. l. qui proprio. §. qui alium. l. 31. minor in fine cum. 2. ll. ſeq. h. tit.

h. l. 1. §. 1. l. 58. Procurator. cui cum. 2. ſeqq. l. 63. procurator totorum. h. tit.

i. d. l. 1. §. 1. l. 37. omniũ & l. 60. mandato generali h. tit. l. 10. ſi procurator. C. eod.

k. d. l. 1. §. 1. l. 3. & l. 8. filius fam. §. procuratorem. d. l. 33. ſeruum. §. cum verò. l. 47. qui duos. l. 56. ad rem. l. 62. ad legatum. l. 66. ſi is qui. cum 2. ſeqq. h. tit. l. 8. quod quis. & d. l. 10. ſi procurator. l. 16. procuratorem. C. eod.

l. l. 60. mandato generali. cum l. ſeq. l. 62. ad legatum & l. 66. quod procurator. h. tit. d. l. ſi procurator & d. l. procuratorem. C. eod. tit. *m. l. 57. qui procuratorem in princ. h. tit.* *n. l. 8. filiusfam. in prin. & §. ad defendendum. l. 15. ſi defunctus. in fine l. 45 licet. §. is cui cum ſeq. h. tit. l. 22. nulla. C. eod.* *o. l. 56. ad rem & d. l. 62. ad legatum. h. tit.* *p. d. l. filius fam. §. procuratorem. l. 69. Paulus. h. tit.* *q. d. filiusfam. §. procuratorem. l. 15. ſi defunctus. h. tit.* *r. d. l. 33. ſeruum §. ait Prætor. h. tit.* *ſ. d. l. 35. ſed & hæ. §. 1. l. 40. Pomponius in prin. & §. 1. l. 45. non cogendum. §. fin. h. tit.* *t. l. 27. in cauſæ. l. 33. ſeruum. §. ait Prætor l. 34. ſi quis. l. 35. ſed & hæ. in prin. l. 39. non ſolùm. §. 1. l. 43. licet. §. ſi procurator. l. 46. qui proprio. §. fin. l. 56. ad rem. l. 73. ſi Reus. h. tit. l. 5. actionem. & l. 23. nulla C. eod.*

petere [u], accuſare [x], poſtulare ſuſpectum [y], poſtulare cognitionem de reſtitutione in integrum [z], experiri [a], actionem inſtituere [*], intendere [b], agendi poteſtatem habere [c]: controuerſiam facere [d], litem mouere [e], cauſam in in iudicio agitare [f], litigare [g], inferre referreq; iurgium [h], in iudicium rem deducere [i].

IIII. Dicitur deinde Procurator defenſionem ſuſcipere [k], ſatis accipere [l], rem ratam haberi cauere [m], iudicatum ſolui ſatisdare [n], iudicium ſuſcipere [o], litem conteſtari [p], iudicium accipere [q], accipiendum recuſare [r], defenſionem præſtare [ſ], pro abſente verba facere, & innocentiam eius excuſare [t], abſentiæ cauſas reddere [u], defendere [x].

V. Tum verò dicitur Procurator reſpondere [*], itemque interogatus in iure reſpondere, & ex reſponſione ſua teneri [y], exceptione excludi [z], excipere, replicare [a], confeſtim

u. l. 32. pluribus l. 39. non ſolùm. § ſi ſtatus. l. 48. itaq; ſi hoc. l. 66. ſi is qui. h. tit.
x. d. l. 35. ſed & hæ. § 1. h. tit.
y. d. l. 39. non ſolùm. § fin. h. tit.
z. d. l. non ſolùm. § eſt & caſus.
a. d. l. 33. ſeruum. § fin. d. l. non ſolùm. § 1. h. tit. l. 7. militem. C. eo.
**. d. l. 40. Pomponius in princ. h. tit.*
b. l. 55. Procuratore. h. tit. l. 3. ita demum. C. eo. d.
c. d. l. 10. ſi Procurator. C. h. tit.
d. l. 39. non ſolùm. § ſi ſtatus. h. tit.
e. d. l. 55. Procuratore. h. tit.
f. d. l. 23. nulla. C. eod.
g. d. l. 39. non ſolùm. § ſi ſtatus. h. tit.

*h. l. 27. quicunq. C. h. tit. i. l. 27. in cauſa. in prin. verſ. ſed hæc ita. l. 66. ſi is qui h. tit. k. l. 33. ſeruum § fin. h. tit. l. 6. reum. & l. 7. militem. C. eo. tit. l. l. 27. in cauſa. l. 28. ſi Procurator. h. tit. m. d. l. 33. ſeruum § ait prætor. d. l. 34. ſed & hæ. § defendere. cum l. ſeq. l. 39. non ſolùm. § 1. & l. ſeq. h. tit. l. 1. C. eo. n. l. 28. ſi Procurator. d. l. non ſolùm. § eſt & caſus. d. l. 40. Pomponius. § ſed & is. l. 43. mutus § qui non. l. 46. qui proprio. § qui alium. l. 53. non videtur. l. 76. Titius. h. tit. o. l. 27. poſt litem. h. tit. p. l. 26. ante litem. cum l. ſeq. l. 64. is cuius nomine. h. tit. l. 8. quod quis. l. 22. procuratoribus. C. eod. q. l. 12. ſed etiam. l. 14. ſi poſt datum. l. 15. ſi defunctus d. l. 34. ſed & hæ. § defendere. l. 43. mutus. § qui non. l. 45. nō cogendum. in prin. l. 46. qui proprio. § item quæritur. l. 76. Titius h. tit. r. d. l. 33. ſed. & hæ. § defendere. verſ. & Iulianus. ſ. l. 43. mutus. § in popularibus. h. tit. t. d. l. 33. ſeruum. § publicè. h. tit. u. l. 71. abſens h. tit. x. d. l. ſeruum. § publicè. cum § fin. & 7. ll. ſeqq. l. 43. mutus. § qui non. l. 45. non cogendum. h. tit. l. 23. nulla. C. h. tit. *. d. l. ſed & hæ. § 1. h. tit. l. 2. l. 4. & l. 24. licet. C. eo. y. d. l. 39. non ſolùm. in princ. h. tit. z. l. vlt. h. tit. a. l. 48. itaq; h. tit.*

feſtim agere, litē peragere [b], iuſiurando deferre, referre [c], controuerſiam ad exitum deducere [d], cauſam litigiumq; finire [e], appellationem exercere, appellationiq; reſpondere [f].

VI. Non tamen Procurator de cauſa perorare ſolitus eſt, ſed fuit hoc Aduocati munus, ſeu patroni cauſæ, quibus etiam apud vrbē Romanam honoratis, eo vſq; licuit orare, quouſq; maluiſſent dū tamen non ad turpe compendiū, ſtipemq; deformē, hæc arriperetur occaſio, ſed laudis per eam quærerentur augmenta [g].

VII. Procuratores conſtituti ad diſceptandum tantū in iudicio, vel ad litem adminiſtranda [h], faciliores litis partes, ſicut ex ſuperiorib. patet, expediuere: ad argumenta autem cauſæ orationis vbertate ea ornanda, patronos & aduocatos, oratores cauſarum conquiſiuere [i].

VIII. Atq; ab hac quidem veteri ratione Aduocatorum & Procuratorum, hoc tempore non ita multum diſtant, noſtrorum Aduocatorum & Procuratorum officia, niſi quod Aduocati noſtri omnia, quæ aliquid momenti in cauſa habere videntur, ſine veteri illo orationis ornatu, ſimplici tantùm ſermonis genere pertractent, & quidem in ſcriptis fere [k].

IX. Tam autem Aduocati, quàm etiam Procuratores vel ſola commiſſione, & vel inter præſentes, vel inter abſentes, per nuncium, per epiſtolam, ſubſignatasue ſubſcriptasq; literas,

n

b l. 11. qui procuratorem [illegible]

c l. 17 [illegible] §. 1. verſ. ſed [illegible]

d d l. [illegible]

e d l. [illegible]

f l. 2 C eo.

g d l 6. quiſquis. verſ. apud vrbē. l 9 ſi quis [illegible] togatis. in fine. l. 11. neminem in fine. & l. 14. Aduocati. C. De p[illegible] l. 2 C. De Aduoca. fiſci. l. [illegible] C. De erro. Aduocato. l. 11. rem nō nouam. §. patroni. C de iudic. l. 1. §. in honorarijs. ſ. De extraord. cogn. Cicero in orat. pro Cluentio. itemq; in Topicis: Aſcanius Pædianus in comment. ſuis ad Cic. & notat. Iacobus Cuiacius in paratit. C. ad tit. De Aduocat. diuerſo. iudiciorum.

h d. l. 13 [illegible] & d. l. 43 [illegible] b. tit.

i d. l. malus in prin.

k Cammergerichts ordnung. parte 1. tit. 22 von der Aduocaten vnd Procuratoren Ampt vor Recht[illegible] ſeq. & tit. 02 Iuramentū Aduocatorū Imperialis cameræ cum 2 ſeqq. vide Illuſtriſſ. Iuly. F. B. Hoffgerichts ordnung. tit. 7. von den Aduocaten vnd jhrem Ampte. tit. 8. von Procuratorn vnd jhrem Ampt. itemq; tit. 17. der Aduocaten Eid, & tit. 17 der Procuratorn vnd Redener Eidt. vide And. Gail. lib. 1. obſeruat. pract. obſ. 43 cum aliquot ſeqq. vide [illegible] pract. obſ. lib. 1. tit. 4. De aduoca. & Syndic. & tit. 5. De Procuratoribus. Harpm. Hart. lib. 2. obſ. pract. tit. 7. De Procurator.

tronum cauſas peroraſſe, imo omnis generis ciuiles & criminales cauſas tractaſſe, extraordinariarũ quoq; perſecutionum patrocinium ſuſtinuiſſe ex omnium orationum ab ipſo habitarum inductione, rectiſſime aſſeritur b.

b [illegible] in libris de oratore ad Q. fratrem: in libro de claris oratoribus qui Brutus dicitur: in Oratore ad Brutum: itemq; in libello de optimo genere Oratorum. & his adde l. 6 [illegible] apud vrbem. l. 9. ſi quis de togatis in fin. l. 11. neminem. in fin. & l. 14 aduocati. C. De poſtulan. l. 2. C. De aduocat. fiſci. l. 1 C De errore aduocat. l. 11. rem non nouam. § patroni C. De iudic. l. 1. §. in honorarijs ff. De extraord. cognit. adde quæ notat Aſcanius Pædianus in commenta. ad Cic. & quæ notat Iacobus Cuiac. in paratit. ad C. tit. De aduoca. diuerſ. [illegible]

Diſputat. II. Reſpond. Chriſtophorus Oſterwaldt, Neopolitanus.

Quod cuiuſq; vniuerſitatis nomine, vel contra eam agatur: Tit. 4.

1. 2. *Quibus liceat habere collegium & quomodò res communes habeant?*
3. 4. *Quomodò conſtituatur Syndicus?*
5 *Exiguus numerus an conſeruet, vel conſtituat collegium.*
6 *Qui poſſit eligi Syndicus, & quod ſit eius officium?*
8 *Syndicatus quomodo finiatur, & quid ſi collegium non defendatur?*

I. Societatem quidem vniuerſatis, aut collegium, aut aliud huiuſmodi corpus, paſſim omnibus habere non conceditur, ſed olim paucis admodum in cauſis, vt vectigalium publicorum, aurifodinarum, argentifodinarum, pictorumq;: hodie de conſuetudine in ſingulis fere opificiorum generibus b.

a. l. 1. in prin. h. tit. & toto tit. ff. De colleg. illicit. l. 15 conuenticula. C. De epiſcop. & Cleric.

b. [illegible] hic in paratit. [illegible] nom. 1.

II. Quibus autem permiſſum eſt corpus habere collegij, ſiue ſocietatis, ſiue cuiuſcunq; alterius congregationis, eorum proprium eſt, ad exemplum Reip. habere res communes, arcam communem, & actorem ſiue Syndicum, per quem, tanquam in Republica, quod communiter agi fieriq; oporteat, agatur fiat c.

c. d. l. 1. §. quib.

III. Nulli enim permittitur, nomine ciuitatis vel curiæ experiri, niſi ei cui lex permittit, aut

fungitur [illegible]: quamquam & extraneus ad defenſionem admittitur [illegible].

VIII. Muniendi etiam prohibendiq́. Actoris ſeu Syndici poteſtas eſt: neq́. amplius permiſſus videbitur Syndicatus, quàm permiſſio duret q: ſed ſi non defendatur vniuerſitas, permittet magiſtratus poſſidere, quod eorum commune erit, & ſi admoniti non excitentur, ad ſui defenſionem, venire iubebit r.

o. d. l. [illegible] § actori [illegible]

p. d. l. 1. § [illegible]

q. d. l. item eorum § [illegible] ſi act. r & § fin. h. tit.

r. d. l. 1. § fin. & l. ciuitates h. tit.

De Negocijs geſtis: Tit: 5.

1. 2. *De negotijs geſtis duæ ſunt propoſitæ actiones.*

3. 4. 5. 6. *Directa negotiorum geſtorum actio, quibus caſibus aduerſus geſtorem competat.*

7. 8. 9. 10. 11. 12. *Contraria negotiorum geſtorum actio, quibus caſibus aduerſus Dominum competat, vel non.*

13. *Compenſatione etiam poteſt vti geſtor.*

14. 15. *Non refert cuius negocia geſta ſint, & directa quis an vtili actione agat, modo [illegible].*

16. *[illegible] geſtionem interdum adiuuat.*

I. DVm igitur omnibus modis curam gerit Prætor, ne quis indefenſus relinquatur, ſit vt [illegible] quoque negotiorum rationem habeat s, atque hac quidem parte, Prætor edicto ſuo, ſe eu nomine iudicium daturum pollicetur, ſi quis negocia alterius abſentis, ſiue quis negotia quæ cuiuſq;, cùm is moritur, fuerit, geſſerit t.

s. § [illegible] Inſt. de oblig. quæ quaſi ex contr. naſc. [illegible] in princ. [illegible]. De [illegible]

t. l. 1. in princ. h. tit.

 Dan-

II. Dantur autem ex negocijs geſtis vltro citroq; actiones, quæ appellantur negociorum geſtorum: ſed Domino quidem rei geſtæ, aduerſus eum qui geſſit, directa competit actio: negociorum autem geſtori contraria: quia ſicut negociorum geſtor Domino tenetur, vt adminiſtrationis rationem reddat, reſtituatq; quod ex eo habet, ita & contra, is qui vtiliter geſſit, Dominum ſibi habet obligatum, ad agnoſcenda negocia ipſius nomine geſta, atq; vt impenſas refundat geſtori, & indemnem eum præſtet[u].

u d. §. 1. d. l. ſi quis abſentis in princ. l. 2. l. 8. ſi autem. §. ſi quacunq; l. 20. ſut autem ac penim toto. h. tit. & C. eo.

III. Tenebitur itaq; geſtor Domino hoc nomine, vt rem quam Dominus nomine petit, reſtituat Domino, cum fructibus, etiam ſi ampliores, quam oporteat conſecutus ſit[x]. etiam ſi non res mea, ſed mei tantum contemplatione geſta, & ipſo geſtu alteri acquiſita non ſit[y]. item exactam pecuniam cum vſuris, quas percepit, aut percipere ex ea potuit[z], licet indebitum exegerit[a], reputatis tamen neceſſarijs impenſis[b], atq; vtilibus[c].

x d. l. 8. ſi autem is §. item ſi fundum.
y. l. 6. ſi pupilli §. item quæritur cum §. ſeq. h. tit.
z l. 19. atquin. § non tantum [illegible] h. tit. l. 9. ſi pecuniam C. eo.
a l. 23. ſi quis negotia h. tit.
b l. 21. liberto § qui aliena h. tit.

IIII. Deinde vero hoc etiam nomine Geſtor tenebitur, ſi quædam non geſſit, contemplatione tamen eius alius ad hæc non acceſſit, & ſi vir diligens, quod ab eo exigimus, etiam ea geſturus fuit, ſi a ſeipſo debitum non exegerit, quo caſu vſuras etiam præſtare cogitur, quamuis quod ab alijs non exegerit, omnino ei ignoſcatur[d]: ſi negocium male geſſit, qua parte non ſolum dolus, ſed etiam culpa Geſto-

c [illegible] ex duplex in prin. [illegible] quæ [illegible] in princ. h. tit. l. 11. [illegible] C. eo.
d [illegible] l. [illegible] ſi pupilli § fin. [illegible] C. l. 1. [illegible] § [illegible] ſi quis l. 15. [illegible] h. tit.

ris

ris arguitur [e], quæ interdum etiam ad exactiſſimam diligentiam reuocatur [f], ceſſante tamen damni perſecutione in ruſticitatis [g].

V. Sed & hoc nomine tenebitur Geſtor, quòd ſibi ipſi, cum eſſet vſurarium debitum, non ſoluerit [h]: ſi pecuniam receptam otioſam habuit, ad vſuras tenebitur [i]: ſi pecuniam erogauit, periculum malorum nominum ad eum pertinet [k]: & denique etiamſi noua negocia ſuſcipere non cogatur, tenetur tamen Geſtor ad ſuſcepta negocia explicanda, quamuis inter moras Dominus mortuus fuerit [l].

VI. Sic quoque is, qui hæreditatis iacentis negocia geſsit [m], hæredi, geſtorum nomine tenetur, & id etiam, quod poſt mortem acceſſit, reſtituere debet [n]: licet aliàs ſeſe nõ [illegible], tamq; hæres immiſcuerit & mandauerit geri. Idemq; eſt ſi quis, qui apud hoſtes deceſſit, vel filijfamilias militis defuncti negocium geſtum fuerit [o].

VII. Contra verò Dominus obligatur Geſtori, vt id quod ipſius nomine rectè geſtum eſt, agnoſcat, & quid Geſtor in rem eius vtiliter impenderit, vel etiam ſe in rem abſentis obligauerit: quicquid enim hoc nomine Geſtori vel abeſt, vel abfuturum eſt, hoc ei præſtari oportet [p]: non ſolum ſi profuit, [illegible] nulla neceſſitate vrgente, [illegible] ſeſe negocijs alienis [illegible] & in geſtis [illegible] etiamſi aliqua neceſſitate vrgente, vel neceſſitatis ſuſpicione geſſit [q].

VIII. Si quis tamen negocia mea geſſit, non mei contemplatione, ſed ſui lucri cauſa, quia ſuum

e d. l. 3. § interdum. l. 11 ſi [illegible] l. 11. debitor. l. [illegible] [illegible] § [illegible]

[illegible] l. [illegible] ex facto [illegible] 10. § [illegible] & § [illegible] §. quamquam [illegible] l. 31. [illegible] in prin. l. 37 hæres [illegible] l. 31. diuortio in prin. & § fin. h. tit. l. 20. [illegible] C. [illegible]

f d. §. 1. verſ. ſi ut [illegible] I. de oblig. quæ quaſi ex contract. naſc.

g. l. 8 Pomponius h. tit

h. d. l. 35. diuortio § fin. h. tit.

i. l. 37. litis conteſtatæ §. ſi pecuniam [illegible] l. 22. [illegible] C. eo

k. d. l. litis conteſtatæ § ſi [illegible]

l. l. 21 [illegible] & Seruius [illegible] § ſi [illegible] C. eo

m d. l. [illegible] & d. l. 21. [illegible] §. qui [illegible] l. 22 ſi [illegible] h. tit

n. d. l. 3. § hac verba [illegible]

o. l. 23 cum [illegible] & d. l. 30 ex facto cum l. 40 [illegible] h. tit

p. [illegible]

q. d. l. 2. [illegible]

r. d. l. 3 § hac actione [illegible] l. [illegible] C. eo.

f d. l. 3. §. interdum & d. § hac actione h. tit. l. 18. [illegible] & d. l. 20 [illegible] C. eo.

ſuum potius, quam meum negocium geſſit, mihi quidem tenebitur directa negociorum geſtorum actione, ipſe tamen ſi circa res meas aliquid impenderit, non in id quod ei abeſt, quia improbe geſſit, ſed in id in quo ego locupletior factus ſum, habet contra me actionem t.

IX. Quod ſi vero ita ſimpliciter quis verſatus ſit, vt ſuum negocium in ſuis bonis, quaſi meum, geſſerit, nulla ex vtroq; latere naſcitur actio, quia nec bona fides hoc patitur u. quod ſi & ſuum & meum, quaſi meum negocium geſſerit quoad meum, oritur vtrinq; obligatio x. quod ſi prohibui gerere negocium meum, omnino non dabitur illi contra me actio y.

X. Is igitur qui in alienis rebus Domini nomine, eoq; non inuito, negocium geſſit, contraria negociorum geſtorum actione aduerſus Dominum experiri poteſt, vt cum vſuris quas præſtabit, vel quas ex ſua propria pecunia percipere potuit z, id, quod impendit recuperet a, etiāſi ad bonum exitum negocij ſumptus facti non ſint b: item vt liberetur ab obligatione c: nec ſolum ſi effectum habuit illud negocium actio ei illa datur, ſed ſufficit ſi vtiliter geſſit, & ſi effectum non habuit negocium, vel etiamſi exitum non reſponderit, vel res interierit d.

XI. Quod ſi tamen rem non neceſſariam vel quæ oneratura eſt patremfamilias, aggreſſus quis fuerit, etiamſi putauit ſe vtilem facere, & expedire patrifamilias, non habebit geſtor contrariam actionem e, & rurſus ſi nouum negocium,

ſ d. l. 3. §. interdum & §. hac actione. h. tit. l. 18. ob negocium. & d. l. 20. tutori C. eod.

t. l. 6. ſi pupilli. § ſed etſi quis h. tit.

u. d. l. ſi pupilli §. ſi quis ita h. tit.

x. l. 8. ſi autem is § Iulianus h. tit. l. vlt. C. eod.

y l. 19. atquin §. non tantum. h. tit. l. 18. ob negocium. C. eod.

z d. l. 2. l. 4. & 5. l. 8. ſi autem. §. Iulianus. l. 22. ſi [illegible] hereditarii. l. 2[illegible] ſi [illegible] negocia l. 27. ex [illegible] pitae. l. 31. liberta. § ſi [illegible] l. [illegible] cùm pecunias h. tit.

a l. 45. quæ [illegible] in princ. h. tit.

b [illegible] ſi qui mandatu h. tit.

c [illegible] ſed an vltro in [illegible] l. 12. ſi [illegible] h. tit.

d d. l. 22. [illegible] h. tit.

e [illegible] h. tit.

gocium, quod non ſit ſolitus abſens facere, tu nomine eius geras, ſi quid damnum ex ea re ſecutum fuerit, te ſequitur, lucrum verò, abſentem: quòd ſi in quibuſdam lucrum factum fuerit, in quibuſdam damnum, abſens penſare lucrum cum damno debebit [f].

XII. Si quis negocia alterius gerens indebitum ſoluit, ſibi id imputare debet [g]: ſi plus quàm oporteat, impenderit, recuperabit id, quod præſtari debuerit [h]: ſicut nec id repetitur, quod voluptatis cauſa quis impenderit [i], vel ſi pietatis ratione ductus quis, in alterius rebus impenderit, præſertim arcto ſanguinis vel alio neceſſitudinis vinculo iunctus [k]: quanquam maritum, quod in funus vxoris ſuæ quaſi recepturus erogauit, à patre ad quem dos redit, repetere poſſe, ab Imperatore Alexandro reſcriptum eſt [l].

XIII. Poteſt autem impenſas conſequi à Domino Geſtor, vel per exceptionis obiectionem, compenſatione petita, cùm directo iudicio à Domino conuentus eſt, vel vt contrarium inſtituat iudicium: Sanè ſi poſt examinationem reprobatæ fuerint compenſationes, veriuseſt, quaſi re iudicata, ampliùs agi contrario iudicio non poſſe [m].

XIIII. Sed & omnes, quorumcunq; tandem negocium geſtum eſt, vel qui etiam negocium geſſerint, quiuè eos in poteſtate habebunt, hiſce iudicijs tenebunturr, etiamſi mulieres ſint [n], vel papilli [o], vel furioſi [p], vel filijfamiliâs [q], vel ſerui [r], vel liberi homines, qui bona fide ſer-

f. l. 11. ſi negocia abſentis. h. tit.

g. l. 23. ſi quis negocia. h. tit.

h. l. 25. ſi quis negocia. l. 31. liberto. §. libertos. h. tit.

i. l. 27. ex duobus in prin. h. tit.

k. d. l. ex duobus. §. fin l. 33. Neſennius. l 44. is qui amicitia. h. tit. l. 1. & 2. l. 5. officio. l. 11. alimenta. l. 12. ſi filius. l. 13. quod in vxorem & l. 15. ſi paterno. C. eod.

l. d. l. quod in vxorem. in fine. C. eod.

m. d. l. 8. ſi autem. h. tit.

n. l. 3. in prin. verſ. hæc verba. h. tit.

o. d. l. 3. §. pupillus. d. l. 6. ſi pupilli. in prin. l. 37. litis. in prin. h. tit. l. 2. l. 4. qui pupillæ. C. eod.

p. d. l. 3. §. pupillus verſ. etſi furioſi. h. tit.

q. d. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego l. 14. ſi filiusfam. l. 46. mandati. in prin. h. tit.

r. d. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego & §. ſi Titij. l. 42. ſi ſerui. h. tit.

ſeruiebant [f], vel ſocij [t], vel creditores, vel debitores noſtri [u], vel liberi [x], ſiue ab hoſtibus capti fuerint [y], ſiue nobiſcum capti fuerint, & redemptionis cauſa, pecunia pro ijs expoſita ſit [z]: ſiue ciuitas aut municipium fuerit [a], ſiue mater, pater, fratres, vel ſorores fuerint, alijuè cognati [b], vel tutores, curatoresuè deſignati [c], vel amici [d], vel procuratores [e], vel fideiuſſores [f], vel coniuges, coniugumuè hæredes [g], vel emptores & venditores [h]: quanquam pro perſonarum ratione, interdûm diuerſitas aliqua oritur.

XV. Illi enim negociorum geſtorum actio datur, cuius intereſt hoc iudicio experiri, nec refert directa quis, an vtili actione agat, vel conueniatur, quia in extraordinarijs iudicijs, vbi conceptio formularum non obſeruatur, qualia hodie ſunt omnia iudicia [i], hæc ſubtilitas ſuperuacua eſt, maximè cùm vtraq; actio eiuſdem poteſtatis ſit, eundemq; habeat effectum [k].

XVI. Neque impeditur negoij geſti actio, etiamſi per ignorantiam vel errorem, alterius negocium geſtum ſit [l]: quinimò vbi mandati agi non poteſt, quia præſentis liberi hominis negocium eſt geſtum, iuris & legum interpretatione interdum negocium geſtum acci-

ſ. d.l.ſi pupilli.§.ſed ſi homines.l.19.atquin.§ ſi liberto.l.36.ſi liber.h.tit.

t. l.8.ſi autem.§. Iulianus. l.31.liberto.§.fin.l.49 ſi communes. h.tit.

u. l.13.debitor.l.31.fideiuſſor. in prin.l. 35. diuortio.§. fin.l.38. qui ſinè. h tit.

x. l 17 cum actum.l.18.Proculus l.19. atquin.in prin.& §.1.l.31.liberto in prin.& §. libertos.l.45.quæ vtiliter.§. 1.h.tit.l.5. officio C.eo.

y. d.l.atquin.§. fin cum l. ſeq.h.tit.

z. l.21.nam & Seruius.in prin.h.tit.

a. l.6.ſi autem.§ 1. l. 26. cum alicui.& l.30 ex facto. h.tit.l 1 §.fin.& l. 8. ciuitates.ſ. tit.prox.

b. l.17.ex duobus.in prin. & §.fin. d. l. 31. liberto.§. quanquam. l. 32. fideiuſſor. § fin.l 34. Neſenius. l. 37. litis.§ fin.& l.pen.h.tit.l.1. l.3.l.5 officia.l.11. alimenta. l.12 ſi filius. l. 15. ſi paterno l.16 ſi negocium.C.eo.

c. l.29.cùm pater. l. 30. ex facto d l.31.liberto.§. tutoris. h.tit.l.17. curatoris C. eo.

d. d.l liberto.in prin.& §.litem l.44. is qui amicitia h.tit.
e d.l.6 ſi pupilli.§.1.l.24.ſi ego hac mente.h.tit.
f l.3.§.fin.d.l.31.liberto.in prin.l.32.fideiuſſor.in prin.l.46.mandati. §.fin.h.tit.
g. l 33.hæres viri.l.35.diuortio.in prin.h.tit.l.13.quod in vxorem. C.eod.
h. l.vlt. h. tit.
i. §. vlt.I. De interd.
k. l.47. actio negociorum h.tit.
l. d.l.2.l.5. item ſi cum.l.6.ſi pupilli.§.ſed ſi hominis.cum 3.§§.ſeqq. l 11.ſi negocia abſentis.l.26 cum alicui.l.31.liberto.§.1.l.32 fideiuſſor. in prin. & §.vlt.l.42 qui ſeruum.l.45.quæ vtiliter.§.fin.l.pen.& vlt.h tit.

accipitur [m]: & vbi cohærentia multa, vel omnia negocia geſta ſunt, pro vno eodemq́; reputantur [n], fungiturq́; negociorum geſtor procuratoris partibus [o], quamuis proprietas per eum vti per procuratorē[p], acquiri non poſſit [q].

m. d. l. 6. ſi pupilli. §. ſi quis quaſi. l. 17. atquin. §. ſi libero. l. 35. ſi liber homo. h. tit.

n. l. 16. ſed & cùm. l. 17. eum actum. & l. 19. atquin. in prin. & § 1. h. tit.

o. l. 7. ſi quis in alio. in prin. ĩ. tit. prox.

p. d. §. ex his itaque. I. per quas perſo. cuiq́ acq. l. 13. ſi procuratori. De acq. rer. dom.

q. d. l. 24. ſi ego hac mente. h. tit.

De Calumniatoribus: Tit. 6.

1. 2. Calumniatores in quadruplum intrà annum tenentur & quomodò?
3. Cui & aduerſus quem detur calumniæ actio?
4. Annus quomodò in quadrupli illa actione computetur?
5. Si quis ab aliis pecuniam accepit, ne mihi negocium faceret?
6. Si ſub ſpecie vectigalis aut pœnæ quid exactum ſit, aut ſeruus poſtuletur Reus?
7. Tranſactionis cauſa dare licet.

I. INter illos verò, qui in iudicio experiuntur, ſingulari pœna digni exiſtimati ſunt Calumniatores: in eum enim, qui vt calumniæ cauſa negocium faceret, vel non faceret, pecuniam accepiſſe dicitur, intrà annum in quadruplum eius pecuniæ, quam accepiſſe dicitur, poſt annum ſimpli in factum actionem ſe daturum, Prætor pollicitus eſt [a].

II. Quod iudicium, non ſolùm in pecuniarijs cauſis, verùm etiam ad publicas & fiſcales cauſas pertinere, reſponſum eſt, maximè cùm & lege Iulia repetundarum teneatur, qui ob negocium faciendū, aut non faciendum, per calumniam pecuniam accepit [b],

a. l. 1. in prin. h. tit.

b. d. l. 1. § 1. h. tit. l. 1. & tot. tit. C. de calumniato.

c. d. l. 1. §. vlt. l. 2. & l. 3. in prin. h. tit.

& quidem pecuniam accepiſſe dicitur, ſi quid omninò compendij ſenſit, puta ſi obligatione ſit liberatus: & ſiue ipſe acceperit, ſiue alius ex eius voluntate [c]: teneturq; hoc edicto etiam is, qui depectus eſt [d].

d. d.l.3.§.hoc edicto.

III. Ei autem, aduerſus quem calumnia parata eſt, hoc edicto ſubuenitur [e]: quare ſi quis & à te pecuniam accepit, vt mihi negocium faceret, & à me ne mihi faceret, duobus iudicijs mihi tenebitur [f]: ſed hæredi, etiamſi intrà annum, is cui calumnia parata eſt, moriatur, quadrupli illa de calumnia actio non datur [g]: in hæredem competit illa ſimplici, in id quod ad eum peruenit: quin præter hanc etiam condictio competit, ſi ſola turpido accipientis verſetur: ſi & dantis, melior cauſa erit poſſidentis, ſicut & alias vna actio ſufficit [h].

e. d.l.3.§.fin.

f. d.l.3.§.fin.

g. l.4.hæc actio.h.tit.

h. l.5.in hæredem.h.tit.

IIII. Et annus quidem in perſonam eius, qui dedit pecuniam, ne ſecum ageretur, ex eo tempore cedit, ex quo dedit, ſi modò experiundi poteſtas fuit: in illius verò perſonam, cum quo vt agatur alius pecuniam dederit, ex quo cognouerit datam eſſe [i].

i. l.6.annus.h.tit.

V. Si quis ab alio acceperit pecuniã vt mihi negocium faciat, ſiquidem à Procuratore meo vel negociorum geſtore, vel ſi ratum habui, ego dediſſe intelligor: extra hoc autem, licet alius miſericordiæ cauſa dederit, tunc & ipſe in idquod datum eſt, & ego in quadruplum agere poſſum: atq; ita etiã pater nomine filij [k].

k. l.7.ſi quis.in princ. & §.h.tit.

VI. Cùm publicanus mancipia retineret, dataq; ei pecunia eſſet, quæ non deberetur, ex hac

hac parte edicti in factum actione tenetur [l]: is quoq; qui ab innocente, ſub ſpecie criminis pecuniam accepit, ſecundùm edicti huius formam reſtituere iubetur, irogaturq́; ei, qui id commiſit, pro modo delicti pœna [m]: De ſeruo qui accuſatur, ſi poſtuletur, quæſtio habetur, quo abſoluto in duplum precij accuſator Domino damnatur, calumniæ quæſtione nihilominus reſeruata [n].

VII. Sanè qui non calumniandi ſed tranſigendi animo dederit, is hoc edicto non tenebitur, vtpote, quod aduerſus ſordidas concuſſiones tantùm propoſitum ſit [o].

l. d.l.ſi quis.§.fin.

m. l.8.ſi.ab eo.h.tit.

n. l.vlt.h.tit.

o. d.l.1.§.pen.h.tit.

LIBER QVARTVS.

Diſputat. I. Reſpond. Matthias Hoeyer, Cillienſis.

De in integrum reſtitutionibus: Tit. 1.

1. 2. *Reſtitutio in integrum qua occaſione datur, & quid ſit?*
3 4. *Reſtitutio præſente aduerſario, & cauſa cognita, & ſucceſſoribus etiam datur.*
5. *Propter dolum etiam reſtitutio competit.*

I. Solent nonnunquam, etiam antequàm iudicia inſtituantur, reſtitutiones in integrũ peti, obtineriq́; & fieri [a]: Prætor enim ſeu Magiſtratus [b], plurifariam hominibus vel lapſis, vel circumſcriptis ſubuenit ſiue metu, ſiue calliditate, ſiue ætate, ſiue abſentia inciderunt in captionem, ſiue per ſtatus mutationem aut iuſtum errorem: cuius rei vtilitas non eget commendatione, cùm ſe ipſam oſtendat: proindeq́; de his nunc tractandum [c].

II. Reſtitutio in integrum eſt actus, quo læ-

a. VVeſenbec. hic in paratit. ſeu method cõment. nu. 1.

b. l. fin. vbi gl. & Dd. C. vbi & apud quem. Bart. in l. 16. alias. l. 17. in cauſæ. §. nunc videndum. ſ. de mino. 25. an. Salicet. in l. 3. placet. C. De peda. iudic. Card. in Clem. vnica de reſt. in integr. D. VVeſenbec. hic d. nu. 1.

c. l. 1 & 2. h tit.

cus nõ poteſt[n]: ſed nunc de ſingulis cõpioſiùs. n. d.l. diuus §. fin.

Quod metus cauſa geſtum erit: Tit. 2.

1. 2. *Metum & vim quomodò in hoc edicto accipiamus?*
3. *Quibus detur hæc reſtitutio?*
4. 5. 6. 7. *Quomodò fiat reſtitutio?*
8. 9. 10. 11. 12 13. 14. *Propter metum non ſolùm ſimplex Reſciſſoria, ſed etiam quadrupli actio datur, & quomodò vtraq; actio competat?*
15. 16. *Vbi huic edicto locus non ſit?*

I. Quod metus cauſa geſtum erit, ratum ſe non habiturum Prætor edicit[a]: quæ clauſula & vim & metum continet[b]: & quidem ſicut vim accipimus atrocem, & eam qua aduerſus bonos mores fiat; ita metum intelligimus maioris malignitatis, qui & in hominem conſtantiſſimum cadat[d]: & rurſus tam vim, quàm metum, præſentem accipere debemus[e].

II. Quamuis autem timor infamiæ, vel alicuius vexationis, ſuſpicioq; vis inferendæ, & meticuloſitas nimia, locum reſtitutioni in integrum non faciat[f], ſi quis tamen graui metu mortis, vel vinculorum, etiamſi in flagitio deprehenſus, aut ne proderetur, dedit aliquid, vel ſe obligauit, reſtitutio dabitur[g]: ſicut & amittendæ libertatis, & ne ſtuprum quis patiatur, ne liberis noſtris vis fiat, maximus metus eſſe, & ad reſtitutionem ſufficere dicitur[h]. itemq; ſi poſtquam armatus aliquis in fundum ingreſſus ſit, quis è fundo diſceſſit, vel ſi quis paſſus eſt, te adhibita manu aliquid facere in ſuo fundo, ſiue per vim tibi poſſeſſionem tradiderit[i]. Animad-

a. l. 1. h. tit.
b. d. l. 1. & l. 3. in prin. h. tit.
c. l. 2. & 3. h. tit.
d. d. l. 3. in fine. cùm 3. ll. ſeqq. h. tit.
e. l. 7. nec timorem. in prin. verſ. ſi meticuloſus. l. 9. metum autem præſentem. in prin. h. tit.
f. d. l. nec timorem. in prin. & d. l metum autem præſentem. in prin. h. tit. l. 5. cùm te domus. cùm 2. ſeqq. C. eod.
g. d. l. nec timorem. §. proinde. & §. vlt. l. 8. iſti quidẽ. in prin. l. pen. & l. vlt. §. ſi iuſto. & ſeq. h. tit. l. 4. ſi per vim. l. ſi donationis. l. pen. & vlt C. eod.
h. d. l iſti quidem. §. ſi is accipiat. cum 2. ſeqq. & l. 21. ſi mulier. in prin. h. tit.
i. d. l. metum autem præſentem. in prin.

III. Animaduertendum autem, quòd Prætor hoc edicto generaliter & in rem loquitur, nec adijcit à quo geſtum ſit, & ideò in omnibus cauſis, vbi modò quid abeſt, quæcunque etiam ſit perſona, ſiue ſingularis, quæ metum intulit, metumuè paſſa eſt, ſiue populus, vel curia, vel collegium, vel corpus, erit reſtitutioni ex edicto locus [k] & hìc, ſicut & aliâs inter correos ſeruari ſolet [l], quod vnus præſtiterit, id cæteros quoq; liberabit [m], quanquam quod minus ab illo exactum ſit, in id aduerſus cæteros etiam actio detur[n]: & ſeruorum nomine etiam noxaliter agi poſſit [o].

IIII. Ratum itaq; non habet Prætor ſeu Magiſtratus, quod metus cauſa geſtum eſt, ſed in integrum reſtituit, vt ſiue perfecta, ſiue imperfecta res ſit, ſiquidem conueniatur læſuſ de eo, quod per metum geſtum eſt, detur ei aduerſus petentem exceptio, ſiue ipſe experiri malit, detur aduerſus eum, qui metum intulit, quiuè ex hoc lucrum ſenſit, actio [q], vel in rem ſi res translata eſt [p], vel in perſonã, ſi obligatio per metum contracta vel remiſſa fuerit [r].

V. Ex hoc enim edicto reſtitutio in integrum talis facienda eſt officio iudicis, vt ſi per vim res tradita eſt, retradatur cum fructibus perceptis ac percipiendis, omniq; cauſa [ſ], & de dolo repromittatur, ne fortè deterior res ſit facta: ſi acceptilatione liberatio interuenit, reſtituenda eſt in priſtinum ſtatum obligatio: ſi per vim ſtipulanti ꝓmiſero, ſtipulatio acceptò facienda

k. d.l.9.metum autem præſentem. in prin & §. animaduertendum. cum ſeq. l. 14. item ſi cum. §. fin. cum 62.ll.ſeqq. & l.vlt §. pen. & vlt. h. tit. l.2.l.6.ad inuidiã. C. eo.

l. §. huius modi. I. de duobus Reis ſtip. & promitt.l.1. §.ſi plures. ſ̃.de eo per quem fact. erit. l. 12. ſi plures. ĩ. tit. prox.l.2.l. 3. §.fin. j̃. de duobus. reis conſtit.

m. l. 14. item ſi cum exceptione.§. fin. h.tit.

n. l.15.aut in id.h.tit

o. l.16. quod diximus.§. 1. h. tit.

p. d. l. metum autem præſentem.§.ſed quod Prætor.

q. d. l. metum autem præſentem. §. volenti autem.

r. d. l. metum autem præſentem. §. volenti autem.

ſ. l. 12. ſed & pactus. in prin.h.tit. l. 5. non intereſt. C. eo.

facienda erit; ſed etſi vſus fructus vel ſeruitutes amiſſæ ſunt, reſtituendæ erunt [t].

VI. Et quidem cùm in rem ſit ſcripta hæc actio, nec perſonam vim facientis ſolùm coherceat, ſed aduerſus omnes reſtitui velit, quod metus cauſa factum eſt [*], ſi quis, per metum Reus ſit conſtitutus, & fideiuſſorem nolentem dederit, & ipſe & fideiuſſor liberatur: quanquàm ſi ſolus fideiuſſor metu acceſſit, non etiam Reus, ſolus fideiùſſor liberabitur [u]: ſi fideiuſſor vim intulit, vt acceptò liberetur, etiam aduerſus Reum competit hæc actio [x]: ſi ex facto debitoris metum adhibentis, fideiuſſores acceptilatione liberati ſunt, etiam aduerſus fideiuſſores agi poteſt, vt ſe reponant in priſtinam obligationem [y].

VII. Rurſus ſi metu à te coactus, acceptam tibi ſtipulationem fecerim, arbitratu iudicis, apud quem ex hoc edicto agitur, non ſolùm illud continetur, vt in tua perſona redintegretur obligatio, ſed vt fideiuſſores quoq; vel eoſdem, vel alios non minùs idoneos abhibeas: præterea vt & pignora quæ dederas, in eandem cauſam reſtituas [z].

VIII. Neq; verò hæc ſolùm ſimplex Reſciſſoria ſeu reſtitutoria [a], quæ alibi vtilis actio dicitur [b], loco veteris actionis competit, ſed datur etiã in quãdruplũ actio intrà annum, ſi id quod propter metum agenti abeſt, arbitrio iudicis ante ſententiam non reſtituatur [c]: ſed ſi in quadruplum quis egerit, finitur Reſciſſoria illa in rem vel in perſonam actio, & contrà [d]: poſt

t. d. l. metum autem præſentem. §. Iulianus. & §. ex hoc edicto.

*. d. l. metum autem præſentem. §. fin.

u. l. 14. item ſi cùm §. labeo. & §. ſi quis per vim. h. tit.

x. d. l. metum autem præſentem. §. fin.

y. l. 10. illud verũ. in prin. h. tit.

z. d. l. illud verum. verſ. ſi metum. & verſ. vlt.

a. l. 7. diuus. §. fin. ff. De in integr. reſt. l. 27. patri. §. ſi minor. ff. De mino. 25. an. l. 28. nec non. §. fin. ff. ex quibus cauſis maio. d. l. metum autem præſentem. §. volenti. cum 2. ſeqq. h. tit. l. 3. C. eo.

b. l. 7. ait Prætor. §. ſed quod Papinianus. & l. 25. illud nullam. in prin. ff. De minor. 25. an.

c. d. l. metum autem præſentem. §. volenti. cùm 6. ſeq. l. 14. item ſi cùm §. 1. & §. hæc autem actio. h tit. l. 3. l. 4. ſi per vim. C. eo.

d. l. metum autem præſentem. §. licèt tamen.

annum in ſimplum actionem pollicetur Prætor [e], ſed non ſemper, ſed, ſicut ipſam reſtitutionem cauſa cognita [g], ſi alia actio non ſit [h].

IX. Sicut autem in reſtitutionis diſceptatione, Prætor de qualitate illati metus quærit [i], quam probari oportet [k], ita hoc caſu in cauſæ cognitione verſatur, vt ſi alia actio non ſit, tunc hæc detur ſimpli poſt annum, quamuis alioqui, ſi annus largiatur, etiam hæres in quadruplum experiri poſſit [l].

X. Ideo autem ea, quæ propter metum competit actio, ſucceſſoribus datur, quoniam rei perſecutionem continet [m]: in hæredem autem & cæteros, in id quod peruenit ad eos, datur, quia licèt pœna ad hæredem non tranſeat, attamen quod turpiter vel ſcelere quæſitum eſt, ad compendium hæredis non debet pertinere [n].

XI. Nec quæritur in hac actione, vtrùm is qui conuenitur, an alius metum fecit, ſed ſufficit hoc dicere, metum ſibi illatum vel vim, & ex hac re, eum qui conuenitur, etſi crimine caret, lucrum tamen ſenſiſſe [o].

XII. Aliquando tamen etſi metus adhibitus proponatur, tam in illa reſciſſoria, vel ſimpli poſt annum perſecutoria, quàm etiam in illa arbitraria quadrupli actione, ſententia iudicis abſolutionem affert, puta ſi metum quidem Titius adhibuit me non conſcio, res autem ad me peruenit, & hæc in rebus humanis non eſt, ſinè dolo malo meo [p].

XIII. Rurſus ſi ſeruus per metum ablatus in

e. *d.l. item ſi cùm §.1. verſ. poſt annum. & l. 21. ſi mulier. §.1. h. tit. & d.l. ſi per vim. C. eo.*

f. *l. 3. ſ. tit. prox. l. 1. §. ait prætor. l. 7. & eleganter. in prin. l. 9. ſi quis affirmauerit. §. fin. ſ. tit. prox. l. 11. verum. § ſciendum. l. 18. minor magiſtratus. in prin. ſ. de minor. 25. an. l. 9. nam poſteaquàm. § ſi minor. ſ. De Iureiu.*

g. *d. l. item ſi cum. §. 1. verſ. poſt annum.*

h. *d.l. ſi per vim. C. eo.*

i. *d. l. 3. ſ. tit. prox. cum concordantibus. ſ. in fine ſecundæ theſis allegatis.*

k. *l. vlt. §. fœnerator. h. tit.*

l. *d. l. item ſi cum. § in cauſæ. d. l. ſi per vim. C. eo.*

m. *d. l. item ſi cum § in cauſæ. verſ. ideò autem. l. 16. quod diximus. § hæc actio. h. tit. & fa. tex. in l. 35. in honorariis. ſ. de oblig. & act.*

n. *d. l. quod diximus. §. fin. cùm 4. ll. ſeqq. h. tit. & d. l. in honorariis. ſ. De obl. & act.*

o. *d. l. item ſi cum. §. in hac actione. l. 5. non intereſt. C. eo. tit.*

p. *d. l. item ſi cùm §. aliquando tamen.*

in fuga eſt, æquè ſi cauero iudicis officio, me, ſi in meam poteſtatẽ peruenerit, reſtituturum, abſolui debebo [q]: is autem qui vim intulit cauere debet omnino ſe reſtituturum, perſecutionibus ſuis, domino reſeruatis, & quanquam ſi receperit eum dominus, liberetur, nihilominus tamen, ſi ante ſententiam homo ſinè dolo malo eius mortuus fuerit, tenebitur [r]: ſi verò poſt condemnationem quadrupli, intrà iudicati tempora, ſinè dolo malo & culpa eius perijt, rei condemnatione relaxata, triplum tamen præſtare cogitur [ſ].

XIIII. Sed aliâs arbitrium iudicis in reſtituenda re tale eſt, vt eum quidem, qui vim admiſit, iubeat Prætor reſtiture, etiamſi ad alium res peruenit, eum autem ad quem peruenit, etiamſi alius metum fecit [t]: & fiat quadruplatio quanti ea res eſt, cum fructibus, & omni cauſa [u]: ita tamen vt in quadruplo, res ablata omnimodò contineatur, eiuſq; reſtitutio fiat, pœna autem vſq; ad triplum præſtetur [x].

XV. Is ſanè qui propter defenſionem, vt vim repelleret, quid accepit, hoc edicto nõ tenetur [y], neq; is etiam qui quod ſibi debebatur extorſit, quamuis ius crediti amittat [z], et ſi res ſua ſit, amittat eius dominium, ſi res poſſidentis ſit, debeat illã cum æſtimatione reſtituere [a]: ſed nec ei, qui dicit ſe in vrbe graui metu coactum aliquid feciſſe, quo q̃d ſibi abſit, fides adhibebitur, niſi præſumptioni contrariæ apertiſſimas

q. d. l. item ſi cùm. §. aliquando tamen. verſ. aut ſi ſeruus.

r. d. l. item ſi cum. §. 11. pro eo autem. l. 1. C. eo.

ſ. d. l. item ſi cum. §. 11 pro eo autem. & §. 10. quòd ſi homo.

t. d. l. item ſi cùm. §. aliquando tamen. verſ. vlt.

u. d. l. item ſi cùm. §. 1. & §. quadruplatur. cùm §. Iulianus ait. l. 21. ſi mulier. §. qui poſſeſſionem. h. tit.

x. d. l. item ſi cùm. §. ſi quis per vim. verſ. ſed etſi quis. & §. quatenus autem.

y. d. l. metum autem præſentem. §. animaduertendum verſi. ſed licèt vim.

z. l. 12. ſed & partus. §. fin. & l. 13. extat cum. l. fin. §. vlt. h. tit.

a. §. ita tamen. I. de vi. bon. rapto. l. 17. ſi quis in tantum. C. vnde vi.

probationes violentiæ oppoſuerit [b]: ex eo quoq; quòd ſenator quis ſit, metum intuliſſe non præſumitur [c]: quanquàm ſi per impreſſionem magiſtratui quis vendiderit, reddi debet quod venditum eſt, precio retento [d].

b. d. l. vlt. in prin. h. tit.

c. l. 6. ad inuidiam. C. eo.

d. l. pen. & vlt. C. eo.

XVI. Qui vim inferendo poſſeſſionem à me eſt conſecutus, fur non eſt, quamuis qui vi rapuit, fur improbior dicatur [e]: eum tamen qui metum facit, & de dolo teneri certum eſt, ſed ſi metus commemoratione, & doli reticentia facta, ex metu actio obtenta eſt, actio de dolo ceſſat: & ècontrà: altera enim alteram conſumit, exceptione in factum òppoſita [f].

e. d. l. item ſi cùm. §. qui vim. h. tit.

f. d. l. item ſi cum. §. eum qui metum.

De Dolo Malo: Tit. 3.

1. 2. 3. 4. De dolo actio ſubſidiaria eſt.
5. 6. Cauſa cognita hæc actio datur.
7. 8. Perſonarum etiam, aduerſus quas detur, ſubinde habetur ratio.
9. Temporalis etiam eſt hæc actio, & arbitraria.
10. Quomodò in hæredes vel in correos detur?

I. Nam & de iis, quæ dolo malo facta eſſe dicuntur, ſi alia actio non erit, & iuſta cauſa eſſe videbitur, Prætor iudicium ſe daturum pollicetur [a]; dolum malum ex, Labeonis ſentẽtia, dicit Iureconſuſtus Vlpianus eſſe, omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum, adhibtam [b].

a. l. 1. in prin. & 2. §§. ſeqq. h. tit. l. 2. C. eo.

b. d. l. 1. in prin. & 2. §§. ſeqq.

II. Quia autem famoſam actionem non temerè à Prætore decerni, meritò Prætor

Prætor ita demum hanc actionem pollicitus eſt, ſi alia actio non ſit [c]: idq́; vſq;adeo receptum eſt, vt etiam ſi cui interdictum tantùm competat, vel exceptio, vel ſi ſtipulatione tutus ſit, puta de dolo ſtipulatus [d], vel ſi turpiter contractum ſit, vt actio in nos non detur [e], vel reſtitutio in integrum ex alio capite competat, aut alia actio competierit, quæ ſinè dolo aduerſarij finita [f], vel ſinè dolo per acceptilationem, aut alio modo ſublata ſit, ex edicto de dolo, reſtitutio in integrum, vel actio non detur [g].

III. Quinimo ſi res ab aduerſario quo alio modo ſeruari poterit [h], vel ſi aduerſus alium tertium ſit actio, vel ſi ab eo res mihi quocunq; modo ſeruari poteſt [i], dum tamen tertius ille ſoſuendo ſit, & inopia actionem inanem non faciat [k], non erit huic edicto de dolo malo locus: ſicut nec tum, ſi pœnalis, vel popularis [l], vel legis Aquiliæ [m], vel ad exhibendum, aut ex teſtamento actio competat [n]: ſi noxæ deditio fiat [o]: ſi furti aut in factum actio competat [p], ſi periurij pœnam aduerſarius ſenſerit [q], ſi nouo iudicio agi poſſit [r].

IIII. Sed quod de periurio dictum eſt in extraiudiciali vltroneo iureiurando non eſt accipiendum: ita enim Iureconſultus Caius ſcriptum reliquit, ſi legatarius, cui ſupra modum Falcidiæ legatum eſt, hæredi adhuc ignoranti ſubſtantiam hæreditatis, vltrò iurando, vel quadam alia fallacia perſuaſerit, tanquam ſatis abundeq́;, ad ſolida legata ſoluenda, ſuffi-

c. *d. l. 1. in prin. & §. ait prætor. & d. l. 2. C. eo.*
d. *d. l. 1. §. ait Prætor. l. 7. & eleganter. §. fin. h. tit.*
e. *d. l. 1. §. idem Pomponius ait.*
f. *d. l. 1. §. idem Pomponius refert.*
g. *d. l. 1. §. ſi quis.*
h. *l. 2. h. tit.*
i. *l. 3. & 4 l. 7. & eleganter. §. ſi dolo. h. tit.*
k. *l. 5. ideoq́; & l. 6. nam is nullam. l. 7. & eleganter. §. ſi ſeruum. verſ. ſi quadrupes h. tit.*
l. *d. l. & eleganter. §. ſecundùm.*
m. *d. l. & eleganter. §. ſi ſeruum.*
n. *d. l. & eleganter. & ſi ſeruum.*
o. *d. l. & elegantur. § ſi quadrupes.*
p. *d. l. & eleganter. §. idem labeo l. 33. rei quam. h. tit.*
q. *l. 21. quòd ſi deferente, cùm l. ſeq. h. tit.*
r. *l. 25. cùm d. te. h. tit.*

ciat hæreditas, atq; eo modo ſolida legata fuerit conſecutus, datur de dolo actio [f].

f. l. 23. ſi legatarius. h. tit.
t. l. 18. arbitrio. in prin. & §. 1. h. tit.
u. l. 28. itaq; ſi acceptò. in fine. cum 2. ll. ſeqq. h. tit.
x. l. 9. ſi quis affirmauit. §. fina. & d. l. & eleganter. §. fina. h. tit.
y. d. l. ſi quis affirmauit. §. fin. & l. 10. id eſt. cum l. 11. non debet. h. tit.

V. Meritò autem cauſæ cognitionem Prætor inſerit: neq; enim cùm competat ex hoc edicto arbitraria doli actio [t], & detur etiam alia in factum rei perſecutoria [u], paſſim viliſſimis quibuſq; cauſis, famoſa illa doli actio indulgenda eſt, ſed ex magna demum, & euident, calliditate [x]: nam ecce in primis ſi modica nimis ſeu exigua ſit ſumma, id eſt, vſq; ad duos aureos, non erit edicto huic locus [y].

a. d. l. & eleganter. §. fin.
b. l. 37. quod venditor. h. tit.
c. l. 8. quod ſi cum ſcires. h. tit.
d. d. l. 9 ſi quis affirmauit. in prin. verſ. ſi autem h. tit.

VI. Sed nec hoc caſu locus huic actioni erit, ſi quis affirmauerit idoneum eſſe eum, cui pecunia mutuò detur [a], aut ſi venditor commendandi cauſa quid dixerit: ſecus ſi ad decipiendum, & alia actio deficiat [b], aut ſi ſui lucri cauſa quis perſuaſerit mihi, vt alteri facultatibus labenti, mutuò darem [c], vel vt repudiarem hæreditatem, quaſi minùs ſoluendo ſit [d].

e. d. l. non debet. §. 1. h. tit. l. 5. ſi ſuperſtite. C. eo.

VII. Quarundam etiam perſonarum ratione, non dabitur de dolo actio, vt puta liberis vel libertis aduerſus parentes patronoſuè, humili aduerſus eum qui dignitate excellit, puta plebeio aduerſus conſularem receptæ authoritatis, vel luxurioſo atque prodigo aut alias vili, aduerſus hominem vitæ emendatioris [e]. Cum itaque in hac actione deſignari oporteat cuius dolo factum ſit, & quid ſit factum, neq; permittatur in

tanto

tanto crimine vagari [f], ita in factum actio his caſibus temperatur, vt bonæ fidei fiat mentio [g]: hæredibus tamen harum perſonarum, item aduerſus, hæredes de dolo erit actio danda [h].

VIII. In pupillum quoq; de dolo actio non datur, niſi hæreditario nomine, aut ex ſuo dolo ſi proximus pubertati fuerit, & locupletior inueniatur [i]: in municipes de dolo eorum, qui res eorum adminiſtrauerunt [k], ſicut in dominum de dolo procuratoris hæc actio datur [l]: quanquam de dolo decurionum, in ipſos decuriones datur actio de dolo [m].

IX. De dolo itaq; actio famoſa, olim anno vtili dabatur, hodie biennio continuo datur, ſi res aliomodo, ei ad quem ea pertinet ſalua eſſe non poteſt [n]: ſi ſit magua & euidens calliditas [o]: & ſi perſonæ, aduerſus quam inſtituitur, reuerentia non debeatur [p], fueritq; doli capax [q], cuius rei aliquot exempla proponuntur [r]: quanquàm ſi duo dolo malo fecerint, inuicem de dolo non agent [ſ]: Arbitrio autem iudicis, in hac quoq; actione, reſtitutio comprehenditur, & niſi fiat reſtitutio, fit condemnatio quanti res eſt [t].

f. l. 15. ſed & ex dolo. §. fin. cùm l. ſeq. h. tit. l. 6. dolum. C. eod.

g. d. l. non debet. §. vlt. cum l. ſeq.

h. l. 13. hæredibus, in prin. h. tit.

i. d. l. hæredibus. §. fin. l. 14 quid enim. & l. 15. ſed & ex dolo. in prin. h. tit.

k. d. l. ſed & ex dolo. §. 1.

l. d. l. ſed & ex dolo. §. fin.

m. d. l. ſed & ex dolo. §. 1. verſ. de dolo autem.

n. l. vlt. C. h. tit. d. l. 1. in prin. & §. ait prætor cum. 6. ll. ſeq. & paſſim. tot. h. tit. & d. l. 2. C. eo.

o. d. l. 7. & elegantrr. §. fin. l. 9. ſi quis affirmauit. § fin. cùm. l. ſeq. h. tit.

p. d. l. 11. non debet. h. tit.

q. d. l. 13. hæredibus. § fin. cùm 2. ll. ſeqq. h. tit.

r. d. l. & eleganter. §. non ſolùm. verſ. & eſt verius. §. ſeruus. §. ſi dolo malo. d. l. ſi quis affirmauit. in prin. verſ. ſi autem. & §. ſeq. d. l. 18. arbitrio. §. de eo. in fine. & §. dolo. cùm §. fin. l. 20. ſeruus tuus. in prin. & §. fin. d. l. 23. ſi legatarius. l. 24. ſi dolo. l. 31. cùm quis. l. 32. filius. l. 34. ſi cùm mihi. & l. 35. ſi quis tabulas. l. 37. quod venditor. cum l. 38. quidam & l. pen. & vlt. h. tit. l. 1. l. 4. cum proponas. l. pen. C. eo.

ſ. l. 36. ſi duo h. tit.

t. l. 18. arbitrio. in prin. & §. 1. h. tit.

In

u. l.17. ſi plures. §. fin. l. 26. in hæredem. h. tit
x. l. 27. doloue. h. tit.
y. d. l. 28 itaq; ſi accepto. verſ. ſed vtiq;
z. l.29. Sabinus. h. tit.
a. l.30. neq; cauſæ. h. tit.
b. d. l. Sabinus.
c. d. l. itaq; ſi accepto. §. fin.
d. d. l. ſi plures. in prin. h. tit.

XI. In hæredem ſanè & cæteros ſucceſſores, hæc actio datur duntaxat de eo, quod ad eos peruenit [u], doloùe malo eorum factum eſt, quò minùs perueniret [x]: eſtq; hoc caſu perpetua [y], & non famoſa [z]: neq; cauſæ cognitio in perſona hæredis eſt neceſſaria [a], cùm calculi ratione potiùs, quàm maleficij hæres conueniatur [b]: cui conueniens eſt, vt & in ipſum qui dolum commiſerit, in id quod locupletior eſt, perpetuò danda ſit in factum actio [c]: ſi plures dolo fecerint, & vnus reſtituerit, omnes liberantur: quod ſi vnus, quanti ea res eſt, præſtiterit, adhuc cæteri liberabuntur [d].

Diſputat. II. Reſpond. Henricus Scheulus, Quakenbrugenſis.

De Minoribus viginti quinq; annis: Tit. 4.

1. 2. — *Minoribus reſtitutione ſubuenitur, & quomodò accipiamus minorem?*
3. 4. 5. 6. — *Si minor filiusfamiliâs læſus ſit?*
7. — *Si quis pro minore interceſſerit?*
8. 9. 10. 11. 12. 13. — *In quibus negocijs minori ſubueniatur?*
14. — *Qui poſſint in integrum reſtituere?*
15. 16. 17. 18. 19. — *Quæ ex hoc edicto actio competat, & quomodò fiat reſtitutio?*
20. 21. — *Minoribus in lucis non ſubuenitur, ſed captio probanda eſt.*
22. 23. 24. 25. 26. 27. — *Minoribus etiam in caſibus fatalibus & alijs quibusdam non ſubuenitur.*
28. — *Quamdiu competat petendæ in integrum reſtitutionis beneficium?*

a. l. 1. §. Prætor edixit. h. tit. de mino. 25. an.

I. De reſtitutione Minorum, ita Prætor edixit, quod cum minore quàm viginti quinq, annis natu, geſtum eſſe dicetur, vti quæq; res erit, animaduertum [a]: cùm enim fragile & infirmum ſit huiuſmodi ætatum conſilium

um, & multis captionibus ſuppoſitum, multorum inſidijs expoſitum, auxilium eis Prætor & aduerſus captiones opitulationem [b], pollicetur, ſi non ſobriè, ſed inconſultè rem ſuam adminiſtrantes [c], inconſulta facilitate [d], ætatis lubrico [e], errore [f], imbecillitate vel infirmitate ætatis [g], negligentia [h], iuuenili leuitate [i], capti [k], circumuenti [l], decepti [m], circumſcripti [n], in damnum inciderint [o], & non incoloratè reſtitui deſiderent [p].

II. Minorem viginti quinq; annis natum, etiam die natalis ſui adhuc dicimus, ante horam, qua natus eſt, vt à momento in momentum tempus ſpectetur, tu ſi nondum hoc tempus compleuerit, & captus ſit, reſtituatur [q]: neq; ſolum minoribus patribusfamiliàs ſubuenitur, ſed etiam filijsfa. quatenus tamen cauſæ offeruntur, vbi filij interſit, puta quia obligatus ſit [r].

III. Refert etiam, vtrùm patris mandato filiusfamiliàs, in peculio ſuo aut rebus paternis,

q quid

b. d. l. 1. in prin.
c. l. 11. verum. §. ſecundum. h. tit.
d. d. l. verùm. § ſciendum & l. 44. non omnia. h. tit.
e. d. l. verum. § ſi locupleti.
f. l. 17. præfecti etiam. h. tit.
g. l. 7. nec prætor. §. non ſolùm autem filius. l. 18. minor autem magiſtratus. in prin. h. tit.
h. l. 26. quod ſi minor. §. non ſemper. h. tit.
i. d. l. quod ſi minor. §. Scæuola.
k. l. 3. §. ſed vtrum. verſ. proinde. §. ergo etiam. §. ſi quid minori. §. Pomponius adiecit l. 5 ſi tamen. l. 7. ait prætor. in prin & §. non ſolùm. § hodie l. 11. verum. §. ex facto. §. ſciendum l. 13. in cauſæ. in prin. & §. nunc videndum. l. 18. minor autem magiſtratus. in prin. l. 29. etiamſi. in prin. h. tit. *l. d. l. 3. § ſi quis minor. d. l. 7. ait prætor. § non ſolùm. l. 17. præfecti. l. 41. ſi in [illegible]. l. 44. non omnia. h. tit.* *m. d. l. 3. §. 1. verſ. Celſus igitur. l. 4. [illegible] l. 1[illegible] ſciendum. l. 44. non omnia. h. tit.* *n. l. 9. ſi ex. cauſa. l. 16. in cauſæ. in prin. l. 2[illegible] cum mandatu. in fine. l. 24. quod ſi minor. §. ſi ſeruus. §. reſtitutio. l. 26. quod ſi de ſpeciali. h. tit. l. 9. nam poſteaquam § ſi minor. ff. de Iureiu.* *o d. l. 9. ſi ex cauſa. in prin. d. l. 11. verum. §. ſciendum l. 23. cùm mandatu. l. 27. patri. §. ſi minor. &. l. pen. h. tit.* *p. d. l. 18. minor autem magiſtratus. in prin. h. tit.* *q. d. l. 3. §. minorem autem h. tit.* *r. d. l. 3. §. ſed vtrum. l. 38. Aemilius. § fin. h. tit.*

cauſæ offeruntur vbi ipſius interſit, puta quia obligatus ſit [r].

III. Refert etiam vtrùm patris mandato filiusfamilias in peculio ſuo aut rebus paternis quid geſſerit: quo caſu quamuis propter ſuam obligationem, aut propter euentum damni filiusfamilias minor reſtituatur, attamen patri reſtitutionis auxilium non eſt profuturum [ſ].

IIII. An verò ſinè mandato patris geſſerit, quo caſu ſi filius conueniatur, non tantum ipſe reſtitui poterit [t], ſed patri quoque pro filio omnimodo præſtanda reſtitutio eſt, licet filius reſtitui nolit, quia patris periculum agitur, qui de peculio tenetur [u].

V. Quod ſi autem res ad filiumfamilias ſpectat, omnino & ſubueniendum eſt [x], adeo vt ſuccurri debeat, etiam filiæfamiliâs, quæ in dote capta eſt, dum conſenſit patri ſtipulanti, dotem non ſtatim poſt ſolutum matrimonium reddi, vel exhibenti extraneum aliquem, qui ſibi dotem ſoluto matrimonio reddi ſtipularetur [y].

VI. Quinimò etiamſi patre eodemque tutore authore pupillus captus probari poſſit, curator tamen poſtea ei datus, nomine ipſius in integrum reſtitutionem poſtulare non prohibetur [z]: ſicut & aliàs non ſolum ipſe minor, ſed aliæ quoque perſonæ, legitimè pro eo intercedentes, puta procuratores, reſtitutionem ipſius nomine impetrare poſſunt [a]: imo ſucceſſori etiam minorum reſtitutio conceditur [b].

r. *d. l. 3. § ſed vtrum. l. 38. Aemilius. § fin. h. tit.*

ſ. *d. l. 3. § ſed vtrum. verſ. proinde ſi iuſſu. & d. l. 23. cùm mandatu. h. tit.*

t. *d. l. 3. § ſed vtrum. verſ. proinde etſi ſinè iuſſu. & l. 27. patri. in prin. h. tit.*

u. *d. l. 27. patri. in prin. h. tit.*

x. *d. l. 3. § ſi quid minori. cum 2. ſeqq.*

y. *d. l. 3. § ergo etiam. l. 9. ſi ex cauſa. § 1. l. 48. minor ſi in id. § fin. h. tit.*

z. *l. 27. etiamſi pater. in prin. h. tit.*

a. *d. l. 25. illud nullum. § fin. l. 26. quod ſi de ſpeciali & d. l. 27. patri. in prin. h. tit.*

b. *l. 18. minor autem magiſtratus. § fin. h. tit.*

Si

VII. Si quis pro minore interuenerit, puta fideiuſſor, minor quidem captus in integrum reſtituendus eſt, & neq; creditori, neq; fideiuſſori tenebitur, ſed Prætori ſeu magiſtratui perpendendũ erit, cui potius ſubueniat, vtrùm creditori an fideiuſſori [c]: è contrà, ſi minor fideiuſſit vel mandauit, reſtitutionem ſibi impetrando, Reum principalem non liberat [d].

VIII. Cùm autem in his quæ geſſit ſuccurratur minori, geſtum accipimus, qualitercunq;, ſiue contractum ſit, ſiue quid aliud contigit, puta ſi emit aliquid, ſi vendidit, ſi ſocietatem coijt, ſi mutuam pecuniam accepit & captus eſt [e], ſi pro ſolutione cautionem crediti accepit [f], ſi in arrogatione ſe circumuentum dicat, à prædone fortè locuples ipſe arrodatus [g].

IX. Sed & ſubueniendum eſt ſi, pecunia ei à debitore paterno vel proprio ſoluta ſit & hanc perdidit [h]: ſi pro alio interuenit, puta ſi fideiuſſorio nomine, ſe vel rem ſuam obligauit [i]: ſi in iudicio, ſiue dum agit, ſiue dum conuenitur, captus ſit [k], puta quod allegationem omiſerit [l]. ſi hæreditatem minùs lucroſam adijt [m], ſi mulier vltra vires patrimonij, vel totum patrimonium, circumſcripta in dotem dedit [n]: pactoue dotis conditionem deteriorem fecit [o],

X. Item ſubuenitur ei, ſi intra diem conſtitutum, non prouocauit à ſententia contra ipſum lata [p]: item in eremodicijs pœnaq; deſertæ

c. d. l. 11. in cauſa in prin. & §. 1 h tit.

d. l. 48. minor. in prin. h. tit.

e. d. l. 7. ait Prætor. in prin. h. tit.

f. l. 40. minor. in prin. h. tit.

g. l. 3. § ſi quis minor. h. tit.

h. d. l. ait Prætor. §. 1.

i. d. l. ait prætor. §. non ſolùm autem in his. & d. l. 48. minor. in prin. h. tit.

k. d. l. ait prætor. § non ſolùm autem in his. verſ. ſed & in iudicijs.

l. l. 36. minor. h. tit.

m. d. l. ait Prætor §. non ſolùm autem in his cum ſeq. & l. 31. ſi mulier. h tit.

n. l. 9. ſi ex cauſa. § in dolis. h tit.

o. l. 48. minor § fin h. tit.

p. d. l. ait Prætor. §. vlt. l. 1. præfecti. in fine. & l. 42. præſes. h. tit.

deſertæ litis ei ſubuenitur [q]; vel ſi quaſi contumax ſit condemnatus [r]: ſi ex cauſa iudicati pignora eius capta & diſtracta ſint [ſ]: ſi compromiſſum fecerit [t], ſi damnum datum negauit: atq; ita in dupli pœnam incidit: ſi de furto tranſigere potuit [u]: vel ſi alias interſit eius, litibus & ſumptibus non vexari [x]: ſi ſua ſponte negociis maioris interuenit [y]. ſi à ſeruo vel filiofamilias circumſcriptus ſit [z]: ſi indebitum, cuius tamen Iure Ciuili repetitio non eſt, ſoluerit [a]: ſi minus ex teſtamento acceperit, & rem pretioſiorem à ſe abdicarit [b].

XI. Et rurſns ſubuenitur minori, ſi ob pactum legis commiſſoriæ preciumq; non ſolutum, emptio irrita reddita fuerit [c]: ſi prædia patris in ſolutum inconſultè dederit [d]: ſi res, dum in vtero eſſet, vſucapta ſit [e]: ſi res pupillaris, agentibus creditorbus, cum damno pupilli diſtracta ſit [f]: ſi prædia communia ſint diſtracta [g]: vel ſi alias res eius vendita ſit, & grande damnum pupilli verſetur [h]: ſi ſinè cauſa debitori acceptum tulerit [i], adeo vt interdum in rem, contra tertium, ad quem res translata eſt, reſtitutio detur [k].

XII. Neq; verò in damno perpeſſo tantùm minori ſuccurritur, ſed etiam in omiſſo lucro [l]; puta ſi legatũ repudiauerit [m]: ſi in optionis legato rem deterio,rem elegerit [n], aut alter-

natiuæ

q. d.l. ait prætor. §. vlt.
r. l. 8. minor etiam. h. tit.
ſ. d. l. 9. ſi ex cauſa. in prin. h. tit.
t. l. 24. ſi mino. § fin. h. tit.
u. d. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum.
x. l. 6 minoribus. h. tit.
y. l. 24. quod ſi minor. in prin. h. tit.
z. d. l. quod ſi minor. §. ſi ſeruus.
a. l. 25. illud nullam. in prin. h. tit.
b. l. 33. ſi minor. h. tit.
c. l. 38 Aemilius. in prin. h. tit.
d. l. 40. minor. §. prædia. h. tit.
e. l. 45. etiam ei. in prin. h. tit.
f. l. 48. tutor. in prin. h. tit.
g. d.l. tutor. § curator.
h. l. 24. quod ſi minor. §. reſtitutio. l. 27. patri. §. ſi pecuniam. verſ. item ex diuerſo. d. l. 47. tutor in prin. & d. l. pen. h. tit
i. d. l patri. §. ſi minor.
k. l. 13 & in cauſæ. §. interdum. cum 2. ll. ſeqq. h. tit.
l. d. l. 7. ait prætor §. hodie. h. tit.
m. d. l. 3. § ſi quid minori. d. l. ait prætor. § hodie. verſ. Pomponius alias. l. 8. ſi ſinè dolo. h. tit.
n. d. l. ait. prætor. §. hodie. verſ. Pomponius.

natiuè obligatus, rem precioſiorem ſoluerit o: ſi res eius venierit, & exiſtat qui plus liceatur, vbi tamen reſtitutio circumſpectè facienda eſt p: vel ſi in emptione penes ſe collocata, adiectione ab alio ſuperetur, eiusq́; interſit rem ſibi emptam fuiſſe, puta quia maiorum ſuorum res fuerit q.

XIII. Sic in hoc lucro quoq; minori ſubuenietur, ſi hæreditatem locupletem repudiauit r: vel ſi mutuam pecuniam accepit & diſſipauit ſ: quinimò aduerſus eos quoq; reſtitutionem præſtandam eſſe proditum eſt, quorum de dolo agere non permittitur, niſi quædam perſonæ ſpecialiter exceptæ ſint t: itemq́; aduerſus filiumfamiliâs, qui mutuum accepit u.

XIIII. Reſtituere in integrum olim poterant tam Præfectus prætorio, quàm alij magiſtratus pro iurisdictione ſua, & tam in alijs cauſis quàm contra ſententiam ſuam x: hodie verò non ſolum ſummi, ſed etiam inferiores cuiusq; loci, ordinarij magiſtratus. y

XV. Et quidem, quamuis ex hoc edicto nulla propria actio vel cautio proficiſcatur z: ſed vtilis actio tantùm detur a, quaſi directa expiraſſet b, vnde & Reſtitutoria vel Reſciſſoria dicitur c: ita tamen reſtitutio facienda eſt, vt vnusquisq; in integrum ius ſuum recipiat, veluti ſi minor vel curator eius vendidit, vt reddat emptor fundum, cum fructibus, minor pre-

 cium

o d. l. ait prætor §. bodie. verſ. Pompon.
p d. l. ait prætor §. quæſitum.
q l. 35. ſi in emptione h. tit.
r d. l. 3. §. etſi hæres d. l. ait prætor. §. ſed quod Papinianus. l. 22. in integrum. l. 24. quòd ſi mino. §. Scæuola. l. 29. etiamſi patre. §. ſi hæreditate h. tit.
ſ d. l. 24. quod ſi minor. §. reſtitutio. & d. l. 27. patri. § ſi pecuniam.
t d. l. patri. § fin.
u d. l. 11. verùm. §. fin. h. tit.
x d. l. 1. d. l. 16. in cauſæ. §. fin. cum. l. 17. præfecti. l. 42. præſes. h. tit.
y l. fin. vbi gl. & Dd. C. vbi & apud quem. Bart. & alij in d. l. in cauſæ. §. fin. Salicet. in l. 3. placet. C. De peda. iud. Card. in clem. vnica. de reſt. in integ. D. VVeſenb. in paratit. ſeu methodic. com. ſ. ad tit. De reſtit. in integ. n. 1.
z d. l. quod ſi minor. §. fin.
a d. l. ait prætor. §. ſed quod Papinianus. & l. 25. illud nullum. in prin. h. tit.
b d. l. ait Prætor. §. ſed quod Papinianus.
c l. 7. diuus § fin. ſ. de in integr. reſtitu. d. l. 27. patri. §. ſi minor. h. tit. l. 28. nec non § fin. ſ. ex quibus cauſis maio.

cium reſtituat cum impenſis [d]: ſi minor emat, vt reddat minor prædium cum fructibus, quatenus locupletior eſt, emptor reddat precium cum vſuris [e].

XVI. Quòd ſi tamen emptor tunc precium minori dederit, cùm perditurum non ignoraret, magiſtratus, vt ex ſuo patrimonio precium reſtituat, minorem non compellet, ſed denegabit aduerſus minorem, actionem [f]: ſicuti facit in ea pecunia, quæ ei conſumpturo creditur [g]: quanquam parcius in venditione [h].

XVII. Mutuatam ſibi pecuniam, ſi egenti minor crediderit, iubetur actionibus ſuis, quas habet, aduerſus eum, cui ipſe crediſſet, cedere creditori ſuo: prædiũ quoq; ſi ex ea pecunia, pluris quàm oporteret, emit, iubetur venditor, reddito precio, recuperare prædium, vt ſinè alterius damno etiam creditor à iuuene ſuum conſequatur [i].

XVIII. Si minor ſinè cauſa debitori acceptum tulerit, non ſolùm in ipſum, ſed & in fideiuſſores & in pignora actio reſtitui debet [k]: ſi ex duobus Reis alteri acceptum tulerit, in vtrunq; reſtituenda eſt actio [l]: ſi damnoſam nouationem fecit, in priorem debitorem reſtitui eum oportet [m]: ſi pro eo, qui temporali actione tenebatur, intercesſerit, & reſtitutus

ſit

d. d. l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. l. in intrà vtile. §. fin. l. 47. tutor. § fin. h. tit.
e. l. 27. patri. verſ. prædium quoq; & 2. ſeqq. h. tit.
f. d. l. quòd ſi minor. §. reſtitutio & l. 27. patri. §. ſi pecuniam.
g. d. l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. & d. l. patri. §. ſi pecuniam. h. tit.
h. d. l. quod ſi minor. §. non ſemper. & §. reſtitutio.
i. d. l. patri. § ſi pecuniam. verſ. quod ſi egenti. cum verſ. ſeq.
k. d. l. patri. §. ſi minor.
l. d. l. patri. §. ſi minor. verſ. et ſi ex duobus.
m. d. l. patri. §. ſi minor. verſ. ex hoc.

ſit, reſtituitur creditori aduerſus priorem debitorem tantum temporis, quantum ſupererat [n].

XIX. Qui poſt aditam hæreditatem reſtituitur, debet præſtare, ſi quid ex hæreditate in rem eius peruenit, nec perijt per ætatis imbecillitatē [o]: ſi quid autē minor legitime ex hæreditate abdicauit, puta legata ſoluit, libertates relictas præſtitit, ratum id habebitur, nec refundere hoc nomine quicquam tenetur [p]: ſicut cum ipſe ad adeundam hæreditatem reſtituitur, quæ per Curatorem bonorum ſecundùm iuris formam geſta ſunt, rata habere debet [q].

XX. Non tamen audiendus eſt minor, cùm captat lucrum alterius labore partum, puta ſi poſtquam hæreditatem ſemel omiſit, vel repudiauit, diſtracta propter æs alienum a ſubſtituto hæreditate, & negocijs finitis, ad paratam laboribus ſubſtituti pecuniam veniat [r]: ſicut & alias, impenſas factas earumque vſuras, cum qualitate perceptorum fructuum, compenſare cogitur [ſ].

XXI. Ac ſicut alijs [t], ita & minoribus non paſſim, ſed tantùm cauſa cognita, & præſentibus aduerſarijs [u], reſtitutio in integrum datur, ſi capita eſſe probentur, vt initio dictum eſt [x]: debetq́; ꝓbari non ſolùm ipſa cauſa, pro-

pter

n. [illegible]

o. d. l. 7. [illegible]

p. l. 22 in integrum. & l. 31 ſi mulier. h. tit.

q. d. l. in integrum. verſ. quemadmodum.

r. d. l. 24. quod ſi minor. §. non ſemper. cum ſeq. h. tit.

ſ. l. 40. minor annis 25. §. fin. h. tit.

t. l. 3. ſ. De in integ. reſt. l. 14. iūe ſi cùm. §. in cauſæ [illegible] quod met. cauſa. l. 4 ſi pr[illegible]rum C. eo. tit. l. 1. §. ait prætor. l. 7. & eleganter. l. 9 ſi quis affirmauit §. fin. ſ. de dolo ma. l. 2. C. eo. l. 9. nam p[illegible] §. ſi min[illegible] ſ. De iureiu.

u. l. 13. in cauſæ. § unde tra[illegible] verſ. ſi cauſa. l. 29. eti amiſi patr[illegible] §. fin. h. tit.

x. l. 11 verum. §. ſciendum. l. 44. nō omnia h. tit. cùm alijs concordantibus ſ. in ingreſſu allegatis.

ter quam reſtitutio poſtulatur [y], ſed etiam minor ætas [z]: ſicut & de ætate eius, qui ſe maiorem annis viginti quinq; dicit probandum eſt, quia per eam probationem, in integrum reſtitutioni eiuſdem adoleſcentis, & in alijs quoq; cauſis præiudicatur [a].

XXII. Et rurſus non dabitur minori reſtitutio, ſi quod fatale damnum rebus acciderit, niſi ob id reſtitui deſideret, quod non perſpexerit, rem multis caſibus obnoxiam eſſe [b]: nam & tum reſtitutio ei denegatur, ſi res alienauerit, quæ fortuitis caſibus ſubiectæ ſunt [c]: ſi ipſe maior factus ratum habuerit [d]: ſi emancipatus contra tabulas non accepta poſſeſſione, poſt inchoatam reſtitutionis quæſtionem, legatum ex teſtamento patris, maior 25. annis petierit [e].

XXIII. Sed nec ſeruo reſtitutio datur, niſi, cum fideicommiſſaria præſens libertas ei deberetur, captus ſit [f]: neq; aduerſus libertatem reſtitutio datur [g], neq; aduerſus ſeruitutem [h]: neq; aduerſus delicta, vtiq; atrociora, niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam, iudicem perduxerit [i].

XXIIII. In cauſæ cognitione etiam hoc verſabitur, num alia actio ſit: nam & ſi qui communi auxilio & mero iure, vel ipſo iure munitus eſt, non debet tribui extraordinarium reſtitutionis auxilium, puta ſi cum pupillo contractum ſit, ſine tutoris auctoritate, ſi minor circumſcriptus, vel donationis cauſa ſocietatem coierit, & generaliter vbi contractus

non

y. l. 29. etiamſi patre. in prin. h. tit.

z. l. 39. intra vtile. in prin. h. tit.

a. l. 43. de ætate. h. tit.

b. d. l. verum. §. ſciendum. cum §. ſeq. h. tit.

c. d. l. 7. ait prætor §. quæſitum h. tit.

d. d. l. 3. §. ſi quis cum minore. h. tit. & toto tit. C. ſi maior factus ratum habuerit.

e. l. 30. ſi filius. h. tit.

f. d. l. 3. §. fin. cùm 2. ll. ſeqq. h. tit.

g. d. l. 7. ait prætor. §. ſed quod Papinianus. d. l. 9. ſi in cauſæ. §. fin. cùm ll. 2. ſeqq. l. 31. ſi mulier. cum l. 48. minor. §. 1. h. tit.

h. d. l. ſi ex cauſa. §. Papinianus. h. tit.

i. d. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. & l. 37. auxilium. h. tit.

non valet, reſtitutione opus non eſt [k].

XXV. Si apud minorem mulier pro alio interceſſerit, non eſt ei actio in mulierem danda, ſed perinde atq; cæteri, per exceptionem ſubmoueri debet, communi iure, actione ei in priorem debitorem reſtituta: quòd ſi is ſoluendo non ſit, mulier Senatusconſulti non vetetur auxilio [l].

XXVI. Minor quoq; Magiſtratus, contra ſententiam maiorum non reſtituit: & princeps contra ſententiam ſuam perrarò ſolet permittere reſtitutionem: ſicut & inſolitum eſt, poſt ſententiam vice ſua ex appellatione dictam, alium in integrum reſtitutionem tribuere, niſi ſolum principem: ſed etſi ab Imp. Iudex datus cognoſcat, reſtitutio ab alio, niſi à Principe, qui Iudicem diſtinauit, non fiet [m]: idemq; eſt, ſi quis propter munus publicum, à ſuſcepta curatione perperam excuſationem meruerit [n].

XXVII. Aduerſus vnum caput ſententiæ, non reſtituitur minor, niſi ea ſpecies, in qua reſtitui deſiderat, cæteris non cohereat [o]. ſi minor minori pecuniam credidit, & ille qui acceperit, perdiderit, etiamſi filiusfamiliâs ſit, melior eſt cauſa conſumentis, niſi locupletior inueniatur litis conteſtatæ tempore [p].

XXVIII. Vbi verò nihil impedit, datur in integrum reſtitutio, non ſolum minoribus, ſed etiam maioribus factis, de his quæ in minori ætate perperam geſſerunt, olim quidem intrà annum vtilem, hodie intrà quadrienni-

r um

k. *d. l. 16. in cauſæ. h. tit.*

l. *l. 12. ſi apud. h. tit.*

m. *l. 18. minor autem Magiſtratus. in prin. h. tit.*

n. *d. l. 11. verùm. §. ex facto. h. tit.*

o. *d. l. 29. etiamſi patre. §. 1. h. tit.*

p. *d. l. verùm. §. item quæritur. & l. 34. ſi minor. in prin. h. tit.*

q. l. vlt. C. De tempo. in integ. reſt.
r. d. l. minor autem magiſtratus. §. fin. cùm 2. ſeqq. h. tit.
ſ. l. 39. intra vtile. in prin. h. tit.
t. l. 41. ſi iudex. h. tit.
u. l. 32. minor. h. tit.

um continuum [q]: idque tempus ad hoc etiam hæredibus & ſucceſſoribus eorum prodeſt [r]: neque perit, propter appellationem, contra ſententiam, quæ pro ætate lata eſt, interpoſitam [ſ]: quamuis alioqui reſtitutioni poſſit renunciari [t], denegeturq; ei reſtitutio, qui ſe falſo maiorem probauit [u].

De capite minutis: Tit. 5.

1. *Prætor aduerſus capite minutos actionem reſtituit.*
2. *Maxima, Media, & Minima capitis diminutio.*
3. 4. *Maximæ & Mediæ exempla, & quomodo in his ſuccurrat Prætor?*
5. 6. *Minimæ capitis diminutionis exempla, & quomodo in ea per reſtitutionem ſubueniatur?*

a. l. 1. & 2. ff. De in integr. reſt.
b. l. 2. §. ait Prætor. h. tit.

I. Propter capitis diminutionem quoque Prætor in integrum reſtitutionem pollicitus eſt [a]: verba prætoris hæc ſunt: qui quæuè, poſteaquàm quid cum his actum contractumue ſit, capite diminuti diminutaue eſſe dicentur, in eos, eaſuè, perinde quaſi id factum non ſit, iudicium dabo [b].

c. l. 1. h. tit. & concordat. tex. in prin. tit. I. De cap. diminutione.
d. l. vlt. h. tit. d. prin. tit. I. eo. verſ. maxima. & 2. ſeqq.

II. Capitis minutio, eſt prioris ſtatus permutatio [c]: eius ſunt tria genera, Maxima, cùm libertatem, ciuitatem & familiam: media, cùm ciuitatem & familiam: minima cùm familiam amittimus [d].

IIII. Maxima itaq; capitis diminutio eſt, ſi quis pœnæ ſeruus efficiatur atrocitate ſententiæ (quod tamen ſeruitutis genus Iuſtinianus

anus Imperator Nouella ſua conſtitutione[e] ſuſtulit[e],) vel ſi libertus propter ingratitudinem in ſeruitutem reuocetur: aut ſi quis ad precium participandum ſe venundari paſſus eſſet[f].

IIII. Mediam patitur capitis diminutionem, cui aqua & igni interdicitur[g], qui deportatur[h]: q. ad hoſtes deficit, quiuè ſenatus ſeu Magiſtratus decreto hoſtis iudicatus eſt[i]: ſed ad maximam mediamq; capitis diminutionem, Prætoris hoc edictum non pertinet[k]: quamuis in eos, ad quos bona eorum peruenerunt, vtilis actio detur, miſſioq; in bona fiat, ſi is, qui obligatus erat, in ſolidum non defendatur[l].

V. Minimam capitis diminutionem patiuntur, qui arrogati emancipatiue ſunt[m]: in his illæ quidem obligationes non pereunt, quæ naturalem præſtationem habent, qualis eſt obligatio de dote[n], itemq; illæ quæ ex delictis veniunt[o]: ſicut neq; Magiſtratuum aliauè publica munera, neq; tutelæ, exceptis veteribus legitimis, quæ ratione familiæ delatæ ſunt[p], neq; legata, quæ in annos vel menſes ſingulos relicta ſunt, hac capitis dimiuutione pereunt[q].

VI. In reliquis autem cauſis, cùm manente ſola naturali, ciuilis obligatio, atque ita etiam actio perit, reſtituitur actio, quæ & perpetua eſt, & hæredibus, & in hæredes

e. §. *quod autem priùs N. 22. De nupt*

f *d. prin. tit. verſ maxima. I. De cap. dimin.*

g. *l. 5. amiſſione. in prin h. tit. & d. prin. tit. verſ. media. I. eo.*

h. *d prin. tit. verſ media.*

i. *d. l. amiſſione. §. fin.*

k. *d. l. 2 in prin. h. tit.*

l. *d. l. 2. in prin. & l. 7. tutelas. §. fin. h. tit.*

m. *l. 3. in prin. & §. 1. h. tit. & d. prin. tit. verſ. minima. I. eo.*

n. *l. 8. eas obligationes. h. tit.*

o. *d. l. 2. §. nemo & d. l. tutelas. §. iniuriarum.*

p. *d. l. amiſſione. § fin. cùm 2. ll ſeqq. h. tit.*

q. *l. pen. h. tit.*

datur, quantum ſc. quantitas eorum bonorum fert, quæ ante capitis diminutionem, habebant hi, cum quibus actio erat [r]: quanquam his, qui poſt capitis diminutionem cum illis contraxerunt, reſpectu horum bonorum, vtpote quæ ipſa capitis diminutione amiſſa, & ad alium translata ſint, nulla actio detur ex hoc edicto [ſ].

r. d. l. 2. in prin. & §§. ſeqq.
ſ. d. l. 2. §. hi qui.

Diſputat. II. Reſpond. Balthazar à Senden, Cellenſis.

Ex quibus cauſis, maiores viginti quinq; annis, in integrum reſtituantur: Tit. 6.

1. *Maioribus viginti quinq; annis ex metus cauſa ſubuenitur.*
2.3.4.5.6. *Ex abſentiæ cauſa etiam ſubuenitur illis, & qui intelligantur neceſſario abeſſe?*
7.8.9.10.11.12.13. *Præſentibus quoq; contrà abſentes ſubuenitur, & contrà alios quibus cum experiri non potuerunt*
14.15.16. *Ex generali etiam clauſula nonnullis ſubuenitur.*
17. *Quomodo reſtitutio ex hoc edicto fiat?*
18.19.20. *Actio vel exceptio datur ex hoc edicto, & vbi edicto locus non ſit?*

I. Edicto ſuo, de reſtitutione maiorum 25. annis, plura capita Prætor comprehendit [a], & quidem ſubuenitur hoc edicto extra ordinem [b], primum illis, qui metus cauſa abfuerint [c], ſi non ſuperuacuo ſed iuſto timore deterriti, puta mortis vel cruciatus corporis [d]: quæ omnia ex circumſtantijs, & ex affectu eius, qui conterritus abfuit, Iudex diſquiret [e].

a. l. 1. § 1. h. tit.
b. l. 2. h. tit.
c. d. l. 1. §. 1.
d. d. l. 2. & l. 3. h. tit.
e. d. l. 3. & l. 16. non enim negligentibus h. tit.

Deinde

II. Deinde verò illis hoc edicto ſubueniatur, qui Reipublicæ cauſa, ſine dolo malo abfuerint: dolo malo autem feciſſe dicitur, qui cùm poſſet, non reuerſus eſt, ſiue captandi commodi gratia, ſiue ſinè lucro hoc egit vt abeſſet, vel litis gratia abfuit [f].

III. Qui Romæ Reipublicæ operam dant, Reipublicæ cauſa non abſunt [g], vt magiſtratus [h]: quamuis milites, qui Romæ militant pro abſentibus habeantur [i], ſicut illi qui alibi in expeditione ſunt [k]: ſed hæc res, qui, quando, & quamdiu Reipub. cauſa abeſſe dicantur, pluribus reſponſis explicatur [l].

IIII. Succurritur etiam ei, qui in vinculis fuit, ſiue publica cuſtodia, ſiue priuati alicuius vinculis, per violentiam detentus fuerit, ſiue ètiam ita alligatus fuerit, vt ſinè dedecore in publico parere non poſſet [m].

V. Ei quoq; ſuccurritur, qui in ſeruitute fuerit, ſiue bona fide ſeruiat liber homo, ſiue detentus ſit [n]: de ſtatu autem ſuo litigans, hoc edicto nō continetur [o], neq; is qui liber & hæres eſt inſtitutus, & hæres nondum extitit [p]: quanquam filiusfa: in caſtrenſi peculio ad hoc edictum pertineat [q].

VI. Item ſuccurritur ab hoſtibus capto [r], non tamen transfugis [s]: ab hoſtibus autem captis poſtliminio reuerſis ſuccurritur, aut ibi mortuis [t], ita vt etiam curatori bonorum ſubueniatur [u], & ei qui apud hoſtes natus eſt [x], non autem ei, qui reuerſus, dum reſtitutionem differt, damnum paſſus eſt [y].

f. *l. 4. item hi & l. 5. & qui data. in prin. l. 36. Reipub. cum ſeq. l. 38. ſi cui § tam diu. cum ſeq. h. tit.*
g. *d. l. & qui data. § fin.*
h. *vt ſunt. h. tit.*
i. *l. 7. milites. h. tit.*
k. *l. 15. ab hoſtibus. §. non minus. h. tit l. 1. l. 3. l. 6. ſi cùm & l. pen. & vlt. C. De reſt. milit.*
l. *l. 28. nec nō. §. ſi quis. cum §. ſeq. l. 32. abeſſe. cum 6. ll. ſeqq. l. 46. non verè. & l. pen. h. tit.*
m. *l. 9. ſuccurritur. l. 10. in eadem cauſa. h. tit.*
n. *l. 11. ei quoq; h. tit.*
o. *l. 12. is autem. h. tit.*
p. *l. 13. rectè. in prin. h. tit.*
q. *d. l. rectè. in fine.*
r. *l. 14. item ei. in prin. h. tit.*
ſ. *d. l. item ei. in prin. verſ. nam transfugis.*
t *l. 15. ab hoſtibus. in prin h. tit.*
u. *d. l. ab hoſtibus. in prin. verſ. ego autem.*
x. *d. l. ab hoſtibus. §. non minùs.*
y. *d. l. ab hoſtibus § fin. cum l. 16. non enim negligentibus. h. tit.*

VII. Sed & aduerſus abſentes, Prætor præſentibus ſuccurrit, ſi quis abſens vſu ſuum quid feciſſet, aut quod non vtendo amiſſum ſit conſecutus, actioneuè qua ſolutus ſit, ob id, quòd dies eius exierit, cùm abſens non defenderetur z: ſiue per ſe, ſiue per ſubiectas ſibi perſonas acquiſierint, qui abſentes non defendebantur a.

z. d. l. 1. §. 1. verſ. item ſi quis. & l. 21. item ait Prætor. in prin. & §. 1. h. tit.
a. d. l. 21. item ait Prætor. §. hæc. autem.

VIII. Et quidem ſi abſentes latitent, Prætor alias ex edicto pollicetur, in bona eorum mittere, vt ſi res exegerit, etiam diſtrahantur: ſi vero non latitent, licet non defendantur, in bona tantùm mitti patitur b.

b. d. l. item ait Prætor. §. hæc autem. verſ. cæterùm.

IX. Defendere autem videtur procurator c, vel ſi quis alius requiſitus ab actore, non erit defenſioni defuturus, iudiciumq́; acciperе, & iudicatum ſolui ſatisdare, non detractat d: ſicut non defendi dicitur abſens, cùm amicis abſentis requiſitis, nemo eſt qui ſe defenſioni offerat, quod teſtatione complecti oportet e: atq; hoc edictum etiam ad furioſos & infantes & ciuitates pertinet f.

c. d. l. item ait Prætor. §. hæc autem verſ. nam ſi fuit. l. 39. is qui Reipub. h. tit.
d. d. l. item ait Prætor. §. vlt.
e. l. 22. ergò ſciendum. h. tit.
f. d. l. ergò ſciendum. in fine.
g. l. 23. ait Prætor. in prin. h. tit.

X. Et rurſus aduerſus eum quoq; Prætor ſuccurrit, qui in vinculis fuit g: idemq; eſt, ſi hi, qui fuerunt in poteſtate captiui, vſu rem acquiſierint ex re peculiari, vel ſi dies actionis, quæ aduerſus captiuum competebat, exierit h: quamuis alioqui captiuus nihil per vſum ſibi acquirere poſſit i.

h. d. l. ait Prætor. §. hi planè.
i. d. l. ait Prætor. § is autem.

Item

XI. Item aduerſus eum ſubuenitur, qui ſecum agendi poteſtatem non fecit [k]: quod ad eum quoque pertinet, qui non fruſtrandi gratia id fecit [l], ſed quòd fortè multitudine rerum diſtineretur: vel ſi per Prætorem ſtetit [m].

k. d. l. ait Prætor §. fin.
l d. l ait Prætor. §. fin. cùm 2 ll. ſeqq. h. tit.
m. l. 26. ſed etſi in prin. h. tit.

XII. Aduerſus eos quoq, Prætor auxilium pollicitus eſt, quos inuitos in ius vocare non licebat, & qui non defendebantur, veluti conſules, prætores, cæteroſq; qui imperium poteſtatemuè habuerunt [n]: quamuis ad eos id non pertineat, quos Prætor ſinè ſuo permiſſu, vocari in ius prohibuit, parentes puta & patronos [o].

n. d. l. ſed etſi. §. 2. ait Prætor.
o. d. l. ſed etſi. §. 2. ait Prætor. verſ. ſed nec.

XIII. Illi porrò ſubuenitur etiam ex hoc edicto, cui per magiſtratum, ſinè dolo malo ipſius, actio exempta eſt [p], videlicet ſi per dilationes iudicis id effectum ſit, ſi magiſtratus ius non dixerit, per gratiam fortè, aut ſordes [q], ſi feriæ extra ordinem fuerunt indictæ [r].

p. d. l. 1. §. 1. verſ. ſiue cui. & d. l. ſed etſi. §. 4. ait Prætor ſiuè
q. d. l. ſed etſi. §. 4. ait Prætor ſiue.
r. d. l. ſed. etſi. §. ſi feriæ.

XIIII. Vltimo deniq; loco generalem clauſulam Prætor adiecit, ſi quæ alia iuſta cauſa videtur, in integrum ſe reſtituturum [ſ], puta ſi pro ciuitate, vel municipio, in legatione quis fuit [t], ſi teſtimonij cauſa euocatus fuit [u], ſi cognitionis vel appellationis gratia peregrinatus eſt [x].

ſ. d. l. ſed etſi. §. item inquit Prætor.
t. l. 8. legatis & d. l. ſed etſi. § item inquit. l. 33. inter eos in prin. h. tit.
u. d. l. ſed etſi. §. item inquit. verſ. idem puto.
x. d. l. ſed etſi. §. item inquit. verſ. vlt.

Et

XV. Et generaliter quoties quis ex neceſſitate abfuit, ſubueniendum eſt [y]: nec non, etſi quis de cauſa probabili abſuerit, deliberare debet magiſtratus, an ei ſuccurri debeat, veluti ſi ſtudiorum cauſa quis abſuerit [z], ſi ſub fideiuſſorum ſatisdatione fuerit [a].

XVI. Sed ita demum ex generali iſta clauſula reſtitutionem pollicetur Prætor, ſi leges non prohibeant [b], veluti aduerſus relegatum reſtitutio quidem datur, ſed ipſi non conceditur, niſi ex ſingulari cauſa [c].

XVII. Reſtitutio itaq; ex hoc edicto in rem fit, ita vt aduerſus eos quoq; exerceatur, qui à poſſeſſore emerunt [d], vel ſi hæredes fortè vſucapionem compleuerint [e] reſtituiturq; tantum quantum ablatum eſt [f]: olim intra annum vtilem [g], hodie intra quadriennium continuum [h].

XVIII. Et quidem ad perſequendam rem amiſſam actio Reſciſſoria datur, in qua fructuum etiam habetur ratio [i]: ſicut è contra etiam adiuncti oneris [k]: quòd ſi is fortè, qui Reipub. cauſa abfuit, poſſeſſionem nactus ſit, & hæc ab eo vindicetur, dabitur ei etiam exceptio [l].

XIX. Is quoq, cuius rē vſucepit Reip. cauſa abſens, ſi poſſeſſionem ſuæ rei nactus ſit, & poſtea rurſus eam amiſerit, non temporalem ſed perpetuam habet actionem [m]: quamuis alioqui, ſi dominus, priuſquam per vſum ſibi acquireret, ab hoſtibus captus ſit, interrupta vſucapio, ei non reſtituatur, neq, vtilis actio ei detur [n].

y. d. l. ſed etſi. §. fin.
z. l. 28. nec non. in prin. h. tit.
a. d. l, nec non §. 1.
b. d l 1 in fine. & d. l. nec non. §. quod eius.
c. d. l. ſed etſi. §. aduerſus. l. 40. ſi qua militi. §. 1. h. tit.
d. d. l. 17. Iulianus. in prin. l. 30. cùm miles. § fin. h. tit.
e d. l. cùm miles. in prin.
f. d. l. Iulianus. §. cum quoq; & d. l. ſed etſi. §. quoties.
g. l. 1. circa finem. & d. l. 48. nec non. §. ſi quis. cum ſeq. h. tit.
h. l. vlt. C. de tempo. in integrum reſt.
i. d. l. Iulianus. §. fin. d. l. nec non. § fin. & l. 43. ſi quis ſtipulatus. h. tit.
k. l. 41. ſi quis Titio. h. tit.
l. d. l. nec non. §. fin. h. tit.
m l. 31. ſi is cuius. h. tit.
n. l. 19. deniq; & l. 2. nec vtilem h. tit.

Non

XX. Non reſtituitur etiam qui Reip. cauſa abeſt in aliqua re, in qua, ſi Reip. cauſa non abfuiſſet damnum erat paſſurus [illegible] vt lucrum captet ex alterius pœna vel damno p, quamuis alioqui in lucris etiam reſtitutio detur q: & ei qui Reip. cauſa abfuit, aduerſus eum, qui pariter Reip. cauſa abfuerit, reſtitutio non denegetur, ſi aliquid damni ſe paſſum eſſe iuſte queritur r.

o. [illegible]
p. [illegible]
q. *l. 27. & fin. h. tit.*
r. *l. vlt. h. tit.*

De alienatione iudicij mutandi cauſa facta: Tit. 7.

1. 2. 3. 4. 5. In fraudem alterius alienans hoc edicto tenetur, & quis dicatur in fraudem alienare?
6 Alienationem quomodo hic accipiamus?
7. Quomodo Reſciſſoria actio ex hoc edicto competat?
8. 9. 10. 11. In quibus caſibus huic edicto locus non ſit?

I. DVm autem omnibus modis id agitur, ne cuius cauſa deterior fiat, ſubuenitur etiã ex edicto Proconſulis aduerſus eum, qui alienando rem, alium potiõ aduerſarium ſuo loco ſubſtituerit, idq; data opera in fraudem noſtram fecerit a, puta ſi in alterius prouinciæ hominem b, ſi in potentiorem c, aut alium qui vexaturus nos ſit, facta fuerit alienatio d.

II. Et ſi ſeruum hominem, quem petebam manumiſeris e, ſi opus feceris, cuius nomine interdicto quod vi aut clam, vel actione, aquæ pluuiæ arcendæ tenebaris f, ſi opus nouum nunciauerim, tuq; eum locum alienaueris g.

III. Item ſi res fuerint vſucaptæ ab eo, cui

a. *l. 1. h. tit.*
b. *d. l. 1. in fine. & l. 3. in prin. h. tit.*
c. *d. l. 1. in fine. h. tit. & toto. tit. C. Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præſtare, vel actiones in ſe transferre. & tit. ſeq. de his qui potentiorum nomine titulos prædijs affigunt, vel eorum nomina in litem prætendunt.*
d. *l. 2. h. tit.*
e. *d. l. 3. §. 1.*
f. *d. l. 3. § item ſi locum.*
g. *d. l. 3. § opus quoq.*

alienatæ ſint, nec peti ab eo poſſint [h]: ſi in procuratorē ſit dominiū rei translatum, quamuis alioqui ſit iuſta cauſa translationis [i]: ſi is qui rem exhibet, arbitratu iudicis, priſtinam iudicij cauſam non reſtituat [k].

IIII. Si tutor pupilli, vel agnatus furioſi rem alienauerit, utilis actio competit [l]: ſi miles poſtulauerit ſuo nomine litigare, de poſſeſſionibus, quas ſibi donatas eſſe dicebat, ſi iudicij mutandi cauſa donatio facta ſit, priorem dominum experiri oportebit, vt rem magis quàm litem in militem tranſtuliſſe credatur [m].

V. Si quis iudicij communi diuidundo euitandi cauſa, rem alienauerit, vt potentior emptor per licitationem vilius rem accipiat, & per hoc iterum ipſe recipiat, ipſe quidem, qui partem alienauerit, communi diuidendo iudicio, ſi agere velit, non auditur: is verò qui emit, ſi experiri velit, ex hac parte edicti vetatur [n].

VI. Alienationem autem illam intelligimus, quæ futuri iudicij cauſa facta ſit, non eius quod iam ſit [o]: neq; ſolum ad dominij translationem hoc edictum pertinet, ſed etiam ad alterius cuiuſcunq; iuris poſſeſſionis [p], vel ſeruitutis [q], vel ſi quis rem alienam vendidit [r].

VII. Competitq; actio Reſciſſoria intra annum, in id, quanti noſtra intereſt, alium aduerſarium non habuiſſe [ſ]: quæ quidem actio pœnalis non eſt, ſed in perſecutionem arbitrio iudicis continet: quare & hæredi dabi-

tur

i. *d.l.itē ſi res.§. cæterùm.*

k. *l. 8. ex hoc edicto. in prin.h. tit.*

l. *l.10.nam etſi.§.fin.h.tit.*

m. *l.pen.h.tit.*

n *l.vlt.hoc tit.*

o. *d l.ex hoc edicto.§.1.*

p. *d l.item ſi res.§ Pedius.*

q. *d.l item ſi res.§ ad iura.*

r. *d. l.8.ex hoc edicto.§.alienare.h.tit.*

ſ. *d.l.vlt.§. in quibus.d l. item ſi res.§ fin.l.tit.*

tur: in hæredem autem, vel ſimilem, vel poſt annum, non datur, quia vtiq; videtur ex delicto dari t.

VIII. Aliquibus ſanè caſibus huic edicto locus non eſt: veluti ſi is, aduerſus quem talis actio competit, paratus ſit iudicium vtile pati, perinde ac ſi poſſideret u: vel ſi non ſubijciendi durioris aduerſarij cauſa, ſed tantùm vt vexationes litium euitet, poſſeſſionẽ rei omiſerit x.

IX. Item ſi quis non dolo malo, ſed fortè ob valetudinem, aut ætatem, aut occupationes neceſſarias, litem in alium transtulerit, in ea cauſa non eſt, vt hoc edicto teneatur y; neq; interdictum erit, & per Procuratores litigare, dominio in eos plerumq; ex iuſta cauſa trãslato z.

X. Ceſſabit etiam hoc edictum, ſi petitoris nihil interſit alienationem factam non eſſe a, aut ſi res, quæ alienata eſt, ſine culpa eius interijt b, vel ſi hæredem inſtituendo aut legando quis alienauerit c, receperitue rem, poſtquam ſemel eam alienaſſet d.

XI. Sed ſi ei obligatus ſoluero, quod à me petere velles, huic edicto locus non erit e: ſicut nec in eo caſu, ſi venditori meo redhibuerim rem vitioſam f: niſi iudicij mutandi cauſa redhibeam, aliàs non redhibiturus g: & hactenus quidem de in integrum reſtitutionibus.

t. d. l. item ſi res § fin. cum l. ſeq. h. tit.

u. d. l. 3. § ex quibus

x. d. l. 4. item ſi res §. 1. h. tit.

y. d. l. item ſi res §. Pedius.

z. d. l. item ſi res. §. cæterùm.

a. d. l. item ſi res. §. hæc actio.

b. d. l. item ſi res. §. hæc actio. verſ. aut ſi is.

c. d. l. 8. ex hoc edicto. §. alienare. verſ. ſed hæredem.

d. d. l. ex hoc edicto §. alienare. verſ. ſi quis.

e. d. l. 10. nam etſi. in prin. h. tit.

f. d. l. ex hoc edicto §. fin. cùm l. 9. quia. h. tit.

g. d. l. quia in fine.

Diſputat. IIII. Reſpond. Ioachimus Koch, Rintelenſis.

De receptis arbitrijs, & qui arbitrium recipiunt vt ſententiam dicant: Tit. 8.

1. 2. 3. 4.	*Ad arbitros quomodò veniatur, & quid arbitrium, quid arbiter, & arbitri quotuplices?*
5. 6. 7. 8.	*Compromitti in arbitrum quomodò poßit?*
9. 10. 11.	*Recipi arbitrium quomodo dicatur, & quod ſit Arbitri officium?*
12. 13. 14.	*Diem proferre quomodo poßit Arbiter.*
15. 16. 17. 18. 19. 20.	*Quomodò ſententiam dicere debeat, & quando ſit ea inutilis aut mutari poßit?*
21. 22. 23. 24.	*Quando cogat Magiſtratus Arbitrum, vt ſententiam dicat, & qui non poßint cogi?*
25. 26.	*Vbi compromißi pœna vel arbitrium deficiat?*
27. 28. 29.	*Pœna quomodò ratione compromi[illegible]?*

I. Deficientibus in integrum reſtitutionibus & alijs remedijs, per quæ litium grauamina euitari declinariuè poſſunt, ſolent ſæpe Arbitri eligi, vt vel hac ratione ad magiſtratuum & iudiciorum ordinariorum ſtrepitum non veniatur: ideoq; Prætor de receptis arbitrijs etiam hoc loco edixit [a].

II. Arbitrium vocamus actum, quo priuatus aliquis, qui ad hoc ab ipſis litigantibus electus eſt, controuerſiam iuris inter litigantes ſua authoritate expedit [b]. Arbiter is eſt, qui ad hoc à litigantibus electus, controuerſiam ſe expediturum recepit [c].

III. Sunt autem Arbitrorum duo genera: alij enim ſine pœnæ adiectione, cuius metu arbitrio parendum ſit, eliguntur, quos arbitrato-

res

a. *gl. & Dd. hic. & poſt eos D. Matth. VVeſenb. in paratit. ſuis, ſeu Method. com. num. 1.*

b. *l. 3. §. tametſi. l. 13. Pomponius. §. recepiſſe. l. 32. non diſtinguemus. §. de officio. & § ſeq. h. tit.*

c. *d. l. 3. §. tametſi. cum concordantibus.*

res vocant [d] : atq; horum arbitrio impunè non paretur, arbitriumq; ad arbitrium boni viri reuocatur, neq; inuiti coguntur ſententiam dicere [e].

IIII. Alij verò certæ pœnæ compromiſſione, cuius metu arbitrio parendum ſit, eliguntur [f] : de his Prætor hoc loco ita edixit. Qui arbitrium pecunia compromiſſa receperit, ſententiam eum dicere cogam : & niſi arbitrio pareatur, qua de re rectè compromiſſum erit, pecuniam compromiſſam ſolui iubebo [g].

V. Plenum compromiſſum appellatur, quod de omnibus rebus controuerſijsue compoſitum eſt : nam ad omnes controuerſias pertinet : at ſi fortè de vna re ſit diſputatio, licèt pleno compromiſſo actum ſit, tamen de cæteris cauſis actiones ſuperſunt : id enim venit in compromiſſum, de quo actum eſt, vt veniret : Sed eſt tutius, ſi quis de certa re compromiſſum facturus ſit, de ea ſola exprimi re, in compromiſſo [h] : & cum plenum eſt compromiſſum de his rebus, & rationibus, & controuerſijs iudicare arbiter poteſt, quæ ab initio fuerunt inter eos, qui compromiſerunt, non quæ poſtea ſuperuenerunt [i].

VI. Pecuniam compromiſſam accipere debemus, non ſolum ſi vtrinq; pœna nummaria, verum etiam ſi alia res, vice pœnæ, promiſſa ſit, vel ſi res litigioſa apud arbitrum ſit depoſita, vt vincenti detur [k]. quinimo interdum ex pacto nudo Iure Prætorio etiam haba-

d. l. 11. litigatores. § 1. h. tit. l. 76. [illegible]

e. d. l. litigatores. [illegible] l. ſocietatem. verſ. arbitrorum. & vtrobiq; Dd.

f. d. l. litigatores. § 1. & ſeq. ac paſſim toto. b. tit.

g. ita reſtituit perpetuum edictum hac parte Eguinarius Baro, in manualibus ſuis. & ſequitur. D. Matth. VVeſenb. in paratit. ſeu Method. com. hic nu. 2. extat etiam prima huius edicti pars. in l. 3. §. ait Prætor. h. tit.

h. l. 21. quid tamen. §. plenum. h. tit.

i. l. 46. de his rebus h. tit.

k. d. l. 11. litigatores. §. quod ait Prætor.

 beba-

bebabtur vtile compromiſſum, puta ſi duo debitores inuicem eſſent, & vterq; in euentum non partitionis, de non petendo paciſceretur[l].

l. d.l. litigatores. §. interdum.

VII. In duos Arbitros, quamuis res ſine exitu futura videtur, propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem, tamen recte etiàm compromittitur, quia ſi non conſentiant, tertia certa perſona, authoritate Prætoris eligitur: in impari autem numero idcirco cōpromiſſum facilius admittitur, nō quoniam cōſentire omnes facile eſt, ſed q̃a, etſi diſſentiãt, inuenitur pars maior, cuius arbitrio ſtabitur[m].

m l. 17. item ſi vnus. h. tit.

VIII. Non valet tamen compromiſſum, in quo libera facultas arbitri ſententiæ non eſt futura: puta ſi ita ſit compromiſſum, vt quod Titij diſceptatori placuerit, id Seus pronunciet[n], aut ſi in duos ſic ſit compromiſſum, vt ſi diſſentirent, tertium ipſi aſſumant, niſi in euentum, in tertiam certam perſonã conſenſerint[o]: id enim valebit, ſicut & ſi in duos alternatiuè promiſerint[p].

n. d. l. item ſi vnus. §. inde Pomponius.

o. d.l. item ſi vnus. §. ſi in duos.

p. d.l. item ſi vnus. §. inde Pomponius. verſ. ſed etſi ita.

IX. Recepiſſe vero arbitrium videtur, qui iudicis partes ſuſcepit, finemq; ſe ſua ſententia controuerſijs impoſiturum, pollicetur: quòd ſi hactenus interuenit, vt experirentur, an conſilio ſuo vel authoritate diſcuti litem paterentur, non videtur arbitrium recepiſſe[q].

q. l.13. Pomponius. §. recepiſſe. h. tit.

X. De officio autem Arbitri tractantibus, ſciendum omnem poteſtatem ex ipſo compromiſſo proficiſci, nec enim aliud illi licebit, quam quod ibi, vt efficere poſſit, cautum eſt: non ergò quodlibet ſtatuere Arbiter poterit,

nec

nec in qua re libet, niſi de qua re compromiſſum eſt, & quatenus compromiſſum eſt r.
XI. Arbiter adeſſe litigatores, vel per nuncium, vel per epiſtolam iubere poteſt ſ: Quod ſi conuentum eſt, vt intra certum diem ſententia dicatur, dicenda intrà id tempus, vel eo ipſo die ſententia eſt: ſi intrà diem compromiſſi aditus Arbiter, poſt diem compromiſſi adeſſe iuſſerit, pœna non committetur t: & ſi ſententia poſt diem compromiſſi dicta ſit, & alter ex litigatoribus dicto audiens non fuerit, pœna ab eo ex compromiſſo peti non poteſt u.
XII. Arbiter igitur cùm nihil extra compromiſſum facere poſſit, ſi velint partes poteſtatem eum habere proferendi diem, neceſſarium eſt adijci de die compromiſſi proferendo x. Hæc autem clauſula diem compromiſſi proferre, nullam aliam dat Arbitro facultatem, quàm diem prorogandi: & ideò conditioné primi compromiſſi, neq; minuere neq; im̃utare poteſt, cætera quoq; diſcutere, & pro omnibus vnam ſententiam ferre debet y.
XIII. Si per fideiuſſores fuerit cautum in primo compromiſſo, & ſequens ſimiliter proferendum erit, vt vel iidem, vel ſi iſti nolint, aut deceſſerunt, alij non abſimiles fideiuſſores dentur z: cum autem de die proferendo conuenit, diem proferre Arbiter vel præſens, vel per nuncium, vel per epiſtolam poteſt a.
XIIII. Dies cõpromiſſi aũt proferri poteſt, nõ cũ ex conuentione citra cauſam fortè à parte id petitur, ſed cũ iuſſu arbitri eã ꝓferri neceſſe eſt, ne pœna committatur citra culpã partium,

cum

r. l.32. non diſtinguemus. § de officio. h. tit.

ſ. l.49. ſed & interp. ſolet § Arbiter. h. tit.

t. l.31. quid tamen. § ſi intrà.

u. l.50. Arbiter ex compromiſſo. h. tit.

x. l.32. non diſtinguemus. § fin. h. tit.

y. l.25. Labeo ait. § hac autem clauſula. h. tit.

z. d. l. Labeo ait. § fin. cum l. ſeq. h. tit.

a. l.27. diem proferre. h. tit.

b. d l. non diſtinguemus. §. dies compromiſſi.

com cauſa ipſa prorogationem dari exquirit, & penes partes non eſt mora vel fruſtratio b.

XV. Si Arbiter cum in compromiſſo cautum eſſet, vt eodem die de omnibus ſententiam diceret, & vt poſſet diem proferre, de quibuſdam rebus dicta ſententia, de quibuſdam non dicta, diem protulit, valet prolatio, ſed ſententiæ iſti impunè non parebitur, quia officio ſuo in ſententia Arbiter rectè functus non eſt c.

c. d.l. Labeo ait. in prin.

XVI. Dicere autem ſententiam exiſtimamus eum, qui ea mente quid pronunciat, vt ſecundum id diſcedere eos a tota controuerſia velit: ſed ſi de pluribus rebus ſit arbitrium receptum, niſi omnes controuerſias finierit, non videtur dicta ſententia, ſed adhuc erit à Prætore cogendus d.

d. l. 19. qualem. §. dicere. h. tit.

XVII. Sed ſi Arbiter incertam ſententiam inutiliter dicit, veluti quantum ei debes, redde, [illegible] ſtari placet, pro ea parte, quam creditoribus tuis ſoluiſti, accipere idemque eſt, ſi pœnam ex compromiſſo peti vetuerit, quia vtiq; de pœna iſta remittenda compromiſſum non eſt e.

e. l. 21. quid tamen. § Pomponius ait. cum § ſeq h tit.

XVIII. Rurſus inutilis eſt ſententia ſi dicat ad iudicem de hoc eandem, vel ad ſe vel alium, in ſe vel in alium compromittendum, vel ſi dixerit vt arbitrio Publij Mæuij fundus tradatur, aut ſatisdatio detur, quia non finitur controuerſia, cum aut differtur arbitrium, aut in alium transfertur, eſtq; pars ſententiæ quemadmodum ſatisdetur, quibus fideiuſſo- [illegible]

ribus [illegible]

ribus: Item ſi iubeat ſibi alium conuingi, cum id in compromiſſo non ſit comprehenſum: ſententia namq; eſſe debet de re compromiſſa [f].

XIX. Solutioni diem ſtatuere etiam Arbiter poteſt [g]: & ſi modo de re compromiſſa, & non inutiliter, vt in prioribus expreſſum eſt, ſententiam dixerit, ſtari debet ſententiæ Arbitri ſiue æqua ſiue iniqua ſit, ſiue minus probabilis, & ſibi imputabit, qui compromiſit [h]: & qualem ſententiam dicat Prætor ad ſe non pertinere exiſtimat, dummodo dicat, quod ſibi videtur: & ideo ſi ſic fuerit in Arbitrum compromiſſum, vt certam ſententiam dicat, nullum eſt arbitrium, nec cogendus eſt Arbiter ſententiam dicere [i].

XX. Mutare arbiter ſententiam, quæ arbitriũ finiat, etſi per errorẽ dicta ſit nõ poteſt niſi vt de omnibus cõtrouerſiis ſimul diceret, conueniſſet, & de vna tantum dixerit: ſed de his quæ ad præparationem cauſæ pertinent liberè ſententiam mutare poteſt. vtputa ſi iuſſit litigatores calendis adeſſe, mox idibus iubeat [k]: ſed ita ſumptus ex compromiſſo, vt & diem proferre poſſet, hoc quidem facere poteſt, referre autem contradicentibus litigatoribus non poteſt [l].

XXI. Quod ſi itaq; Arbiter ſententiam non dicat, Prætor ſeu Magiſtratus eum cogit, & ſi Arbiter ſe celare tentauerit, magiſtratus eum inueſtigare debet, ſi diu non paruerit mulcta aduerſus eum dicenda eſt [m]: & cogit magi-

t ſtra-

f d. l. 13. non diſtinguemus § quæſitum cum ſit.
g. d, l. quid tamen § ſolutioni.
h. d. l. 27. diem proferre §. ſtari autem.
i. l. 19. qualem. in prin. h. tit.
k. d. l. 19. qualem autem. §. fin. & l. 20. quia arbiter. cum l. 21. quid tamen. in prin. h. tit.
l. l. 33. Arbiter ita. h. tit.
m. d. l. non diſtinguemus § ſi Arbiter

n. d.l.1 § fin. h. tit.
o. l.5. ſed & cum l. ſeq. h. tit.
p. l. 7. Pedius. in prin. h. tit.

tratus eum, qui arbitrium recepit, vt ſententiam dicat, cuiuſcunq; ſit dignitatis, etiamſi ſit conſularis [n], ſiue ſit filiusfamilias vel paterfamilias, ingenuus vel libertinus, integræ famæ vel ignominioſus [p].

q. d.l. Pedius. §. 1. & fin.
r. l. 8. ſed ſi ità. h. tit.
ſ. l. 9. ſed ſi in ſeruum. in prin. h. tit.

XXII. Quidam ſanè Arbitri eſſe non poſſunt, neq; committetur pœna ſi aduerſus ſententiam eorum fiat: ecce enim in ſeruum non rectè compromittitur, neq; in ſeruum & Titium [q]: niſi forte in Titium & ſeruum ita ſit compromiſſum, vt alterutrius ſententia valeat, quo caſu Titius ad arbitrium proferendum cogi poteſt, vel niſi liber factus conſentientibus partibus ſententiam dixerit [r]: nam & tum ſententia dicta valebit [ſ].

t. d.l. ſed ſi in ſeruum. § 1.
u. d.l. ſed ſi in ſeruum. § ſi quis iudex.
x. l. pen. h. tit.

XXIII. Sed neq; in pupillum neq; in furioſum aut ſurdum, aut mutum rectè compromittitur [t]: & ſi quis Iudex ſit, arbitrium recipere eius rei, in qua Iudex ſit, inuè ſe compromitti iubere prohibetur, & ſi ſententiam dixerit, non eſt danda pœnæ perſecutio [u]: ſimiliterq; in re ſua ipſe quis Arbiter eſſe non poteſt [x].

y. d.l. 1 § fin. & l. 2. h. tit.
z. d.l. ſed ſi in ſeruum §. ſunt & alij.
a. d. ſed ſi in ſeruũ. §. ſunt & alij. & l. 15. licet h. tit.
b. l. 11. litigatores. in prin. h. tit.
c. d. l. [illegible] §. 1. & d.l. 21 §. quid tamen §. Papinianus h. tit.

XXIIII. Quoſdam etiam licet Arbitri eſſe poſſint, non cogit tamen Prætor vt ſententiam dicant, veluti Magiſtratus in maiore pariue imperio aut poteſtate poſitus [y]: ſi turpitudo aut ſordes Arbitri manifeſtæ ſint [z]: ſi eum infamauerint litigatores [a]: ſi litigatores ſpreta eius authoritate ad alium Iudicem vel Arbitrum ierint [b]; aut ſi multo poſt reuerterint ad Arbitrum [c]: ſicuti & ex aliis variis cauſis

ſæpe

ſæpe non cogitur Arbiter ſententiam dicere [d].

XXV. Sed nec ex omnibus cauſis, ex quibus Arbitri paritum ſententiæ non eſt, pœna ex compromiſſo committitur, ſed ex his duntaxat, quæ ad ſolutionem pecuniæ, aut operam præbendam pertinent [e]: & alioqui propter varias cauſas & multis caſibus pœna ſæpe non committitur [f].

XXVI. In compromiſſis quoque arbitrium perſonæ inſertam, perſonam non egreditur [g]: & ſi hæredis mentio vel cæterorum facta in compromiſſo non fuerit, morte ſoluitur compromiſſum [h]: ſicut & die, acceptilatione, iudicio, pacto ſolui dicitur [i].

XXVII. Cum autem pœna ex compromiſſo petitur, is qui commiſit damnandus eſt, nec intereſt, an aduerſarij eius interſit, arbitri ſententia ſtari nec ne [k]: nec diſtinguimus in cōpromiſſis minor an maior pœna ſit, quam res de qua agitur [l]: non intereſt etiam certa aut incerta ſumma compromiſſa ſit, vt puta quanti ea res erit [m]: imo etſi pœnæ non ſit adiecta compromiſſo, ſed ſimpliciter ſententia ſtari quis promiſerit, incerti aduerſus eum actio eſſe dicitur [n]: & contumaciam quoque litigatoris Arbiter punire poteſt, pecuniam eum aduerſario dare iubendo [o].

d. d. l. 21. Pomponius. § [illegible] d. l. [illegible] [illegible] l. 19. [illegible] alia. in prin. & § [illegible] l. 17. [illegible] vnus. in prin. & §§. ſeqq. l. 18. ſiculi tribus. d. l. 21. quid tamen alias. l. Papinianus. § ſi quis ex litigatoribus. l. 32. non diſtinguemus. § 1 cum aliquot ſeqq. l. 36. ſi feriatis. l. 46. de his rebus. cùm 2. ſeqq. h. tit.

e. l. 39. non ex omnibus. in prin. h. tit.

f. d. l. 21. quid tamen alias. l. Papinianus. § non debet. & §. ſi quis ex litigatoribus. §. ſi Arbiter. cùm §. ſeq. l. 23. Celſus ait. in prin. & 2. §§. ſeqq. l. 24. ſed ſi poſtea. d. l. 27. diem proferre. §. ſi plures. l. 31 ita demum. d. l. 32. non diſtinguemus. §. cùm in plures. l. 40. Arbiter calendis. l. 43. de rebus. l. 47. ſi compromiſſum cùm 2. ll. ſeqq. l. 30 Arbiter ex compromiſſo. h. tit.

g. l. 45. in compromiſſis. h. tit.

h. d. l. 27. diem proferre §. ſi hæredis.

i. d. l. 32 non diſtinguemus. §. ſumma.

k. l. 38. cùm pœna. h. tit.

l. d. l. non diſtinguemus. in prin.

m. l. 28. non autem. h. tit.

n. d. l. diem proferre. §. fin.

o. d. l. 38. non ex omnibus. §. 1. h. tit.

Redi-

XXVIII. Redigitur itaq; compromiſſum ſi aliud nihil obſtet, ad ſimilitudinem iudiciorum, & ad finiendas lites pertinet, quamuis iure prætorio ex eo exceptio non naſcatur, nedum actio, ſed pœnæ petitio, ſi ſtipulatione interpoſita, pacto nudo ad hoc non valente p.

XXIX. Poſtea autem Iuſtinianus Imperator ſanciuit, primùm quidem de iuratis arbitrijs, omnino ea ſeruari debere exceptionemq;, & actionem ex ijs dandam eſſe q: tum verò de his etiam, quos neq; pœna compromiſſi vallabat, neq; Iudex dederat, ſed communis ſententia dederat, ſi ſubſcriptæ fuerint à partibus prolatæ ab arbitro ſententiæ, & decem dierum ſilentio comprobatæ, omnimodò robur habeant, & tam actionem, quàm etiam exceptionem pariant r. Hæc de receptis arbitrijs.

p. l. 1. & 2. vbi gl. & Dd. hoc tit. & D. Matth. VVeſen. in paratit. ſeu method. com. hic nu. 4.

q. l. 4. C. h. tit.

r. l. pen. C. h. tit.

Nautæ, Caupones, Stabularij, vt recepta reſtituant: Tit. 9.

1.2.3.4. *De rebus receptis reſtituendis edixit Prætor, & qui dicantur recipere?*
5. *Quæ res recipi dicantur & quomodo?*
6. *Ex hoc edicto quomodò actio rei perſecutoria detur?*
7.8.9. *Quomodò detur pœnalis in factum actio in duplum?*
10. *Quomodò aduerſus ipſos furti aut damni authores agi poſſit?*

1. De rebus in nauem, cauponam, aut ſtabulum receptis, ita Prætor edixit: Nautæ, caupones, ſtabularij, quod cuiuſque ſaluum fore receperint, niſi reſtituant, in eos iudicium dabo a.

a. l. 1. in princ. h. tit.

Nau-

II. Nautam accipere debemus, qui nauem exercet, & quamuis alioquin nautæ appellentur omnes, qui nauis nauigandæ cauſa in naui ſunt, hic tamen de exercitore ſolummodo Prætor ſenſit, nec debet is, per remigem aut meſonautam obligari, ſed per ſe, vel per magiſtrum nauis: quanquam ſi ipſe alicui committi iuſſit, ſine dubio debebit obligari [b].

III. Sunt quidam in nauibus qui cuſtodiæ gratià nauibus præponuntur, ex his ſi quis recepérit dabitur in exercitorem actio, quia vt ipſis committeretur, exercitor permiſiſſe cẽſetur, quanquàm ipſe nauicularius vel magiſter id faciat, quod χειρέμβολον appellant: ſed etſi hoc non extat tamen de recepto nauicularius tenebitur [c].

IIII. De exercitoribus ratium, item lyntrarijs nihil cauetur, attamen idem obſeruandum eſt [d]. Caupones quoq; & Stabularios æquè eos accipimus, qui cauponam vel ſtabulum exercent, inſtitoresue eorum: cæterum qui opera mediaſtini funguntur, non continetur, vtpote atriarij, focarij, & his ſimiles [e]: ſi nauta nautæ vel ſtabularius ſtabularij receperit, edicto de recepto locus erit [f].

V. Quæcunq; autem res vel merces receptæ ſunt ad hoc edictum pertinebunt, etiam, veſtimenta vectorum, quibus in nauibus, vel cauponis, aut ſtabulis vtuntur, & cætera, quæ ad quotidianum vſum habent: paruiq; refert res noſtras an alienas intulerimus, ſi tamen noſtra interſit ſaluas eſſe [f]: & receptæ dicuntur, non ſolùm ſi in nauem miſſæ aſſignatæq; ſunt: imo

b. *d.l.1. §. qui ſunt igitur.*

c. *d.l.1.§.& ſunt.*

d. *d.l.1.§.de exercitoribus.*

e. *d.l.1.§.caupones.*

f. *l.4.ſed & ipſi.§.1.*

etſi poſtquam ſemel receptæ ſunt, in litore perierint, periculum ad exercitorem pertinebit [h].

VI. Proficiſcitur ex hoc edicto in factum actio [i], quæ rei perſecutoria eſt, & hæredi & in hæredem & perpetuo datur [k], præterea in hac actione exercitor, aut hæres eius, factum non ſolùm nautarum, ſed & vectorum, ſicut & caupo viatorum [l]: omnimodo enim de receptis tenetur, etiamſi ſine culpa eius res periit, vel damnum datum ſit, niſi ſi quid damno fatali contigit [m].

VII. Sed & in factum actione pœnali in duplum (quo tamen rei perſecutio etiam contineatur,) de rebus receptis tenetur exercitor [n]: at verò in hac actione tenetur caupo, tantùm de facto eorum, qui habitandi cauſa ibi ſunt, non etiam de facto eius, qui hoſpitio repentino recipitur, veluti viator [o].

VIII. Similiter exercitor omnium ſuſceptorum nautarum ſuorum, ſiue liberi ſint ſiue ſerui, factum præſtat, non etiam vectorum: culpæ enim ſuæ nomine tenentur hic, quod opera malorum hominum vtantur [p]. Si plures nauem exerceant, vnuſquiſq; pro parte, qua nauem exercet, tenetur [q] atq; hæc ſolam iudicia quamuis honoraria ſint, tamen perpetua ſunt, in hæredem autem non dantur [r].

IX. Sed non aliàs exercitor hac pœnali actione tenetur, quam ſi in ipſa naui damnum datum ſit: cæterùm ſi extra nauem, licet à nau-

tis

g. d. l. 1. §. ait Prætor cum §. ſeq. & d. l. ſed & ipſi §. 1. cum l. 5. nauta & l. 6. licèt. in prin. hoc tit.
h. d. l. 1. §. fin. cum l. 2 & l. 3. in prin. h. tit.
i. l. 3. §. 1. h. tit.
k. d. l. 3. § pen.
l. d. l. 1. § fin. cum l. 2. & l. 3. in prin. h. tit.
m. d. l. 3. §. 1. verſ. at hoc edicto.
n. d. l. 6. licèt §. in factum. l. vlt. § hæc actio. h. tit.
o. d. l. licet. §. in factum.
p. l. vlt. in prin. & 2. §§ ſeqq. h. tit. §. pen. I. De oblig. quæ quaſi ex delicto. naſc. l. vnica.) Furti aduerſus naut. caupo. ſtabula
q. d. l. vlt. §. ſi plures.
r. d. l. vlt. §. vlt. h. tit. & §. vlt. I. De oblig. quæ quaſi ex delict. naſc.

tis non præſtabit. Item ſi prædixerit, vt vnuſquiſq; vectorum res ſuas ſeruet, neq; damnum ſe præſtiturum, & vectores conſenſerint prædictioni, non tenebitur exercitor de recepto [f].

X. Poteſt etiam furtum damnumuè paſſus, furti damniuè iniuriæ actione vti cum nautis, vt certi hominis factum arguat, ſed vna contentus eſſe debet, & ſi cum exercitore egerit & obtinuerit, debet ei cedere actiones ſuas: ſed ſi abſolutus ſit exercitor hac actione, deinde agatur cum nauta, exceptio dabitur, ne ſæpiùs de eiuſdem hominis admiſſo quæratur: & contrà ſi de admiſſo vnius houinis actum ſit, deinde in factum actione aduerſus exercitorem agatur, exceptio dabitur [t].

f. d. l. 7. in prin. verſ. ſed non aliàs cum 2. verſ. ſeq.

t. d. l. 3. §. fin. & d. l. licèt. §. fin. d. l. vnica, ſ. Furti aduerſus. naut. caupo. vel ſtab.

FINIS SYNOPSEOS THESIVM SIVE Axiomatum Iuris, ad primam partem Pandectarum.

SOLI DEO GLORIA.

SYNOPSIS THESIVM SIVE AXIOMATVM IVRIS, AD Secundam partem Pandectarum ſeu Digeſtorum, Iuris Ciuilis Romani,

Authore

DETHARDO HORSTIO, I. V. DOCTOre, & in Academia Iuliæ Helmſtadiana Profeſſore.

E TENEBRIS LVCEM NON CONTRA



VIRTVS INVIDIAM VINCIT.

Cum gratia & Priuilegio.

HELMSTADII
Excudebat Iacobus Lucius Tranſyluanus.
Anno M. D. LXXXIII.

INCLYTO

ILLVSTRISSIMOQVE

PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO LVDOVVICO,

Sacri Romani Imperij Archidapiphero & Electori, Comiti Palatino ad Rhenum, Duci Bauariæ &c. Domino ſuo Clementiſſimo,

Dethardus H[illegible], I. V. Doctor ſalutem.

POſtquàm Inclyte Illuſtriſſimeq́ Princeps, Domine Clementiſſime, adoleſcens primùm in Iuriſprudentiæ doctrina perdiſcenda, deinde degustatis mediocriter omnibus huius artis [illegible], & adultior factus, in eiusdem huius doctrinæ præceptis [illegible] tradendis & communicandis, immenſam illam, quæ in [illegible] eſt, [illegible] huius amplitudinem, [illegible] atq; difficultatem expertus eſſem, cœpi ſtatim mecum cogitare, vnde nam hæc mala Arti noſtræ contingerent, & quæ nam medela huic rei quàm optima [illegible] poſſet: Hæc autem cùm diu multumq; & accuratè mecum perpenderem, tandem eò impulſus ſum, vt viderem, non aliunde quàm ex Dialectica diſciplina huic malo remedium [illegible] inueniri poſſe: [illegible] id etiam mihi, cùm primis [illegible] illa Dialectica deſcriptio, quam Petrus Hiſpanus & alij commemorarunt a, & quæ vulgò in ſcholis celebrari ſolet, qua dicitur, quid Dialectica a. lib. 1. Dialect.

)(2 ſit Ars

*ſit Ars Artium, ſcientia ſcientiarum, quæ ad omnium metho-
dorum ſeu doctrinarum principia viam habeat: Multo ve-
rò magis deinde in hac ſententia me eximij illius Ciceronis
authoritas confirmauit, qui in ſpecie de informatione Iu-
riſprudentiæ noſtræ diſquirens, cenſuit b, eam Artem adhi-
bendam, quæ doceat rem vniuerſam in partes tribuere, la-
tentem explicare definiendo, obſcuram explanare interpre-
tando, ambiguam primum videre, deinde diſtinguere, po-
ſtremò habere regulam, qua vera & falſa iudicentur, &
quæ quibus propoſitis ſint, quæ non ſint conſequentia: hoc
nomine etiam Scæuolam Cicero, reliquos omnes Iuriscon-
ſultos ſuperaſſe, teſtatur, quòd in hanc Artem omnium maxi-
mam, quaſi lucem attulerit, ad ea quæ confuſe ab alijs re-
ſpondebantur, aut agebantur. huius etiam Artis moderami-
ne adhibito, Cicero Iuriſprudentiam magis magnam atq;
vberem, quàm difficilem & obſcuram fore cenſuit. De-
niq; vt alia reticeam, ad hanc ſententiam capeſſendam reti-
nendamq́; animarunt etiam me omnium pariter Iuris an-
teceſſorum ſcripta ſtudiaq́;, vtpote cùm viderim, omnes in
hoc vnum ferè occupatos maximè eſſe, vt axiomata ſingu-
lorum Iuris reſponſorum colligant, axiomata quoq; inuenta
ac propoſita ampliationibus ſuis & limitationibus adiectis
declarent, nec non definitionibus & diuiſionibus præcipuas
Iuris partes exornent. Adductus itaq; ſum, vt pro virili
etiam meo, lumine Dialectico Artem noſtram illuſtrare co-
narer, & cũ prioribus meis laboribus, maximã partẽ Iuriſ-
prudentiæ continuis definitionib⁹ & diuiſionib⁹ iam antè com-*

comple-

b. *lib. 1. De oratore ad Quintum fratrem. & in Bruto ſuo.*

cupletare cœpiſſem, incidi paulò poſt in hoc ſtudiū, vt in axiomatum etiam collectione, aliorum Iuris Anteceſſorum æmularer diligentiam, & quod illi in ſingulis reſponſis feciſſent, id ego quantum tamen textus per ſe largiretur, ad ſingulos & vniuerſos titulos, ſecundùm Pandectarum ordinem attentarem. Quàm fœliciter ea res mihi ſucceſſerit vel non, aliorum ſit iudicium: Id certò ſcio, me, vt genuinum textus ſenſum ſingulis in locis exprimerem, omniaq; ac ſinguli, naturali ſua ac debita ſtatione, collocarem, plurimùm deſudaſſe, & maiores penè, quàm humanæ vires ferre poſſe videantur, à primo illo tempore, quo hoc opus aggreſſus ſum, ſuſtinuiſſe labores. Et ſanè quòd non tantùm, vt ordine ſuo omnia collocarem, ſed etiam vt dilucidè ſingula proponerem, diligenter ac ſollicitè laborauerim, res ipſa teſtabitur: Vt tamen vnum ex innumeris memorem, tres viſiones, in quodam ſuo reſponſo ſe retuliſſe Vlpianus ait c, vbi quæratur, num factus locupletior, an teneatur petitione hæreditatis. hic ſi quis neget diligentiam in elucidandis iuris reſponſis me adhibuiſſe, indagare ipſum & æſtimare velim perlectis iis, quæ ab aliis Iuris Anteceſſoribus hac de re ſcripta ſunt, an non in eruendis tribus iſtis viſionibus, induſtria etiam aliqua à me adhibita ſit d. Cum autem exiſtimarem, ad nullos alios magis, quàm ad Principes iſtos viros, hunc meum laborem deferri oportere, penès quos ſit legis vniuerſæ tam ſanctio, quàm etiam interpretatio, quæ quidem rata inuiolataq; futura ſit, in quorum poteſtate quoq; ſit, illas iam ante aliquot annos in Receſſibus

c. l. 25 ſed etſi lege. § adeo autem. ff. De petit. hæred.

d Dd. in d l. ſed etſi lege §. adeo autem & vide ad eundem tit. Synopſ. in hanc. nu. 30.

Imperij c, *clementiſſimè promiſſas, grauiſſimarum Iuris controuerſiarum deciſiones perficere atq; publicare, (quo re certè nihil ferè eſt, quod cunctis cunctorum curatorum conſeſſibus gratius contingere poſſet, nihil eſt etiam quod labores omnium eorum, qui iudicialibus deſeruiunt certaminibus, magis minuere vel ſubleuare poſſet, nihil quod toti Reipublicæ glorioſius atq; honorificentius) cùm inquam principibus iſtis viris hanc meam operam nuncupandam eſſe cenſerem, & Synopſin meam axiomatum primæ partis Pandectarum, Auguſtiſſimæ Cæſareæ maieſtati, Domino meo Clementiſſimo dedicaſſem, ad tuam Celſitudinem Inclyte & Illuſtriſſime Princeps, vtpote qui & in ordine reliquorum ſecularium Principum & Electorum primus, & tam virtute quàm etiam pietate nemini ſecundus, Synopſin meam axiomatum ſecundæ partis Pandectarum, meritò confugere debere, mihi viſum eſt. Hunc itaq; theſium ſiue axiomatum ad ſecundam partem Pandectarum Iuris Ciuilis Romani collectorum, faſciculum, tanquam humillimi Clientis purum putum, quamuis perexiguum munuſculum, vt Celſitudo tua Clementi animo ſuſcipiat, neq; paruitatem iſtarum pagellarum, ſed quantis moleſtijs ſudoribus atq; vigilijs eæ conſcriptæ ſint, æſtimet, & me meaq; ſtudia, ſub vmbra alarum ſuarum deliteſcere Clementiſſimè patiatur, ſuppliciter rogo atq; obſecro. Æternus altiſſimusq; Deus, qui ſecundùm immenſam φιλανθρωπίαν ſuam, tum clariſſima luce Euangelij ſui, quod vt ait Diuus Paulus reconditum fuit a ſeculis, patefecit autem Deus in fine mundi*

c. Im Reichs abſcheidt zu Speir gehalten An. 1570. art 3 §. Damit aber alle verenderung/

miſſo

miſſo filio ſuo, etiam bonarum Artium ſtudia ad perfectiſſimam vult venire conſummationem, Illuſtriſſimam Celſitudinem tuam, quam diutiſſimè incolumem ſeruet atq; tueatur. Helmſtadij, in Academia Iulia, 7. Calend. Auguſti, Anno reparatæ ſalutis. 1583.

Illuſtriſs. Celſit: tuæ

addictiſs.

Dethardus Horſtius, Friſius Orientalis, I. V. Doctor.

DIGESTORVM SIVE PANDECTARVM
Iuris Ciuilis Romani,

Pars Secunda.

LIBER QVINTVS.

Diſputat. I. Reſpond. Paulus Tœkius, Kilonienſis, Holſatus.

DE Iudicijs: Tit. 1.

1. 2.	*Iudicium quid & quibus perſonis conſtituatur?*
3.	*Lis quibus partibus conſtituatur?*
4.	*Iudicium quibus partibus conſtet?*
5. 6. 7.	*Mandatorum & ſententiarum quæ varietas?*
8 9.10.11.12.13.	*Iudicia quomodò diſtinguantur, & quod ſit Competens vel Incompetens iudicium?*
14 15.	*Iudicium Eccleſiaſticum Seculare, Ordinarium Delegatum, Prorogatum.*
16.	*Qui non poßint eſſe Iudices?*
17.	*Iudicium Ciuile, Criminale, Publicum, Priuatum, Petitorium, Poſſeſſorium.*
18.	*Iudicium Conuentionale, Reconuentionale*
19. 20.	*Iudicium Primarium, Appellatorium, Summarium, Solenne.*
21. 22.	*Si dubitet iudex quid ſit pronunciandum, vel ſi pars ſolutioni ſeſe offerat?*

I. IVdicium eſt, hoc loco, actus, quo iudex iuris aliquam controuerſiam, quæ inter Actorem & Reum conſiſtit, publica ſua authoritate expedit [a].

II. Diſceptationem enim iudicialem conſtituunt litigantes & iudex [b], & quidem litigantes, ad controuerſiam ſuam fœlicius peragendam, procuratoribus vtuntur & aduocatis [c]: iudex

Aa

a. tex eleg in c. forus x. de verb. ſignif. & in c. 1. 23. q 1. l. 62. inter litigantes. h. tit. l. 74 de qua re. in prin. & §. 1. cum Auth. ſi vero contigerit C. h tit l. 38 Lucius Titius. ff. Mand. cum ſimilibus.

b. d. c. forus. verſ. in omni. d. l. 62 inter litigantes. h. tit.

c. l. 1. in prin. ff. de procurato. l. 63. rectè defendi. h. tit. l. 14. aduocati. C. de aduoca. diuerſorum iudiciorum.

iudex ad controuerſiam litigantium fœlicius determinandam vtitur aſſeſſoribus [d], ſcribis [e], & viatoribus [f].

III. Lis autem, præterquàm quòd conſtet Actione & Exceptione, Replicatione, Duplicatione, Triplicatione, Quadruplicatione [g], quæ vel ad præparatoria litis, vel ad merita cauſæ [h] ſpectent, etiam has principales complectitur partes, Litis conteſtationem, Reſponſiones, Probationes & Concluſiones [i].

IIII. Iudicij autem partes, Iudicis officio conſiderato, ſunt, quod cauſa cognoſcatur, vel aliquid in ea ſtatuatur [k]: & quidem cognitio cauſæ in omnibus litis iudicijq; partibus diligens adhiberi debet, neq; quicquam ſine diligenti actorum reuiſione pronunciari [l].

V. Statuitur autem aliquid in cauſis, aut mandatis emiſſis, aut pronunciatione ſimpliciter facta [m]. Mandatorum magna eſt diuerſitas: non ſolùm enim citatio & dictio dici mandatum expeditur, ſed literæ etiam compulſoriales, inhibitoriæ, commiſſionales, executoriales, monitoriales, & huiuſmodi alia ſexcenta, ſicut vſus atteſtatur practicus, mandata continent [n].

VI. Pronuntiatio aut decretum eſt, aut ſententia: Decretum enim licet aliâs pro omni pronuntiatione accipitur: tamen ſpecialiter dici ſolet illa pronuntiatio, qua leuius aliquod dubium reſoluitur, ſicut Sententia contra dicitur, qua grauior aliqua controuerſia dirimitur [o]. Atq;

d. l. 1 & l pen. ff. de offic. aſſeſſo. l. 1. et l. 11. non minus. C de aſſeſſo.

e. c. quoniam contra falſam. x. de probat.

f. §. tripli. & §. quadrupli. I de act l. vlt. C de ſport.

g. tex. in prin. tit. I de except. & tit. ſeq de replicat l 1. & 2 ac paſſim tot. tit. ff. de except.

h. gl. in verſ. inchoatum. iuncto textu in l. 1. C de plus petit. l. 19 quatem. §. fin. ff. de arbit. l. 1. C. de iudic. l. 18 ff. poſt acceptum. ff. de rei vend. Bart. in l. 3 nu 6 ff. de furt. Reb. Maran. in ſpeculo ſuo, parte 6 1. memb. nu. 1. et 2. & 10. memb. nu. 1. & 2.

i. clem. ſæpe de verb. ſign. & d. c. quoniam contra falſam. x. de probat.

k. d. c. forus. verſ. iudex. x. de verb. ſig d. c. 1. 2. 3. q. 1 c ſi quis diuinis. c nullum. et c vlt. 30. q. 5.

l. d. c. ſi quis diuinis. cum 2 ſeq. 30. q 5 c. po[...] d. rei d. 50. c. 1 ſemper & c Deus omnipotens. 2 q. 1. c ſummopere. 11 q. 1. Felinus in c. Eccleſia S. Mariæ x. vt lite pendente nihil innouetur.

m. d. l. 1 ff. de offic. aſſeſſo. l. 14 quod iuſſit. ff. de re iudica. cum ſimil.

n. vide in der Keyſerlichen Camergerichts ordnung parte 2 tit. 23 von Mandaten. And. Geyl obſ. pract. lib. 1 obſ. 4 cum ſeqq.

o. vide in der Keyſerlichen Camergerichts ordnung parte 3. tit. 47. von Urtheilen.

VII. Atq; hæc aut Interlocutoria eſt, qua controuerſia de præparatorijs iudicij, vel quæ alia incidens, determinatur [p]: aut Definitiua, qua principalis totius cauſæ controuerſia determinatur [q].

VIII. Sed præter has litis iudicijq; partes multæ exoriuntur aliæ iudiciorum diuerſitates, partim ab ipſius iudicis officio, partim à cauſarum varietate, partim ab ipſa iudiciorum diuerſa forma promanantes, quæ diuerſum iudiciorum vſum, propriamq; obſeruationem eleganter explanant [r].

IX. Sic enim iudicium diſtinguitur, primum quòd ſit competens vel incompetens: Competens eſt, quod à competente exercetur iudice: cuius ſcilicet ſuper lite mota iuriſdictio ſit: Ideoq; hoc, ſi nihil aliud obſtet, validum habetur, eiq; parere neceſſe eſt [s].

X. Incompetens contra, quod ab incompetenti exercetur iudice: cuius ſcilicet ſuper lite mota iuriſdictio non ſit: ideoq; ei parere neceſſe non eſt [t].

XI. Competens autem iudex dicitur, non ſolùm qui rem litigoſam in iuriſdictionis ſuæ territorio poſitam, & tam Actorem quàm etiam Reum ſuæ iuriſdictioni ſubiectum habet, verùm etiam qui ſolum Reum ſibi habet ſubiectum, quia Actor, vt dicimus, ſequitur forum Rei [u].

XII. Reus quidem competens forum habet regu-

p. d. l. 14 quod iuſſit ſ. de re iudicata.

q. l. 1 ſ. de re iud. l. 3. C. de ſententijs & interlocut. om. iud. Camergerichts ordnung *d. parte. 3 tit. 47* von vrtheilẽ *Duran. in ſuo ſpec. tit. de ſent. prol. Maran. in ſuo ſpec. parte 6 tit de ſent. defin. & interloc gl elegans in clem. 1. de ſequeſt. poſ. et fruct. vide Illuſtriß. Iulij F. B.* Hoffgerichts ordnung *tit. 65.* von verfaſſũg auſprechung der vrtheil.

r. videre potes apud Robert. Marantam. in ſuo ſpec. qui totam quartam partem ſpeculi ſui hac tractatione complet, & 22. diſtinctiones iudiciorum accumulat.

s. d. l. 1. ſ. de re iud. c. 2. c. de cætero. c. lator. c. conſanguinei. c. cauſam. c. ſuborta. & c. quamuis. x. de ſent. et re iud. clem. 1. de ſent. & re iud.

t. l. vlt ſ. de iuriſd. om iud. l. vlt. & toto tit. C. ſi à non compet. iud. & ſimil. tit. in decreta. ſexto. & Clementin. de foro compet. & tit. C. de iuriſd. om. iud. & de foro compet.

u. l. 3. in prin. ſ. de alien. iud. mut. cauſa facta. l. 5. in criminali. C. de iuriſd. om. iud. l. vlt. C. vbi in rem act. exerce. debe. § 1 N 83. vt clerici apud prop. epiſc. c. ſi clericus et c. cum ſit. x. de foro comp. c. experientia. & ſeq. 11. q. 1. c. 3. & c. neminem. 3 q. 6.

regulariter, in loco domicilij ſui [x]: adeo vt etiam hæres ſe ibi defendere teneatur, vbi defunctus domicilium habuit, neq; excuſetur proprio fori priuilegio [*]: Interdum etiam id in conſiderationem venit, vbi res ſita ſit [y].

XIII. Sortitur etiam quis ſubinde forum ratione contractus, & quaſi contractus [z], ſi modo non omnino vt aduena aut viator [a] contraxerit: imo vero ratione delicti quoq; [b]: & quidem olim omnes prouinciales ſi Romæ inuenti & iudicio pulſati eſſent, ibi ſeſe defendere tenebantur, niſi poteſtatem ſingulariter haberent domum reuocandi, vt legati & qui teſtimonij, vel iudicandi cauſa euocati eſſent [c], attamen hi quoq; vocati ad tribunal prætoris venire, & priuilegia ſua allegare tenebantur [*].

XIIII. Competens porro iudicium eſt Eccleſiaſticum, aut Seculare, ratione videlicet Eccleſiaſtici iudicis & cauſæ, Secularis iudicis & cauſæ [e]: Item Ordinarium aut Delegatum propter ordinariam ſcilicet, aut ſingulariter demandatam iuriſdictionem [f].

XV. Poteſt etiam conſenſu litigantium, & præſertim Rei conuenti, iudicium fieri competens, quod alioqui erat incompetens, qua ratione prorogari iudicium dicitur, indeq; iudicij Ordinarij & Prorogati diſtinctio ducta eſt [g]: partes autem conſentire ſufficit [h], dum ſciant ſe iuriſdictioni eius non ſubiectos [i], attamen in illum conſentire oportet, qui tribunali præeſt.

x. *l. 2. C. de iuriſd. om. iud. & de foro compet. l. 50. ſi fideicommiſſum. §. fin. l. 65. exigere. h. tit.*

*. *l. 19. hæres abſens. in pr. l ſi is qui Romæ. h. tit.*

y. *l. 38. quod legatur. l. 50 ſi fideicommiſſum. l. 52 ſed etſi ſuſcepit. § 1. & ſeq. h t.*

z. *d l. hæres abſens. § 1 et 2. ſeqq. l. 42. ſi vxor. l. 45. argentarium. h. tit.*

a. *d. l. hæres abſens. §. proinde.*

b. *l 3. ſ. de offic. præſid. c. 2 3. q. 6. gl. & Dd. in l. 1 C vbi de crimin. agi opor. Bart. in l. 48. ſi dominium. de furt. et in l. 10. ſi abducta. C. de furt et ſeruo corrupto.*

c. *l. 2. §. legatis cum ſeqq. l. 7. ſi quis poſteaquam. cũ l. ſeq l. 24. non alias. cum 4. ll. ſeqq l. 36 interdum. §. Senator l 39. cũ furioſo. § ſi h t.*

d. *l. 5 ſi quis ex aliena. h. tit.*

e. *fa. tex. in N. 83 vt cler. apud pro. epiſc. copioſè ſatis Maranta in ſuo ſpec. parte 4 tit. de iudicio ſecula et eccleſiaſt.*

f. *l. 5. more maiorum. cum l. ſeq. l. 13. eum qui. ſ. de iuriſd om iud toto tit. ſ. de off. eius cui mand eſt iuriſd. tot. tit. x. de offic. ind ord & tit. de off. & poteſta iud. deleg.*

g. *l. 1. & 2. h tit. l. 1. C de iuriſd. om iud. c. ſignificaſti x. de foro compet.*

h. *l. 2. § 1. l. 3 non videtur. l. 51. quamuis. h. tit.*

i. *d. l. 2 in prin.*

eſt, vel aliam iuriſdictionem habet [k]: rurſus inter aliquos iudicium regulariter eſſe omnino non poteſt, puta inter patrem & filium, dominum & ſeruum [l].

XVI. Quidam etiam iudices eſſe omnino prohibentur, vt in primis Natura illi, qui ſurdi, muti, furioſi, vel impuberes ſunt: Deinde per legem, qui ſenatu motus eſt: Moribus, fœminæ & ſerui [m]: quamuis alioqui & patresfamiliarum & filij familiarum & cæci etiam [n], Iudices eſſe poſſint [o]. & vnum idemq; cenſeatur & anteceſſoris & ſucceſſoris Iudicium [p].

XVII. Secundò, principaliter diſtinguitur judiciũ in Ciuile & Criminale, Priuatum & Publicum, quòd cauſa ſit ciuilis aut criminalis, priuata aut publica [q]: & ciuile quidem, aut Petitorium eſt, in quo integra alicuius iuris controuerſia vertitur, aut Poſſeſſoriũ, in quo tantùm de poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione contẽditur [r]: & horum vtrumq, rurſus, aut Vniuerſale eſt, aut Singulare [ſ].

XVIII. Tertio quia Reo, qui conuenitur in ſuo foro, reconueniendi Actorem, poteſtas datur, diſtinguuntur etiam iudicia in Conuentionalia & Reconuentionalia [t]: de Recõuentione illud obſeruandum, quod vt pari paſſu cum cauſa Conuentionis ambulet Reconuentio, inſtitui debeat ante litem conteſtatam [u].

XIX. Quarto diſtinguitur judicium, quòd Primarium ſit, aut Appellatoriũ: illud primæ, hoc ſecundæ, aut tertiæ eſt inſtantiæ. & qui-

k. l. 1 & l pen. h. tit. l 3. C. de iuriſd. om. iud.

l. l 4 l. nulla l 11. ſi à me. l. 53 vix certis. h tit.

m. l. 12 cum prætor. § non autem l. 46 iudex datus. h tit.

n. l. 6. cæcus. h tit.

o. d. l. cum prætor § fin. l. 77. in priuatis. h. tit.

p. l. 55. edictum l. 60. mortuo l. 76. proponebatur. h. tit.

q. vide Maranam d parte. 4 de iudicio ciuili. et crim.

r. l. 24. is qui deſtinauit ſ. de rei vend. l. 35 exitus. ſ. de acquir. rer. dom. l. 18. cum fundum. §. fin. ſ. de vi & vi arm. l. 14 et an eadem. § fin. ſ. de except rei iud c. paſtoralis. et toto tit x. de cauſa poſſeſſ. & proprieta. l 37. pro ſocio arbiter. in prin. ſ. pro ſocio.

ſ Maran in ſuo ſpeculo d. parte 4. tit. de iud. vniuerſ. gene. & ſpeciali.

t. d. l. 2. § item ſi extra verſ. ſed ſi agent. h tit. l. 22. qui non coguntur h tit l 14 & Papinianus. cum Auth. & conſequenter. C de ſententijs & interlocut. om. iud l. 1. l. 19. neganda C. de his qui accuſa. non poſſ l. 5. is qui Reus ſ. de publ iud. c. 1. & 2. x. de mutuis petition.

u. d. c. 1. vbi Felin. x. de mut petit. clem. ſæpe verſ. ſi verum vbi Can de verb ſign.

dem in hoc, etiam non deducta, deduci, & non probata probari [x] poſſunt.

XX. Deniq; iudicium aut eſt Summarium, quod ſingulari celeritate & ſinè ſolennitate peragitur [y]: aut Solenne, quod tractim & cum ſingularium ſolennitatum obſeruatione peragitur [z]. ita videlicet vt ad citationem etiam peremptoriam, non niſi tribus alijs præmiſſis, aut vna pro omnibus facta, & aucto tempore perueniatur [a].

XXI. Iudicibus de iure dubitantibus, præſides reſpondere ſolent: de facto conſulentibus, non debent præſides conſilium impártire, verùm iubere eos, pro vt religio ſuggerit, ſententiam proferre: hæc enim res nonnunquam infamat, & materiam gratiæ vel ambítionis tribuit [b].

XXII. Si debitori meo velim actionem edere, & is fateatur ſe debere, paratumq; ſeſe dicat ad ſoluendum, audiendus erit, danduſq; dies, cum competenti cautela, ad ſoluendam pecuniam: neq; enim magnum damnum eſt in mora modici temporis: modicum autem tempus hic intelligendum eſt, quod poſt condemnationem indulgeri ſolet [c].

x. l. 1. & toto tit. ff. de appellat. & aliquot tit. ſeqq. & C. eo. item in decretalibus et in 6. eo. tit.

y. clem. ſæpè de verb. ſig. & conſtit. extravag. ad reprimendam. de crim. læſæ maieſta.

z. l. 1. & Auth. offeratur. C. de litis conteſta. l. 4 prolatam. C. de ſententijs & interlocut. om. iud. c. quoniam contra falſam. x. de probat. cum ſimil.

a. l. 58. ad peremptorium. cum 5. ſeqq. h. tit.

b. l. 79. eum quem temerè. §. fin. h. tit.

c. l. 21. ſi debitori meo. h. tit. & vide omnia, quæ ad tractatum iudiciorum pertinent, copioſius explicata, in Tribonianea noſtra Iuriſprudentia, eiuſq; dotalitio. lib. 4.

Diſpu-

Diſputat. II. Reſpond. Arnoldus Longimannus, Mengersbuſius.

De inofficioſo Teſtamento: Tit. 2.

1. 2.	*Continuatio, & quid ſit querela inofficioſi teſtamenti?*
3. 4. 5. 6.	*Quibus competat hodie querela, & quibus caſibus?*
7. 8. 9. 10. 11. 12.	*Quomodò, contra quos, & ad quid detur, cui proſit?*
13. 14. 15.	*Quid in acceſſorijs teſtamenti, & quàm diu querela hæc competat?*
16. 17. 18.	*Quæ ſit ratio intentandi querelam hanc?*
19. 20. 21. 22.	*Quibus caſibus ceſſet inofficioſi querela?*
23. 24.	*Petitioni legitimæ, aut actioni ad ſupplementum, an renunciari poſſit, & quid legitima?*
25. 26. 27. 28.	*Si calumnioſè inſtituatur querela, vel rectè obtinuerit.*
29.	*Querelæ inofficioſi iungitur Petitio hæreditatis.*

I. EST tamen alia paulò iudiciorum ſignificatio, cùm ipſas perſecutiones & actiones, ſeu cauſas Iudiciorum, & ipſa iura perſecutionum actionumq;, in Iudicium deducta, Iudicia vocamus: atq; hac ratione aliquot perſecutionum ſeu Iudiciorum ſpecies ex ordine ſubijcien dæ erunt, & in primis Inofficioſi teſtamenti querela [a].

II. Dicitur autem Inofficioſi querela perſecutio, ſeu imploratio officij Iudicis [b], qua teſtamentum, vt iniuſtum reſcindi petitur, ab eo, qui ſe contra pietatis officium, iniquè ab hæreditate excluſum dicit [c].

III. Omnibus enim, non ſolum naturalibus & legitimis [d], ſed etiam legitimis tantum ſeu ado-

a. ita accipitur etiam iudicij vocabulum in l. 13. in tribus, & l. 41. in omnibus. l. 67 tam ex contractibus. ſ. De iudicijs.

b. l. 2. & 3. l. 5. nam & his. l. 21. eum qui. in prin. & §. fin. l. 22. ſi proponas. §. fin. l. 27. ſi inſtituta in prin. & §. pen. l. 29 ſi ſuſpecta. §. pen. & vlt. l. pen. in prin. & § fi. h. tit. l. 12. ſi pater puellæ. l. 14. eũ qui. l. 16. contra maiores. l. 25 filius. C. h. tit.

c. l. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. in prin. l. 17. qui repudiantis. § fin. h. tit. & paſſim C. eod. tit.

d. d. l. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. in prin. l. 13. Titia. l. 14. pater. l. 16. filio. in prin. & § fin. l. 22 filius matris. l. 27. ſi inſtituta. §. fi. cum l. ſeq. l. 30. aduerſus. in prin. h. tit. l. 1. l. 3. l. 7. neptem. l. 15. filiam. l. 17. cùm filium. l. 28. liberi. C. eod.

adoptiuis liberis [e], contra teſtamenta parentū, imò parentibus quoq; contra teſtamenta liberorum, inofficioſi querelam mouere permiſſum eſt [f]: & rurſus filio etiam competit inofficioſi querela, qui negatus eſt eſſe filius, in teſtamento, & ob id hæres non eſt inſtitutus [g]: item de inofficioſo teſtamento matris, ſpurij quoq; filij dicere poſſunt [h].

IIII. Soror & frater, turpibus perſonis ſcriptis hæredibus, prælati ſunt: vltra fratres autem & ſorores agnati cognatiuè, nullo modo aut agere poſſunt, aut agentes vincere: ideoq; melius facient, ſi ſe ſumptibus inanibus non vexent, cum obtinere ſperare non habeant [i].

V. Et quidem hodie querela inofficioſi teſtamenti locum habere dicitur; cùm exhæredatio, iuſta cauſa adiecta, facta eſt, ſed probari exhæredationis cauſa non poteſt, ab hærede ſcripto [k].

VI. Deinde verò ſi frater aut ſoror, fratris vel ſororis velit impugnare teſtamentum, turpi perſona hærede inſtituta [l].

VII. Impugnatur autem teſtamentum per inofficioſi querelam, eo colore, quaſi non ſanæ mentis fuerit teſtator, cùm teſtamentum faceret: atq; ita debitæ pietatis immemor, hæreditate ſua eum priuarit, cui relinquere omninò illam oportebat [m].

VIII. Petitur enim hac perſecutione reſcindi teſtamentum, quaſi contra pietatis officium factum, vt reſciſſo eo, aditioni hæreditatis ab inteſtato locus fiat, quaſi teſtamentum non factum

e. § *tam autem. l. h. tit. l. 29. ſi ſuſpecta. § pen. h. tit. l. 4. C. de liber. præter. vel exhæred.*

f. *d. l. 14. pater. cum reſpõſo. ſeq. l. pen. § 1. h. tit. l. 17. cùm filium l. 23. liberi. C. eo.*

g. *l. 27. ſi inſtituta. § 1. h. tit.*

h. *l. 29. ſi ſuſpecta. § de inofficioſo. h. tit.*

i. *l. 1. h. tit. l. 21. fratris. et l. 27. fratres C. eod. § non autem I. de inoff. teſta.*

k. *Dd. ad rubr. & prin. tit. I. de inoff. teſtam. item in rub. hac. & C. eo. item in l. 5. nam & his. h. tit. & in Aut. ex cauſa vbi Bald. nu. 2. & 22. Iaſon nu. 18. C. de lib. præ. & r. Bart. in l. 1. C. de teſtam.*

l. *Dd. in locis iam allegatis.*

m. *d. l. 2. 3. 4. & 5. l. 17. qui repudiantis § fin. h. tit.*

factum non eſſet & alius ſcriptus hæres non eſſet [n], reſtituaturq; hæreditas cum fructibus [o].

IX. Intentatur quippe querela inofficioſi contra hæredem ſcriptum, poſt aditionem hæreditatis [p], cuiuſcunq; tandem is ſit conditionis & dignitatis, etiamſi imperator ſit [q], ſiue etiam ex liberis ſit [r], ſiue extraneus [s]: imò etiamſi mater ſit [t].

X. Imò aduerſus hæredem etiam hæredis, querela inofficioſi competit [u], itemq; aduerſus alium eius ſucceſſorem, puta aduerſus Fiſcum [x], vel fideicommiſſarium vniuerſalem [y]: non tamen his, qui in poſſeſſione ſunt, poſſeſſio aufertur, antequam per querelam inofficioſi vicerit actor [z].

XI. Perſequitur autem & petit quis per inofficioſi hanc querelam, illam partem, quā ab inteſtato habiturus eſſet [a]: quanquam ſi ſolus aliquis inofficioſi querelam intentârit, is eauè qui quæuè non egit, aut non obtinuit, puta frater aut ſoror, in hæreditate legitima fratri vel ſorori non concurrit [b].

XII. Niſi tamen negligentia aut culpa ei, qui tacuit, nulla imputari poſſit: hic enim ad ſucceſſionem legitimam ſimul admitti debet, ſicut & is, contra quem querela inofficioſi intentata fuit, ſi talis ſit, vt alias etiam ab inteſtato ſimul ſucceſſurus eſſet [c].

XIII. Adeò verò per inofficioſi querelam teſtamentum euerti ſolet, vt legata quoq; & libertates, quæ in teſtamento relictæ eſſent, perirent [d]; ſed hodiè ex cauſa præteritionis

n. d l.2 3.4 5 & l 6 poſthumis in prin. & §. ſi quis ex his l. 8 l. pl[illegible] § pen l.15. nam etſi parentib. § fin. l. 16. filio § fin l 17. qui repudiantis § fin. l. 21. eum qui. §. fin. h tit l 13. cum duob. l. 22 ſi maritus. C. eo.

o. d. l filio. § fin h. tit.

p. d l.27. ſi inſtituta § pē. l. pen. §. 1. h. tit.

q. d. l. Papinianus. §. ſi imperator. h. tit.

r. l.16 filio. cum aliis ſimilibus. h. tit. l. 3. C. eod.

s. d. l 6. poſthumo § ſi quis ex his h tit l. 3. C eod.

t. l 22. ſi maritus. C. h. tit.

u. l.10 ſi heredum. C. h. ti.

x. d. l. ſi heredum. C. h. ti.

y. l 1 C h. tit.

z. l. 2 C h tit.

a. l. 15 nam etſi parentibus. § fin. l. 19. mater decedens. l. 20 qui de inofficioſo, in fine. l. 24. circa inofficioſi. h. tit.

b. d. l. 16. filio. in prin. h. ti.

c. l 17. qui repudiantis. in pr. l. 23 ſi proponas. § ſi h. t.

d. d l. Papinianus. §. ſi ex cauſa. l. 13. Titia d. l. 17. qui repudiantis. § fi. cum l ſeq. l. 21. eum qui. §. fi. l. 26. ſi ſub hac. l. 28. cùm mater. cum l. ſeq. in prin. h. tit. l. 4. cùm ex cauſa. l. 13. cùm duob. C. h. tit.

vel exhæredationis, irritum tantùm redditur teſtamentum, quantum ad inſtitutionem, cæteris capitulis firmis permanentibus [e].

XIIII. Non tamen perpetuò, querela inofficioſi competit, ſed intrà quinquennium à tempore aditæ hæreditatis proponi debet [f]: attamen contra maiores 25. annis duplicem actionem inferentes, primam quaſi teſtamentum non ſit jure perfectum, alteram quaſi inofficioſum, licet iure perfectum, præſcriptio quinquennalis temporis ex prioris iudicii mora non naſcitur [g]: & ſi ſcriptus hæreditatem adire differat, officio Iudicis compelli debet hoc facere [h], & partis tertiæ auctione punitur ſi legitimam hæres ſcriptus tamdiu ſoluere diſferat, donec iudiciali authoritate compellatur [i].

XV. Quòd ſi ante aditam hæreditatem filius iniquè exhæredatus deceſſerit, tranſmittit querelam etiam non præparatam, ad ſuam poſteritatem: ad extraneos autem hæredes non aliter, quam ſi eam præparauerit [k].

XVI. Poteſt etiam is, qui eſt in poſſeſſione bonorum, filius nimirum, in modum exceptionis, quaſi per querelam ſe tueri, puta contra extraneum, qui fortè in teſtamento hæres ſcriptus eſt, filio exhæredato [l].

XVII. Si is, qui admittitur ad accuſationem inofficioſi, nolit aut non poſſit accuſare, ſequens admitti poterit [m]. Si quis & irritum dicat teſtamentum vel ruptum, & inofficioſum, conditio ei deferri debet, vtrum priùs mouere velit

e. *Auth. ex cauſa. C. de lib præter. vel exhered. § aliud quoq; capitulum. verſ. pe. & vlt. & § ſeq verſ vlt N. 115. vt cum de appellat. cognoſcitur.*

f. *d l. Papinianus. §. vlt. cum l ſeq h. tit*

g. *l. 16. contra maiores. C. h. tit.*

h. *l. 36 ſcimus antea § fi. C. h. tit.*

i. *l. 33 ſi quis ſuo. in prin. C h. tit.*

k. *d. l. 6. poſthumus § fin. cum l ſeq. h. tit. l. 5. ſi pater. & l 34 ſi quis filium & d. l. 36 ſcimus antea. in fine. C. h. tit.*

l. *d l 8 Papinianus. § ſi filij exhæredatus. h tit.*

m. *l pen. in prin h. tit. & fac 105. tit ſ. de ſucceſſo. edic.*

velit [n]: qui enim teſtamentum inofficioſum dicit, nec actiones mouere debet, nec aliam vllam, quam hæreditatis petitionẽ exercere, nec ali [o], niſi inopia vrgente [p].

XVIII. Pater filij ſui nomine, inuito eo, querelam inofficioſi teſtamenti inſtituere non poteſt: & rurſus ſi filius poſt agnitam, litis ordinandæ gratia, bonorum poſſeſſionem, deceſſerit, finitam eſſe inofficioſi querelam, quę non patri ex ſua perſona, ſed nomine filij dabatur, ex Iureconſulti Papiniani ſententia Vlpianus reſpondit [q].

XIX. Si quis impubes arrogatus ſit, ex his perſonis, quæ & citra adoptionem & emancipationem, queri de inofficioſo poſſunt, remouendus erit, à querela: quòd ſi egit nec obtinuit, aut non admittendus erit, ad inofficioſi querelam, aut ſi admittatur, etſi non obtinuerit, quarta ei, quaſi æs alienum, concedenda eſt [r].

XX. Sunt & alij quidam caſus, in quibus querela inofficioſi teſtamenti locum non habet, veluti ſi ab inſtituta accuſatione inofficioſi ſemel quis deſtiterit [ſ], ſinè fraude hæredis [t], ſi iudicium defuncti, legatum aut fideicommiſſum ſibi relictum, agnouit, vel quo alio modo teſtatoris diſpoſitionem pro ſua perſona comprobauit [u].

XXI. Sed nec is de inofficioſo agere poteſt, qui iuſtè eſt exhæredatus [x], neq; propter ſecundas tabulas à patre factas admittitur inofficioſi querela [y], neq; matri ea datur aduerſus ſecundas

n. *d. l. 8 Papinianus. § ſi quis & in ...*

o. *d. l. 2. qui de inofficioſo. in fine. h. tit. & vide l. 14. eum qui. cum ſeq. C. eod.*

p. *d. l. 27. ſi inſtituta. §. pen. h. tit.*

q. *d. l. 8. Papinianus. in prin. h. tit.*

r. *d. l. Papinian. §. ſi quis impubes.*

s. *d. l. Papinianus. §. 1. d. l. 15. nam etſi parentibus. §. 1.*

t. *l. 21. eum qui. in prin. h. tit.*

u. *d. l. Papinianus. §. ſi conditioni. cum § ſeq. l. 12. nihil intereſt. in prin. & reſponſis ſeq. l. 2... ſi proponas. § hæreditatem l. 30. aduerſus. §. 1. l. pen § ſi hæres cum ſeq. & l. vlt. h. tit. l. 8. parentibus. verſ. qui autem. C eod.*

x. *l. 11 in ... eam. l. 18. cum te l. 1... ſi filiam. cum auth. ſeq. l. 20. filia. l. 23. teſtamento. l. 28 liberi. l. 30 omnimodo. in prin. et l. 33. ſi quis ſuo. § fin. C. h. tit.*

y. *d. l. 8 Papinianus. §. ſi quis impuberi. h. tit. l. 26. ex tribus. C eod.*

das tabulas filio impuberi à patre eius confectas, neq; rurſus patris fratri, neq; fratri impuberis, ſi patris tabulas de inofficioſo non accuſauit: ſed ſi in patris teſtamento, filij obtentum eſt, nec hoc valebit, niſi pro parte patris reſciſſum eſt: tunc enim pupillare valet [z].

XXII. Militis quoq; teſtamentum de inofficioſo accuſari nequit [a]: item is, qui legitimam, quam vocant, portionem hæreditatis, conſecutus eſt, de inofficioſo agere non poteſt [b], & ſi quis integram legitimam conſecutus non ſit, ad ſupplementum actio datur [c].

XXIII. Neq; pactum, quo huic actioni de inofficioſo teſtamento acceptis rebus certis renunciatum eſt, ratum habetur [d], neq; per pactum, quòd res datæ acceptæq; computari in legitimam debeant, excluditur actio de ſupplemento, niſi ſpecialiter dictum ſit, quòd parte data acceptaq; contentus eſſe debeat [e], vel per iuramentum ſit renunciatum [f], vel cum hæredibus poſt mortem teſtatoris, ita pactum tranſactum [g].

XXIIII. Legitima autem illa olim quidem quarta erat [h], ſed nouiſſima lege cautum eſt, vt ſi quatuor ſint filij vel pauciores, ex ſubſtantia morientis triens, ſi plures ſint, ſemiſſis debeat illis hæreditario titulo relinqui, ex eo quo inter ipſos diuidendus, ita vt huius portionis nec vſufructu defraudari liberi à parentibus debeant [i]: quamuis alioqui in legitimam etiam

z. d. l. Papinianus. §. ſed. nec impuberis.

a. d. l. Papinianus. §. Papinianus cum §. ſeq. & d. l. 27 ſi inſtituta, §. de inofficioſo h. tit. l. 9. de inofficioſo. l. 24. teſtamentum cum l. vlt C. h. tit.

b. d. l. Papinianus. § ſi quis mortis cauſa et §. quoniam. d. l. 25. ſi non mortis. in prin. h. t. l 6. cùm quæritur et l 8. parentibus. C. eod. §. ſed hæc ita. I. h. tit. §. 1. N 18. de triente & ſemiſſe. & §. aliud. quoq; capitulum. N. 115 vt cum de appell. cognoſ.

c. d § ſed hæc ita et § fin I. h. tit. l. 30. omnimodò in pr. l. 31. quæ nuper. l. 32. quoniam & l. 36 ſcimus C. eod. et d § 1. N. de trien. et ſemiſ.

d. l. 35 ſi quando. §. illud etiam. C. h. tit.

e. d. l. ſi quando. §. & generaliter.

f. c. quamuis de pactis. in 6. & eſt caſus ſimilis. in c. cùm contingat. x. de iureiu. & c. licèt. de iureiu. in 6.

g. d. l ſi quando §. illud etiam in fine.

h. d. l. cum quæritur. cum concordantib. ad lit. b. et c. in axiomate. 22 allegatis.

i. Auth. nouiſſima. C. h. tit. d. § 1. N. 18. De triente & ſemiſſe. & d §. aliud quoq; capitulum verſ. 1. N. 115. vt cum de appellat. cognoſc.

etiam imputentur & dos donatioq; propter nuptias [k], & militia, id eſt prouentio annua militiæ armatæ vel togatæ ita comparata, vt poſt mortem etiam militantis vendi poſſit [l].

XXV. Deniq; calumnioſè non debet inſtitui inofficioſi teſtamenti querela, puta, contra iſtiuſmodi diſpoſitionem, ſi pater filio ex ſemiſſe, filia ex triente, & vxore ex reliquo ſextante ſcriptis hæredibus, fidei filiorum commiſit, ſi quis eorum intrà vigintiquinq; annos ætatis decederet, ſuperſtitibus portionem ſuam reſtitueret, prætereà vxori, vt id, quod ex cauſa hæreditatis ad eam perueniſſet, filijs poſt mortem ſuam reſtitueret, fideicommiſit [m].

XXVI. Qui teſtamentum inofficioſum, improbè dixit, & non obtinuit, id, quod in teſtamento accepit, perdit [n]: niſi non ex ſua perſona, ſed quia fortè tutor erat, nomine pupilli, teſtamentum impugnauit [o]: & è contrà etiamſi querela inofficioſi teſtamenti, quis obtinuerit, non ideò tamen donationes, quas teſtator viuus ei perfeciſſet, infirmabuntur [p].

XXVII. Si pars iudicantium de inofficioſo teſtamento, contra teſtamentum, pars ſecundùm id ſententiam dederit, quod interdum fieri ſolet, humanius erit, ſequi eius partis ſententiam, quæ ſecundùm teſtamentum pronunciauit, niſi ſi apertè iudices iniquè ſecundùm ſcriptum hæredem pronunciaſſe apparebit [q].

XXVIII. Quòd ſi in vna eadéq; cauſa aduerſo diuerſas perſonas hæredum, diuerſæ ſenten-

k. d. l. 29 quoniam C h. tit.

l. d. l. 30. omnimodo § fin. C. h. tit.

m. l. 12. ſi pater puellæ. C h. tit. & iunge tex. in l. 23. ſi proponas. in prin. h. tit.

n. d. l. 8 Papinianus § meminiſſe. cum ſeq. h. tit.

o. l. 22. filius non impeditur § 1. h. tit.

p. l. 11. etiamſi querela. h. t.

q. l. 10. ſi pars iudicantium h. tit.

tiæ prolatæ ſint, puta, qui fratre [illegible] hæredes ſcripti, diuerſi iuris fuerint, pro [illegible] inteſtatus defunctus deceſſiſſe videbitur [illegible].

XXIX. Solet autem Querelæ inofficioſi teſtamenti adijci fere hæreditatis petitio, [illegible] ſciſſo teſtamento petat quis, ſe hæredem declarari, ſibiq; hæreditatem adiudicari f: ſed de petitione hac hæreditatis, vt ſeparatim iudicij ſeu agendi ſpecie ſeorſim nunc dicendum erit.

r. d. l. 15. nam etſi pater. § fin. & l. 24. circa inofficioſi. h. tit.

f. l. 20. qui de inofficioſo. in fine. h. tit. & l. 34. ſi quis filium. C. eod.

Diſputat. III. Reſpond. Iacobus Ritter, Bokelwitzenſis.

De Hæreditatis petitione. Tit. 3

1. & ſeqq. Hæreditatis petitio quid & cui, aduerſus quem detur?
14. & ſeqq. Quid veniat in petitionem hæreditatis?
19. & ſeqq. Quæ obſeruetur differentia inter bonæ & malæ fidei poſſeſſores?
31. & ſeqq. Vbi deficiat hæc actio?

I. HÆreditatis petitio eſt actio, ſeu [illegible] & iudicium, quo quis hæredem ſe declarari, hæreditatemq; eiuſue partem, aut rem aliquã hæreditariam, hæreditatis iure ad ſe pertinentem, ſibi reſtitui petit a.

II. Petitionem enim hæreditatis inſtituere poſſunt, quicunq; hæredes ſe eſſe [illegible], ſiue ex teſtamento, quorum prior [illegible], ſiue ab inteſtato, quorum poſterior [illegible], ſiue per ſe, ſiue per alios facti ſint hæredes, [illegible] ſi eam perſonam, quæ in noſtra poteſtate ſit, iuſſimus adire hæreditatem b: adeò [illegible] filius contra patrem de hæreditate [illegible] hæredis [illegible] hac actione [illegible] poſſ[illegible], puta

a. l. 3. & paſſim h. tit.

b. l. 1. § 1. & 4. l. 5. Diuus Pius. § fin. h. tit. l. 9. ſi ſcripti C. h. tit.

c. l. vlt. hoc tit.

ſi Titio, qui Seio hæres extitit, ego hæres ſactus ſim, ſicut Titij hæreditatem meam eſſe intendere poſſum, ita & Seij [d]: & legitimam hæreditatem vendicare prohibetur, qui cùm ignorabat vires teſtamēti, iudiciū defuncti ſecut⁹ eſt: ſed legatū quod accepit, reddere tenetur [e].

III. Et quidem experitur hac actione, qui agnoſcendo adeundoq́, hæreditatem, hæres ex aſſe vel in parte factus eſt [f], aduerſus eum, qui pro hærede, vel pro poſſeſſore, ius aut rem hæreditariam, licet minimam, poſſidet: itaq; qui ex aſſe vel ex parte hæres eſt, intendit quidem hæreditatem ſuam eſſe totam, vel pro parte, ſed hoc ſolùm officio iudicis ei reſtituitur, quod ex tota hæreditate vel ex parte ad ipſum pertinens, aduerſarius poſſidet [g].

IIII. Pro hærede autem poſſidet, qui putat ſe hæredem eſſe eius, de cuius hæreditate agitur: imò etſi ſciat ſe hæredem non eſſe, poſſidet tamen pro hærede, quia tanquam proximus agnatus adiuit hæreditatem, cùm ſciret ſe non eſſe proximum: ſed enim & bonorum poſſeſſor pro hærede videtur poſſidere, & is cui quaſi ex fideicommiſſo reſtituta eſt hæreditas. Pro poſſeſſore verò poſſidet prædo, qui interrogatus cur poſſideat, reſponſurus ſit, quia poſſideo, nec contendat ſe hæredem, vel per mendacium, nec vllam cauſam poſſeſſionis poſſit dicere: & ideo fur quoq; & raptor petitione hæreditatis tenentur [h].

V. Omnibus etiam titulis, hic pro poſſeſſore hæret, & quaſi iunctus eſt, qui Iure Ciuili

pro

d. *d. l. 3. verſ. ſed etſi Titio. h. tit.*

e. *l. 8. legitimam. & l. 43 poſtquàm. cum l. ſeq. h. tit.*

f. *d. l. 2. & 3. l. 44. ei qui partes. in prin. h. tit. l. 5. emptor. C. de hæreditate vel actione vendita.*

g. *l. 9. regulariter. cum l. 10. licèt minimam. h. tit.*

h. *l. 11 pro hærede. l. 12 qui interrogatus. cum l. 13 nec vllam. in prin. l. 20 item veniunt. §. licet autem. l. 25. ſed etſi lege. §. quod autem ait. cum 2 §. ſeqq. l. 46. prædonis. h. tit.*

pro nullis & irritis habentur: atq; ita pro poſſeſſore quoq; poſſidere dicitur, ſi quis ſciens à furioſo emit, ſi maritus ab vxore, vel vxor à marito, ex prohibita cauſa donationis acceperit, ſi à minore duodecim annis nupta, quaſi dotem ſciens quis acceperit, ſi legatum ex falſa cauſa ſciens acceperit [i]: ſed & ab hærede eius, qui pro hærede vel pro poſſeſſore poſſidet, peti hæreditas poteſt, etiamſi is ignoret, defunctũ pro hærede vel pro poſſeſſore poſſediſſe: vel etiam ſi putauit, eas res ex hac hæreditate eſſe, quæ ſibi delata eſt: imò et ſi defunctus pro emptore poſſideus, vtili tenebatur hæreditatis petitione [k].

i. d.l. nec vllam. § omnibus etiam. h.tit.

k. d.l. nec vllam. § Neratius cum §. ſeq. & §. hæredem.

VI. Is autem qui reſtituit hæreditatem, teneri hæreditatis petitione non poteſt, prætetquam ad hoc, vt condictionem indebiti cedat: ſed ſi dolo fecit, id eſt, ſi ſcit eam ad alium pertinere & reſtituit, omnino tenebitur: nam & dolus præteritus venit in hæreditatis petitionem, vt is qui dolo deſijt poſſidere, quaſi adhuc poſſideret, teneatur: itemq; qui ſe obtulerit petitioni, tenebitur, etiamſi nihil poſſideat [l]: ſic quoq; ſi quis hæreditatem vendiderit, venditor omnino tenebitur, ſiue precium receperit, ſiue petere poſſit: ſed ſi venditor non extet, vel modico precio vendiderit, & bonæ fidei poſſeſſor fuit, aduerſus emptorem vtilis dabitur actio: itemq; illi, qui fortè per inofficioſi querelam teſtamentum expugnauit, vtilis actio petitionis hæreditatis dabitur, aduerſus

l. d.l. nec vllam. §. is autẽ. & §. non ſolùm. cum §. ſeq. & l. 16. quod ſi in diem. §. idem Iulianus ſcribit cum §. fin. l. 25 ſed etſi lege §. quod ait ſenatus cum §. ſeq. l.45 [illegible] h tit.

ſus fideicommiſſarium hæredem, cui ſcriptus hæres, paruo precio, iuſſus eſt vendere hæreditatem [m].

VII. Sed & aduerſus eum petitio hæreditatis datur, qui, retenta certa quantitate, hæreditatem alteri reſtituere rogatus eſt: planè ſi accepta certa quantitate, reſtituere rogatus ſit, hac actione non tenebitur, quia pro hærede non poſſidet, quod conditionis implendæ gratia accepit [n]: quanquàm in ſtatu libero contrà obſeruatur, quia pecunia hæreditaria eſt [o]: atq; ita etiam is, qui ſolos fructus ex hæreditate retinet, petitione hæreditatis tenetur [p].

VIII. Is quoq;, qui ſciens alienam emit hæreditatem, vt emptor vniuerſitatis & pro hærede poſſidens, vtili petitione hæreditatis tenetur [q]: Idemq; eſt, ſi quis à fiſco hæreditatem quaſi vacantem emit, quam ſciebat non vacare [r]: vel ſi maritus pro dote hæreditatem accepit: quanquàm ipſa mulier directa hæreditatis petitione tenebitur, maximè ſi iam factum diuortium eſt [ſ]. Si ſeruus vel filiusfamiliâs res hæreditarias teneat, pater dominuſuè hæreditatis petitione tenebuntur, quanquàm & ipſe filiusfamiliâs conueniri poteſt [t].

IX. Aduerſus eum etiam petitio hæreditatis competit, qui ipſe hæres ſit, ſed alterum pro cohærede non agnoſcat [u], itemq; aduerſus debitorem hæreditarium, quaſi iuris poſſeſſorem: nam & à iuris poſſeſſoribus peti hæreditas poteſt [x]: & ſi hæreditatem petam ab eo, qui vnam rem poſſidebat, de qua ſola controuerſia e-

m. *d.l. nec vllam. §. quòd ſi quis & l. 16. quòd ſi in diem. § idem Iulianus ait. h.t.*

n. *d l. nec vllam. § ſed etſi retenta.*

o. *d.l. nec vllam. § ſed Sabinus.*

p. *d.l. nec vllam. § idem et in eo.*

q. *d l. nec vllam. § ſi quis ſciens. & l. 2. C. eo.*

r. *d l. nec vllam § item ſi quis à fiſco.*

ſ. *d. l. nec vllam. §. apud Marcellum.*

t. *l. 34. filijfamilias. §. 1. cum l. 35. idem Iulianus. & l. 36. ſi à domino. in prin. & § 1. h. tit. l. 10. ſi filiusfamiliâs. C. eo.*

u. *l. 1. §. quinimo. & §. itē ſi cùm & l. 8. permittendū. ſ. ſi pars hæredita. peta.*

x. *l. 13. nec vllam. § fin. cū l. 14. ſed vtrùm. l. 15. vel aliquam. & l. 16. quòd ſi in diem in pr. et §. non ſolùm. h. t.*

ſia erat, etiam id quod poſteà cœpit poſſidere, reſtituere cogitur y: idq; obtinet etiamſi nihil ab initio, cùm primum hæreditas ab eo peteretur, poſſederit: quia hæreditas etiam ſinè vllo corpore iuris intellectum habet z: aduerſus eum tamen, qui titulo ſiue vniuerſali, ſiue ſingulari, ex hæreditate non defluente, poſsidet, hoc iudicium omnino non competit a.

y. l.4.ſi hæreditatem.l.41 ſi quo tempore.in prin. h.ti.

z. l.18.item videndum.§. ſi quis.l.50.hæreditas.in pr. h.tit.

a. l.2.in fine.& l.7.hæreditatis.C.h.tit.l.4.C.in quibus cauſis ceſſet longi temp. præſcript.

X. Si quis abſentis nomine poſsideat hæreditatem, cùm ſit incertum, an ille ratum habeat, abſentis quidem nomine petenda erit ab eo hæreditas, ipſius verò nequaquam, quia non videtur pro hærede vel pro poſſeſſore poſſidere, qui contemplatione alterius poſsidet, niſi fortè poſtquàm abſens ratum non habuerit, iam procurator quaſi prædo eſſe cœperit: tunc enim ſuo nomine conueniri poteſt b: Quòd ſi alius nactus poſſeſsionem, quam ego dolo malo amiſeram, paratus ſit iudicium accipere, aduerſus me euaneſcet petitio, niſi petentis interſit, à me potiùs petere: certè ſi rem paratus ſit reſtituere, indubitatum erit euaneſcere petitionem, ſed ſi is qui dolo deſijt poſsidere, antè conueniatur, eum qui poſsidet, non liberabit c.

b. d.l. nec vllam. §. ſi quis abſentis.

c. d.l.nec vllam. §. item ſi quis dolo.

XI. Sed & is hac actione tenebitur, qui precia rerum hæreditariarum poſsidet, item qui à debitore hæreditario exegit, vel qui hæreditatem petijt, & litis æſtimationem conſecut⁹ eſt, aut ſi quis negocia hæreditaria geſsit, non etiam ſi heredis nomine geſsit, quia ab

hære-

hæredis debitore peti hæreditas non poteſt: is quoq; qui pro hærede poſsidens, vi deiectus eſt, quaſi iuris poſſeſſor hac actione tenebitur, quia habet interdictum vnde vi, quod victus victori cedere debet [d], quamuis pœnam eo nomine commiſſam & perceptam, reſtituere non teneatur [e]: & rurſus is quoq; qui deiecit, petitione hæreditatis tenebitnr, quia pro poſſeſſore poſsidet [f].

XII. Hæreditas quoq; materteræ petita, nõ infringit alterius hæreditatis petitionem, quæ venit ex alia ſucceſsione: ſed & ſi prior queſtionis titulus inofficioſi teſtamenti cauſam habuiſſet, præſcriptto rei iudicatæ non obſtabit, eãdem hæreditatem ex alia cauſa vendicanti [g]: ſicut & ab intentione non iure facti teſtamenti, ideò quis non repellitur, quòd in falſi accuſatione non obtinuerit [h]. quinimò patri etiam aduerſus tutores nepotibus ſuis non iure datos de hæreditate filii ſui experiri licebit [i].

XIII. Liber nec ne fuerit teſtator, antè omnia diſquiri debet, cùm hæreditas petitur [k]: cogi autem poſſeſſorem, ab eo qui expetit, titulum ſuæ poſſeſsionis dicere, inciuile eſt, præter eum ſcilicet qui dicere cogitur, vtrùm pro poſſeſſore an pro hærede poſsideat [l]: particularia etiam iudicia aduerſus petitorem vel poſſeſſorem, de rebus defuncto commodatis, vel pignori datis, aut apud eum depoſitis &c. vel de legatis, aut fideicommiſſis, vel libertatibus, durante iudicio petitionis hæreditatis, inſtitui poſſunt, Iuſtinianeæ conſtitutionis tenore obſeruato [m].

d. *l.16.quòd ſi in diem. §. ſed & is.cum ſeq. h.tit.*

e. *l.24.at vbi vi.h.tit.*

f. *d.l.quòd ſi in diem.§.Iulianus.verſ.ſed & cùm.h.ti.*

g. *l.3.C.h.tit.*

h. *l.47.Lucius Titius.h.t.*

i. *l.6.ſi putas.C.h.tit.*

k. *l.8.Liber.C.h.tit.*

l. *l.11.cogi.C.h.tit.*

m. *l.vlt.C.h.tit. l. 6.ſi teſtamentum.& l.9.ſi quis libertatem.h.tit.*

XIIII. Veniunt autem in petitionem hæreditatis vniuerſæ res hæreditariæ, ſiue iura ſiue corpora ſint [n], ita tamen vt hæc tantùm, quæ allodialis ſunt hæreditatis, hac actione contineantur, niſi etiam feudalis ſucceſsio petatur [o]: neq; ſolùm ea, quæ mortis tempore fuerunt, in petitionem hæreditatis venient, ſed etſi quæ poſteà augmenta hæreditati acceſſerunt, dummodò ex ipſa hæreditate: atq; ita fructus augent hæreditatem, item partus ancillarum, ſiue antè ſiue poſt aditam hæreditatem acceſſerunt: item penſiones, quæ ex locationibus fortè prædiorum præceptæ ſunt, vel ex operis ſeruorum, aut iumentorum vel vecturis nauium: impetrabitq; petitor à bonæ fidei poſſeſſore vel ſortem & vſuras, ſi eas percepit, vel ceſsionem nominum, ſuo tamen periculo [p]: aucta etiam cenſetur hæreditas, ſi quid eſt poſſeſſori ſolutum, ſi quid per ſeruum hæreditarium acquiſitum [q].

XV. Item veniunt in petitionem hæreditatis etiam illa, quæ hæreditatis cauſa comparata ſunt, vtputa mancipia pecoraq; & ſi quæ alia neceſſariò hæreditati ſunt comparata: adeò vt etiam illa, quæ pecunia ſua hæreditati comparauit poſſeſſor, in petitionem veniant, ſi magna vtilitas hæreditatis verſetur: precium tamen reſtituturo hærede: ſi ſui cauſa poſſeſſor emit rem hæreditaria pecunia, precium tantùm veniet [r].

XVI. Nec tantùm petuntur hac actione hæreditaria corpora, ſed etiam res illæ, quarum

n. d. l. 18. item videndum. § fin. h. tit.

o. gl. & Dd. in d. l. item videndum. § fin.

p. l. 20. item veniunt. §. item non ſolùm. cum 2. ſeqq. & l. 24. at vbi. l. 25. ſed etſi lege § fin. cum 5. ll. ſeqq. l. 52. ſi poſſeſſor. h. tit.

q. l. 31. ſi quid poſſeſſor. §. fin. cum l ſeq. h. tit.

r. d. l. item veniunt. in pr. & §. 1. h. tit.

rum periculum ad hæreditatem pertinet, puta quę defuncto fuerunt pignori datæ, commodatæ, aut apud eum depoſitæ: & quarum nomine defunctus Publicianam habebat actionem [s]: imò veniunt & hæ res in hæreditatis petitionem, in quibus poſſeſſor retentionem habuit, non etiam petitionem, veluti ſi iurauerat defunctus, rem petitoris non eſſe, & deceſſerit: debent enim hæ quoq; reſtitui, & ſi poſſeſſor eas ſuâ culpâ amiſerit, tenebitur hoc nomine: Idemq; erit & in prædone, licet hic propter culpam non teneatur, quia nec hic debet has res retinere [t].

s. l. 19. & non tantùm. in prin h. tit.

t. d. l. & non tantùm. §. veniunt. h tit.

XVII. Illud quoq; in petitionem hæreditatis venit, ſi poſſeſſor hæreditarium ſeruum occiderit antè aditam hæreditatem, eligetq; petitor, vtrùm velit ſibi eum condemnari, vt caueat ipſe ſe non acturum lege Aquiliæ, an malit ſibi integram eſſe actionem legis Aquiliæ, omiſſa eius rei æſtimatione a iudice: actiones quoq; quas poſſeſſor nactus eſt, euicta hæreditate in reſtitutionem veniunt, ſicut & interdicta [u]. ſi ſeruus poſſeſſoris damnum dedit, noxæ deditio locum habebit [x]: & rurſus fructus computandi erunt, etiam earum rerum, quas defunctus pignori accepit: & quo locupletior per curatores furioſi hæreditas facta eſt, in conſiderationem venit [y]: & hæres debitoris id, quod defunctus pignori dederat, hæreditatem petendo conſequi poteſt [z]: & ſi prędia vrbana vel ruſtica, negligentia poſſeſſorum, peiora facta ſint, in æſtimationem id venit [a].

u. l. 36. ſi à Domino. §. ſi poſſeſſor. & ſeq cum l. 40. illud quoq; § actiones. h. tit.

x. l. 40. illud quoq; §. fin.

y. l. 41. ſi quo tempore: §. fin. & l. 51. hæres furioſi. in pr. h. tit.

z. l. 54 ei qui partes. § pē: h. tit.

a. d. l ei qui partes §. vlt

XVIII. Quòd ſi fundum hæreditarium diſtraxit, ſi quidem ſinè cauſa, & ipſe fundus & fructus in petitionem hæreditatis veniet: ſi verò æris alieni hæreditarij exoluendi gratia id fecit, nō amplius quàm precium in petitionem veniet [b]: & in ſumma petitio hæreditatis, etſi in rem actio ſit, habet tamen præſtationes quaſdam perſonales, & pro varietate circumſtantiarum diuerſas [c].

b. d.l 20. item veniunt. §. ſimili modo. & l. 33. niſi ex re. §. 1. l. 48. in æſtimationibus. l. 53 non ſolùm ad æs. h. tit.

c. l. 25. ſed etſi lege. §. petitio hæreditatis. h. tit.

XIX. Illud etiam Senatusconſulto, quod de bonis ex cauſa caducitatis ad fiſcum deuolutis propoſitum fuit, in hæreditatum petitionibus priuatorum receptum eſt [d], ab ijs, qui pro hærede bona fide hæreditatem poſſident, exiſtimantes ſe hæredes eſſe, diſtraxerint hæreditatem, redactę ex precio rerum venditarum vſuras non debere exigi: precia tamen quæ ad eos, rerū ex hæreditate venditarū, perueniſſent, etſi eæ ante petitā hæreditatē deperiſſēt diminutæuè fuiſsēt, reſtituere eos debere [e].

d. d l. item veniunt. §. ait Senatus. & l. 1. C. h. tit.

e. d. l. item veniunt. § præter hæc.

XX. Item pro poſſeſſoribus poſſidentes qui vt prædones bona inuaſerunt, cùm ſcirent ad ſe non pertinere, poſſideant, perinde condemnandos quaſi poſſiderent: eos autem qui iuſtas cauſas habuiſſent, quare bona ad ſe pertinere exiſtimaſſent, vſq; eò duntaxat, quó locupletiores ex ea re facti eſſent: petitam autem hæreditatem ex eo tempore exiſtimandam eſſe, quô primùm ſcierit quiſq; eam à ſe peti, id eſt, cùm primùm aut denunciatum eſſet ei, aut literis vel edicto euocatus eſſet [f].

f. d. l. item veniunt. § præter hæc.

XXI. Redactam itaq; ex precio rerum vendita-

ditarum pecuniam bonæfidei poſſeſſor præſtare debet, non ſolùm ſi iam exacta ſit, verùm & ſi exigi potuit, nec exacta eſt: ſed vbi habet actionem, ſufficit eum actionem præſtare: & ſi vendidit cuictaq; re reſtituit quod accepit, non videbitur ad eum perueniſſe: quanquàm in hoc caſu nec ab initio precium veniet, quia & quod non debitum exegit, reſtituere non debet, nec imputabit, quod non debitum ſoluit: ſi tamen res redhibita ſit, quia vtiq; hæreditaria rurſus eſt, non veniet precium quod eſt refuſum: & è contrà ſi ob venditionem obſtrictus ſit emptorî poſſeſſor hæreditatis, proſpici ei oportebit cautione g.

XXII. Reſtituere autem precium debebit bonæfidei poſſeſſor, etſi res preditæ diminutæuè ſint, non tamen vlteriùs, quàm inuenitur ex eo locupletior: ideoq; ſi acceptum precium perdidit, vel conſumpſit vel donauit alteri, non tenebitur: quòd ſi non ſolum precium ſed etiam pœna, precio tardiùs ſoluto, ad eum peruenerit, vel ſi ex lege cõmiſſaria lucrũ ſenſit, quaſi in totũ locupletior factus tenebitur, attamen pœnã occaſione ſuæ perſonæ commiſſam & preceptam præſtare non cogetur, ſicut nec aliud lucrũ, quod fortè ſua induſtria ſenſit magis, quàm ex re, puta ſi rem diſtraxit, & precio aliam comparauit, precium ſolummodò reſtituet: ſi minoris res valeat, tenebitur tantùm, quatenus locupletior eſt, & quatenus res valet h: an autem locupletior ſit, tempus rei iudicatæ inſpicitur i: Si & rem & precium habeat

g. d.l. item veniunt. §. redactæ. cum 2. ſeqq.

h. d.l. item veniunt. §. reſtituere. & l. 23. vtrùm. in prin. & § fin. l. 24 at vbi cũ l. 25. & etſi lege. in prin. l. 55. euicta. h. tit.

i. l. 36 ſi à Domino. §. quo tempore. h. tit.

beat bonæfidei poſſeſſor, puta quod eandem rem emerit, & rem reſtituere oportebit, & quod ex venditione eius rei lucratus eſt [k].

XXIII. At verò, etiam ſi quis bona fide pro hærede hæreditatem aut rem hæreditariam poſſedit, tamen ex quo reſciuit illam alienam eſſe, vel ex quo petitio hæreditat s contra eum inſtituta eſt, aut quocunq; modo reſciuit hanc contra ipſum inſtituendam, malæ fidei poſſeſſor eſſe incipit, incipitq; debere vſuras pecuniæ, ex rerum venditarum precio redactę: quòd ſi autem malę fidei poſſeſſor hæreditatem diſtraxit, ſinè dubio non precia rerum, ſed ipſæ res venient in petitionem hæreditatis, & fructus earum: niſi fortè res, quæ onerabant hæreditatem diſtraxit, quo caſu in arbitrio erit petitoris, qualem computationem facere velit, vtrùm ipſius rei & fructuum, an precij & vſurarum poſt motam controuerſiam [l]: quod & in bonæfidei poſſeſſore, qui poſt petitam hæreditatem res diſtraxit, ita receptum eſt [m]: ſed mortalitatem & interitum ex caſu fortuito prædo præſtat, etiam vbi res vendita non eſt, bonæfidei poſſeſſor non præſtat [n].

XXIIII. Quòd ſi res apud emptorem adhuc extent, nec deperditæ nec diminutæ ſint, ſinè dubio ipſas res debebit præſtare malę fidei poſſeſſor, aut ſi recipere eas ab emptore nullo modo poſſit, tantum, quantum in litem ſit iuratum: at vbi deperditæ ſunt & diminutæ, verum precium debet præſtare, quia ſi petitor rē conſecutus eſſet, diſtraxiſſet & vetus precium

rei

k. l. 22. ſi & rem. h. tit.

l. d. l item veniunt. §. præter hæc in fine. et §. petitam. cum §. cæterum ſi quis. l. 1. C. eo.

m. d l. item veniunt. § reductæ verſ. quid ſi poſt.

n. l 40. illud quoq;. in pr. h. tit.

rei non perderet:deperditũ autem intelligitur, quod in rerum natura eſſe deſijt: diminutum verò quod vſu captum ſit, & ob id de hæreditate exijt [o].

XXV. Poteſt etiã peti vt non de alienando, minuendo aut corrumpendo cautio præſtetur, & inuentarium exhibeatur omnium bonorum in hæreditate repertorum, aut mediante corporali iuramento, quæ & quot res in hæreditate fuerint, declaretur: neutro autem præſtito ad iuſiurandum in litem reus admittendus erit [p]: & Diuus Pius reſcripſit prohibendum poſſeſſorem hærerditatis, de qua controuerſia erit, antequàm lis inchoatur, aliquid ex ea diſtrahere, niſi maluerit pro omni quantitate hęreditatis vel rerum eius æſtimatione ſatisdare: cauſa autem cognita, etſi non talis data ſit ſatisdatio ſed ſolita cautio, etiam poſt litem cœptam diminutionem ſe conceſſurum Prætor edixit, ne in totum diminutio impedita, in aliquo etiam vtilitates alias impediat, vt puta ſi ad funus ſit aliquid neceſſarium, ſi futurum eſt, vt niſi pecunia intrà diem ſoluatur, pignus diſtrahatur, ſi familia cibarijs indigeat, vel ſi res tempore perituræ ſint [q].

XXVI. Sed & is à quo hæreditas petitur, ſi teſtamentum ex quo petitur hæreditas, falſum dicat, ſatis dare de hæreditate, quæ ab eo petitur, debet, & ſic falſum dicere: hæc ideò quia ſuſtinetur hæreditatis petitionis iudicium, donec falſi cauſa agatur: & eorum iudiciorum quæ de hæreditatis petitione ſunt, ea

o. d.l.item veniunt.§. reſtituere.cum §. fin. & l. 21. deperditum.l.36. ſi à domino.§.ſi prædo. h. tit.

p. l.5. Diuus. in prin. l.16. quod in diem. in prin. cum l. 20. item veniunt.§. reſtituere.h.tit.l.fin.§.licentia. C. de iure delib.

q. d l. Diuus Pius. in pr.

authoritas eſt, vt nihil in præiudicium eius fieri debeat, quod prius intentari debet, vt cùm de cauſa inteſtati priùs diſquirendum eſt, an falſum ſit teſtamentum [r]: illud tamen probare actor cogitur in hoc iudicio, ſe heredem eſſe, & res eſſe hæreditarias, quas petit ſibi tanquam hæredi reſtitui [ſ].

XXVII. Porrò quod de malæfidei poſſeſſoribus dictum eſt, etiamſi ante litem conteſtatam fecerint, quô minùs poſsiderent, tamen perinde condemnandos eos quaſi poſsiderent, id ita intelligendum eſt, vt non tantùm dolus præteritus in petitionem hæreditatis deducatur, verùm etiam culpa: & ideò ab eo, qui cũ poſſet, ab alio non exegit, vel à ſemetipſo, ſi tempore liberatus eſt, peti hæreditas poteſt: ſed & fructus non tantùm quos percepit, ſed etiam quos percipere potuit, aut debuit, præſtare tenebitur: imò verò & poſſeſſorem, & eũ qui dolo deſiit poſsidere, petitor conuenenire poteſt, de hæreditate & fructibus: et ſi permultos ambulauerit poſseſsio, omnes tenebuntur [t].

XXVIII. Bonæfidei poſſeſſor, etiam cùm res non eſt vendita, ab eo tempore quo reſciuit hæreditatis controverſiam exiſtere, omnes fructus indiſtinctè præſtare tenetur, quia parui refert, ab initio quis doloſè in hæreditate verſatus ſit, an poſteà hoc facere cæpit: & poſt motam controuerſiam omnes poſſeſſores pares fiunt, & quaſi prædones tenentur, & tam aduerſus eũ qui dolo fecerit, quô minus reſtituere poſsit, quàm etiam aduerſus poſsidentem, qui non reſtituit, in litem iuratur [u]. Quod

r. *d.l. Diuus Pius. §. fin. h.tit.*

ſ. *l.10. licet minimam. h.t.*

t. *d.l. 25. ſed etſi lege. §. quod ait ſenatus. et §. ſi ante litem. cum 2. §. ſeqq. l. 31. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut autem. h.tit.*

u. *d.l. ſed etſi lege. §. quod autem ait. cum 5. §. ſeqq. & d. l. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut autem. l. 56. cùm hæreditas. h.tit. & d.l. 1. C. eo.*

XXIX. Quòd ſi poſſeſſor hæreditatis pecuniam inuentam in hæreditate, non attingat, omnino non erit in vſuras conueniendus [x]: ſed & hac parte, cùm non eſt res vendita, conſultum eſt bonæ fidei poſſeſſoribus ne in damno morentur, ſed in id duntaxat teneantur, quo locupletiores facti ſunt: quemcuncq; igitur ſumptum fecerint ex hæreditate, ſi quid dilapidauerunt vel perdiderunt, dum re ſua ſe abuti putant, non præſtabunt: neq; ſi donauerunt, quamuis ad remunerandum ſibi aliquem naturaliter obligauerint: ſecus tamen ſi ἀντίδωρα acceperunt, quaſi genus quoddam hoc eſſet permutationis: & rurſus ſi contemplatione hæreditatis re ſua lautius quis vſus ſit, ſi quaſi ditior mutuam pecuniam acceperit, ſi pignori res hæreditarias obligauit, hæretitati non inputabit [y].

x. d.l. item veniunt. §. Papinianus. vbi aliàs eſt. l. ſi poſſeſſor. in pr. h. tit.

y. d.l. 25. ſed etſi lege. §. conſuluit. cum §. ſeq. h. tit.

XXX. Quòd ſi 1. quis putans ſe ex aſſe hæredem, cùm eſſet ex ſemiſſe, partem dimidiam hæreditatis ſinè dolo malo conſumpſerit, totum quod ſupereſt reſtituere debebit, quaſi ſuam partem conſumpſerit: 2. ſi verò ex aſſe hæredem ſe exiſtimans cùm eſſet ex ſemiſſe, de hæreditate quid erogauit, quod conſumptum eſt vtriq; decedit, & reſidui pars dimidia hæredi eſt reſtituenda: 3. ſed ſi is qui hæres non erat, totum quicquid apud ſe fuit conſumpſit, ſinè dubio non tenetur [z]: Rurſus ſi is qui hæres nō erat putans ſe hæredem, ex hæreditate aliquid erogauit, veriꝰ eſt vt ex ſuo patrimonio decedãt

z. d.l. ſed etſi lege. §. adeò autem.

ca, quæ etſi hæres non fuiſſet, erogaſſet [a]: Senatusconſultum autem illud ad petitionem hæreditatis factum, etiam in familiæ herciſcundæ iudicio, imò in peculio quoq; caſtrenſi, vel alia vniuerſitate locum habet [b].

a. d.l.ſed etſi lege. §. quod autem quis.

b. d.l.ſed etſi lege. §. non ſolùm autem. & §. pen. l 34. filijfamiliàs. h.tit.

XXXI. Patronus ſanè hæreditatem petere non poteſt ab eo, cui libertus in fraudem alienauit, quia Caluiſiana actione ei tenetur: nec ab eo, cui mortis cauſa donatum eſt, peti hæreditas poteſt [c]: Quod ſi poſſeſſor hæreditatis, ob id, quòd ſe ex teſtamento hæredem eſſe putaret, eo tempore, quo nulla adhuc controuerſia mota erat, de ſuo, legatorum nomine quid ſoluit, ſubueniendum eſt, vt ipſe quidem ex retentione rerum hæreditariarum ſibi ſatisfaciat, cedat autem indebiti condictionem petitori, vt ſuo periculo q; ſolutum eſt repetat [d].

c. d.l.quod ſi in diem. §. idem ſcribit. h.tit.

d. l.17. quòd ſi poſſeſſor. h. tit.

XXXII. Quòd ſi poſſeſſor hæreditatis, venditione per argentarium facta, pecuniam apud eum perdiderit, ſi quidem mala fide poſſedit, tenebitur, quia ſuo periculo malè argentario credidit: quòd ſi bonæfidei poſſeſſor fuerit, nihil præter actiones præſtabit: ſi res diſtraxit bonæfidei poſſeſſor, nec precio factus ſit locupletior, ſingulas res, ſi nondum vſucaptæ ſint, vendicari poterunt ab emptore, niſi emptores regreſſum ad bonæfidei poſſeſſorem habeant, aut niſi venditor paratus ſit emptorem defendere [e]: multò magis ſubmouebitur petitor, ſi minori precio res venierit, & precium quodcunq; illud ſit, conſecutus ſit petitor: quia debitores etiam hæreditarij liberantur

e. l.18. item videndum. in prin. h.tit.

tur

tur ipſo iure, ſi poſſeſſor, qui debitum exegit, petitori hæreditatis ſoluerit [f].

XXXIII. Si pro emptore vſucapio ab hærede impleta ſit, non venient res in petitione hæreditatis, quia hæres idemq; petitor eam vendicare poteſt, nec vlla exceptio datur poſſeſſori [g]: ſeruitutes etiam in reſtitutionem hæreditatis non veniunt, cùm nihil eo nomine poſſit reſtitui, ſicut eſt in corporibus & fructibus: ſed ſi non patiatur ire agere, propria actione conuenietur [h], confeſſoria ſcilicet de ſeruitutibus [i]: Sed nec illud prædoni imputari poteſt, cur paſſus eſt debitores liberari & pauperiores fieri, & non eos conuenit, cùm actionem non habuerit [k].

XXXIIII. Quòd ſi debitor hæreditatis non ideò nolit ſoluere, quòd ſe dicat hæredem, ſed ideò quòd neget aut dubitet, an hæreditas pertineat ad eum, qui petit hæreditatem, non tenetur hæreditatis petitione [l]: quòd ſi cùm idem eandem hæreditatem aduerſus duos defenderet, ſecundùm alterum ex his iudicatum ſit, non aliter poſſeſſor victori debet reſtituere hæreditatem, quàm ſi cautum fuerit aduerſus alium eum defenſum iri, vt res ei quoq; ſalua ſit, qui in excutione tardior venit aduerſus priorem victorem [m].

XXXV. Si quid poſſeſſor ſoluit creditoribus hæreditarijs, id reputabit, quanquàm ipſo iure non liberauerit petitorem hæreditatis, ſed exceptione is vtatur aduerſus creditores, debetq; ei bonæfidei poſſeſſor cedere con-

f. d. l. ſed etſi lege. §. item ſi rem.

g. l 19. & non tantùm. §. quòd ſi. h. tit.

h. d. l. & non tantùm. §. fin

i. l. 1. & 2. ac paſſim toto tit. ff. ſi ſeruit. vend. vel ad alium pertinere neg §. æquè. ſi agat. I de act.

k. d. l. 31. ſi quid poſſeſſor. §. pen h. tit.

l. l. 42 ſi debitor. h. tit.

m. l. pen. h. tit.

condictionem quam habet: malæfidei verò poſſeſſor cauere, ſe defenſurum petitorem: & iuſtus poſſeſſor, quod ſibi debetur, omnino deducet, prædo non, maximè ſi natura tantùm debeatur: niſi propter pœnam vel aliam cauſam expediebat petitori, id ſolui [n]: Si poſſeſſor cauerit damni infecti, cauendum rurſus erit poſſeſſori [o].

XXXVI. Impendia quoq; in infirmitates mortui vel in funus facta, item impendia monumenti, conditionis implendæ gratia facti, reputantur: quia hæredes etſi ſtricto iure nulla teneantur actione ad monumentum faciendum, tamen principali vel Pontificali authoritate compelluntur ad obſequium ſupremæ voluntatis [p]: Pater etiam filio hæreditatem maternam reſtituens, impenſas in honorem filij factas, deducere poteſt [q].

XXXVII. Fructus quoq; intelliguntur deductis impenſis, quæ quærendorum, cogendorum, conſeruandorumq; eorum gratia fiunt: quod non ſolùm in bonæfidei poſſeſſoribus naturalis ratio poſtulat, verum etiam in prædonibus: imò etſi ſumptum quis fecerit, nihil autem fructuum perceperit, æquiſſimum erit rationem horum quoq; in bonæfidei poſſeſſoribus haberi: in prædone verò non aliter quàm ſi res melior ſit: quanquàm, etiam cùm voluptarias impenſas fecit, tollendi poteſtas concedenda eſt, quæ ſinè detrimento rei fiat [r]: & alioqui cùm prædo ſimpliciter ad fructus & eorum cauſam ſeu æſtimationem & vſuras tenea-

n. l 31 ſi quid poſſeſſor. in prin. & §. 1. h. tit. l. 5. de hæreditate. C eo.

o. l. 40. illud quoq; §. pen. h. tit.

p. l. 50. hæreditas. § fin. h. tit. l. 4 C. eo.

q. l. vlt. h tit.

r. l. 36. ſi à domino § fin. cum 3. ll. ſeqq. et l. 53. non ſolùm ad ea. h. tit.

teneatur, poſſeſſor bonæfidei tenetur, quatenus locupletior eſt ex ijs, ante petitam hæreditatem perceptis: quamuis fructuum poſt hæreditatem petitam vſuræ non præſtantur [s].

XXXVIII. Si bonæfidei poſſeſſor velit cum debitoribus hæreditarijs, aut ijs qui res occupârint, conſiſtere, audietur vtiq;, ſi periculum erit ne inter moras res intercidant: petitor autem hæreditatis citra metum exceptionis in rem agere poteſt, ſi poſſeſſor hæreditatis negligat, aut nihil iuris habere ſe ſciat [t].

XXXIX. Excluditur etiam hæreditatis petitio, ſi poſſeſſor ſe hæredem, vel alioqui ius proprium in rebus petitis probare poſſit, vel præſcriptionis 30. annorum nitatur auxilio, quòd continuis triginta annis ſe hæreditatem pro hærede bona fide poſſediſſe dicat: Sed viginti annorum præſcriptione, cùm mixtæ perſonalis actioni, rationem contineat, petitio hæreditatis non tollitur [u].

s. l.40. illud quoq; §. prædo. & l.51. hæres furioſi. §. fin. h. tit.

t. l.49. ſi bonæ fidei poſſeſſor. h. tit.

u. l.7. hæreditatis. C. h. ti. l.4. C. in quibus cauſis. ceſſ. longi temp præſcript. l.3. C. de præſcript. 30. vel 40. anno. & eſt tex. in prin. tit. I. de perpet. & tempor. actio.

Si pars hæreditatis petatur: Tit. 4.

1. 2. 3. *Quomodò pars hæreditatis petatur?*
4. 5. *Si ad ventrem quoq; hæreditas pertineat?*
6. 7. *Si cohæres abſens mortuus ſit?*

I. Poſt actionem quam ſecundùm Iuris Ciuilis ordinem propoſuit Prætor ei, qui ad ſe ſolum hæreditatem pertinere contendit, conſe-

conſequens eſſe exiſtimauit, & ei eodem ordine proponere actionem, qui partem hæreditatis petit [a]: qui autem hæreditatem vel partem eius petit, is intentionem ſuam non ex eo metitur, quod aduerſarius poſſidet, dicendo ſe in eo hæredem eſſe, ſed ex ſuo iure, dicendo ſe ex aſſe vel pro parte hæredem eſſe: & ideò ſiue ex aſſe hæres ſit, ita totam hæreditatem vendicabit, vt tu quod ex ea poſſides, licèt vnam tantùm rem, reſtituere illi compellaris, ſiue ex parte ſit hæres, partem tantùm vendicabit, licèt tu totam poſſideas [b].

II. Si duo poſſideant hæreditatem, & duo ſint, qui ad partes ſe pertinere dicant, ambo à primo, & ambo à ſecundo partes petere debent [c]: ſi & poſſeſſor & petitor poſſideant hæreditatem, cùm vnusquiſq; partem dimidiam hæreditatis ſibi afferat, inuicem petere debebunt, vt partes rerum conſequantur, aut ſi controuerſiã ſibi non faciant hæreditatis, familiæ herciſcundæ iudicio experiri eos oportebit [d]: Si ego ex parte me dicam hæredem, cohæres autem meus poſſideat hæreditatem cum extraneo, vtilius eſt ab extraneo me petere, vt is mihi reſtituat quicquid poſſidet [e]: ſi cùm ex parte dimidia me hæredem dicerem, & trientem poſſiderem, partem dimidiam petam, iudex eius quod poſſideo admittet compenſationem [f].

III. Si ex pluribus, ad quos eadem hæreditas pertinet, quidam adierint, quidam adhuc deliberent, illi qui adierint, ſi petant hæredi-

a. l.1.in prin.h.tit.

b. d.l.1.§.1.& l.9. regulariter. cum l.ſeq.ſ. tit. prox & ibi dictum eſt axiom. 3. & 9.

c. d.l.1.§. quinimò.

d. d.l.1.§.& ſi poſſeſſor. et l.6. ſorori. in prin. h. tit.

e. d.l.1.§. ſi ego.

f. d.l.1.§. item ſi cùm.

reditatem, non maiorem partem petere debebunt, quàm habituri eſſent, cæteris adeuntibus, nec proderit eis, quòd cæteri non adierint, donec deliberant: plane ſi cæteri conſtituerint omnino non adire hæreditatem, ac repudiauerint eam, poterunt eorum quoq; partes petere, ſi modò ad eos quoq; pertinuerint [g]: non tamen poſſumus conſequi per hæreditatis petitionem id, quod familiæ herciſcundæ iudicio conſequimur, vt à communione diſcedamus: cum ad officium Iudicis nihil amplius pertineat, quàm vt partem hæreditatis pro indiuiſo nobis reſtitui iubeat [h]; iuſtis tamen ſumptibus prius deductis [i].

III. Interdum Prætor quamuis vt dictum eſt, pro indiuiſo pars hæreditatis peti debeat, etiam incertæ partis petitionem indulget, idoneis cauſis interuenientibus, vtputa, eſt defuncti fratris filius, ſoror & vxores defunctorum fratrum prægnantes [k]: & antiqui quidem libero ventri ita proſpexerunt, vt in tempus naſcendi omnia ei iura integra reſeruarent, & qui poſt eum gradum agnationis ſunt, quo eſt id, quod in vtero eſt, (niſi ius repræſentationis habeāt [l]) non admittuntur ad hæreditatem, dum incertum eſt, an naſci poſſit: vbi autem eodem gradu ſunt cæteri, [illegible] quia non poterat ſciri quot naſci poſſent, & multa de huiuſmodi re, tam vana & tam incredibilia tradebantur, vt fabulis annumerarentur, attamen cùm frequenter viderant fieri poſſe vt trigemini naſcerentur, prudentiſſime Iuris au-

g. l. 2. h. tit.

h. l. 7. non poſſumus. h. tit.

i. l. 6. ſorori. § fin. h. tit.

k. d. l. 1. § fin.

l. § cùm filius. I. de hære. quæ ab int. def. § 1. 2. & 3. N. 117. de hæred. ab inteſtaten & §. 1. N. 127. vt fratrū filij ſuccedant pariter ad imitat frat.

thores medietatem quandam ſecuti (τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς, vt ait Theophraſtus, παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται) ſi vnus tantum eſſet, qui hæreditatem peteret, quartam partem ei aſſignarunt m.

m. l.3.antiqui.h.tit.

V. Si tamen pauciores quam tres ſint nati, reſiduum ei, qui prius ad quartam admiſſus eſt, pro rata accreſcet: ſi plures quàm tres, decreſcet de ea parte, ex qua hæres factus eſt n: Illud ſciendum eſt, ſi mulier prægnans non ſit, exiſtimetur autem prægnans eſſe, interim filium hæredem ex aſſe eſſe, quanquam ignoret ſe ex aſſe hæredem eſſe: idem eſt in extraneo, ſi ex certa portione hæres inſtitutus ſit, ex reliqua poſthumi. Quod ſi forte ita inſtitutio facta eſt, quotcunq; mihi nati erunt, & Lucius Titius, pro virilibus portionibus, hæredes mihi ſunto, vtilius eſt poſſe eum quoq; adire & petere hæreditatē, qui neſcit portionem, ſi cætera, quæ oportet eum ſcire, non ignoret o, vt ſcilicet quadrantē capiat hæreditatis, reliquis nonam vncijs, quaſi pro trigeminis, relictum p.

n. l.4.etſi pauciores.h.ti.

o. l.5. illud ſciendum in prin.& § fin.h.tit.

p. d.l.3.antiqui.

VI. Si, cum multi hæredes inſtituti eſſent, ex his vnus in Aſia erat, eiuſq; procurator venditionem fecerit, & pecuniam pro parte eius abſtulerit, poſtea autem apparuerit eum, qui in Aſia erat, antea deceſſiſſe, inſtituto ex parte dimidia hærede procuratore ſuo, & ex parte alio, priores iſtos hæredes, ab eo, qui procurator cohæredis fuiſſet, totam hæreditatem, (quia ex hæreditate ea pecunia fuiſſet, quæ ad procuratorem ex venditione perueniſſet,) petere oportebit, & nihilominus partem dimidiam

diam à cohærede eius, atq; ita fiet, vt ſiue omnis ea pecunia penes eum, qui procurator fuiſſet, reſideat, omnem per Iudicem ab eodem recuperent, ſiue is partem dimidiam cohæredi ſuo reddiderit, ipſe ex dimidia & altera dimidia cohæres eius condemnandus veniat q: diuiſione deinceps pro rata cuiuſq; portione facienda r. q. *l. 9. cum multi. h. tit.* r. *d. l. 2 § ſi ego. et § item ſi eidem. h. tit.*

VII. Quòd ſi filius eius, qui ex parte hæres inſtitutus erat, cùm patrem ſuum ignoraret viuo teſtatore deceſſiſſe, partem hæreditatis nomine patris, vt abſentis adminiſtrauerit, & pecunias diſtractis rebus acceperit, patris quidem cohæredes petitionem hæreditatis aduerſus eum non habebunt, ſed actionem negociorum geſtorum, neq; fratribus ſuis, cùm non fuerit paterna hæreditas, petitione hæreditatis aut negociorum geſtorum actione tenebitur: planè ſi filius iſte patri ſuo hæres extiterit, & prætendat, quòd pater eius poſtquam hæres extitit, mortem obierit, quoniam quaſi hæres negocia hæreditaria geſſit, & debitor hæreditatis extitit, ſiue alius iuris poſſeſſor, petitione hæreditatis conueniri poterit ſ. ſ. *l. vlt. h. tit.*

De poſſeſſoria hæreditatis petitione: Tit. 5.

1 2. *Poſſeſſoria petitio, qua occaſione, cui, & ad quid detur?*

I. Sed in illis quidem hæreditatis petitionibus, de quibus hactenus, vtpote Iure Ciuili adinuentis, Prætor Iuris ciuilis authoritatem ſubſecutus eſt: ordinarium tamen

fuit, poſt ciuiles illas actiones hæredibus propoſitas, rationem etiam habere Prætorem eorum, quos ipſe velut hæredes facit, hoc eſt eorum, quibus bonorum poſſeſſio data eſt [a].

a. l. 1 b. tit. & ſa. tex. eleg. in § quos autem. I. de bonorum poſſeſſ.

II. Et quidem cùm alij directò, alij Iure fideicommiſſi ad hæreditatem vocentur, directoq; quis ad hæreditatem vocetur, aut Iure Ciuili, aut Iure Prætorio, quorum ille hæres ſimpliciter, hic vero bonorum poſſeſſor appellatur [b], fit vt Ciuilis hæreditatis petitio dicatur, quæ illi competit, qui Iure Ciuili hæres eſt, ſicut e contra Poſſeſſoria hæreditatis petitio, quæ illi competit, qui Iure Prætorio bonorum poſſeſſionem eſt conſecutus [c], per quam hæreditatis petitionem tantundem conſequitur bonorum poſſeſſor, quantum ſuperioribus ciuilibus actionibus hæres conſequi poteſt [d].

b. § fin I. per quas perſo. cuiq; acquir. & tex. in princ. tit. & d. § quos autem. I. de bonorum poſſeſſ. l. 1 § bonorum ſ. de bonor. poſſeſſ.

c. d. l. 1. b tit.

d. l vlt. b. tit.

De fideicommiſſaria hæreditatis petitione: Tit. 6.

l. 2. *Fideicommiſſaria petitio cui, & ad quid detur?*

I. Ex ordine igitur occurrit etiam illa actio, quæ proponitur his, quibus ex fideicommiſſo reſtituta eſt hæreditas: nam quiſquis ſuſcepit reſtitutam hæreditatem ex Senatusconſulto, ex quo actiones tranſeunt, Fideicommiſſaria hæreditatis petitione vti poterit [a]: atq; hæc rurſus actio eadem recipit, quæ hæreditatis petitio ciuilis [b].

a. l. 1. b. tit.
b. l. 2. b. tit.

II. Nec intereſt is, cui teſtamento relicta eſt hæreditas, mihi rogatus fuerit reſtituere, an

an is, qui ei hæres extitiſſet: ſed etſi bonorum poſſeſſor ſim eius, cui fideicommiſſaria hæreditas relicta eſt, vel alius ſucceſſor, per hanc actionem experiri poterim: quanquam aduerſus eum, qui mihi hæreditatem ex fideicommiſſo reſtituere debet, hæc actio non competit, ſed actio ex teſtamento [c]: & alioqui hæ actiones fideicommiſſario hæredi dantur, quæ hæredi directo & in hæredem directum competerent [d].

c. l. vlt. & ibi Dd. h. tit. §. noſtra autem. I. de legatis. l. 1. C. commun. de legat. & fideicom.

d. d. l. vlt. in fine.

LIBER SEXTVS.

Diſputat. I. Reſpond. Hinricus Scharnhorſt, Neapolitanus.

De rei vendicatione: Tit. 1.

1. & ſeqq. Rei vendicatio qualis ſit actio, & quas res ea perſequamur?
10. 11. 12. Quomodò & contra quos inſtituatur hæc actio?
14. & ſeqq. Quale ſit hic officium iudicis & quid veniat in hanc actionem?
31. & ſeqq. Vbi deficiat rei vendicatio vel non?

I. Poſt actiones, quæ de vniuerſitate propoſitæ ſunt, ſubijcitur actio ſingularum rerum petitionis, quæ Rei vendicatio appellatur [a]: ſed quãuis generaliter omnes in rē actiones Vendicationes appellētur, ſicut in perſonam actiones Condictiones [b], adeo vt illæ quoq; actiones, quæ ratione ſeruitutum perſonalium vel realium competunt, Vendicationes vocentur [c]: tamen hoc loco ſolummodò inſtituitur tractatio de ſpeciali in rem actione, ſeu de ſpeciali Rei vendicatione, quæ nihil eſt aliud

a. l. 1. in prin. h. tit.

b. § appellamus. I. de act. l. 25. actionum genera. in pr. ff. de oblig. & act.

c. § æquè ſi agat. I. de act. l. 1. ff. ſi vſusfruct. pet. vel ad alium pertinere neget. l. 2. ff. ſi ſeruitus vend. vel ad alium pertinere negetur.

aliud, quam actio, qua dominium rei noſtræ perſequimur, plenariè videlicet, ita vt ipſam rem noſtram, & quicquid eius ratione ad nos pertinet, petamus [d].

II. Hæc igitur in rem actio competit ei, vt ait Iureconſultus Paulus, qui aut Iure gentium, aut Iure ciuili dominium acquiſiuit [e]: & vt Iureconſultus Vlpianus atteſtatur, locum habet hæc ſpecialis in rem actio, in omnibus rebus mobilibus, tam animalibus, quã his, quæ anima carent, & in his, quæ ſolo continentur [f]: imò liberos quoq; ſuos, quos in poteſtate habet, adiecta cauſa ex iure Quiritum, patrem vendicare poſſe [g], & gregem ſuum, licèt ſingula capita ipſius non ſint, hac actione petere quem poſſe, ex Pomponij ſententia idem Vlpianus aſſeruit [h], ideò nimirum quia grex non pro vniuerſitate, ſed pro vno corpore habetur, quamuis ex diſtantibus capitibus conſtet [i].

III. Si tamen par numerus duorum interfuerit, neuter ſolidum gregem, nec partem dimidiam totius eius vindicabit, ſed vnusquisq; ſua pecora [k], quia etſi pecora Titij tuis pecoribus miſta fuerint, non ideò grex intelligitur eſſe communis [l]: quòd ſi maiorem numerum alter habeat, vt detracto alieno, nihilominus gregem vendicaturus ſit, in reſtitutionem tamen non venient aliena capita [m]: ſi is, qui gregem habebat trecentorum capitum, amiſis centum, redemit totidem alia capita ab eo, qui dominium eorum habebat, vel ab eo, qui

d. d.l. actionum genera. in prin. verſ. in rem actio. & eſt tex. eleg. in §.1. verſ. pen. & vlt. I. de act.
e. l. 23. in rem actio. in pr. h. tit.
f. d.l.1. in prin. verſ. quæ ſpecialis.
g. d.l.1. §.1.
h. d.l.1. §. fin.
i. d.l. in rem actio § item quæcunq; verſ. at in his corporibus. l. 30. rerum mixtura in prin. verſ. tertium. & §. fin. ſ. de vſucap. et vſurp.
k. l. 2. in prin. h. tit.
l. §. quòd ſi frumentum. verſ. ſed nec magis I. de rer. diuiſ. d.l. in rem actio § item quæcunq; verſ. at in his corporib. d.l. 30. rerum mixtura. in prin. verſ. tertium & §. fin.
m. d.l. 2. in fine. h. tit.

qui bona fide ea poſſidebat, & hæc vtiq; gregis vendicatione continebuntur: ſed etſi ea ſola ſuperſint capita, quæ redempta ſunt, adhuc gregem vendicare poterit [n].

IIII. Armamenta tamen nauis ſingula erunt vendicanda, ſcapha quoq; ſeparatim vendicabitur, quia hæc non ita vno corpore, ſicut capita omnia ac ſingula grege contineri cenſentur [o]: ſi quid, quod eiuſdem naturæ eſt, puta argentum tuum & meum, ita confuſum eſt atq; commixtum, vt deduci & ſeperari non poſſit, maſſa tota nobis communis erit, & vnuſquiſq; pro rata ponderis, quod in maſſa habemus, vindicabit, etſi incertum ſit, quantum quiſq; ponderis in maſſa habeat [p]: ſed hoc tamen caſu etiam communi diuidundo agi poterit: quinimò furti quoq; et ad exhibendū tenebitur, qui dolo malo confundendum id argentū curauit, ita vt in ad exhibendum actione precij ratio haberi debeat, in vendicatione vel communi diuidundo actione, hoc amplius ferat, cuius argentum precioſius fuerat [q].

V. Quòd ſi frumentum duorum, non voluntate eorum, ſed fortuito confuſum ſit, competit ſingulis in rem actio in id, in quantum paret, in illo aceruo ſuum cuiuſq; eſſe: quod ſi voluntate eorum frumenta commixta ſunt, tunc communicata videbuntur, & erit communi diuidundo actio [r]: ſi quis rei ſuæ alienam rem ita adiecerit, vt pars eius fieret, veluti ſi quis ſtatuæ ſuæ brachium aut pedem alie-

n. *l. 3 in prin. h. tit.*

o. *d. l. 3 § armamenta d. l. in rem actio § item quacunq. verſ. at in his corporibus et d. l. rerum mixtura in prin. verſ. tertium. & § fin.*

p. *d. l. 3 § fin.*

q. *l. 4. quo quidem. h. tit.*

r. *l. 5. idem Pomponius in prin. h. tit.*

alienum adiecerit, aut ſcypho anſam vel fundum, vel candelabro ſigillum, aut menſæ pedem; dominus totius eius rei efficitur [s]: ſicut ſi quis in charta mea aliquid ſcribat, ſcriptura etiam mihi cedit, acceſſionis iure [t]: & quidem in his, quæ ſeparabilia ſunt, agere is, qui dominus rei adiectæ erat, ad exhibendum poteſt, vt res ſeparentur, & tunc vendicentur: vbi autem neq; in rem agi poteſt, in factum actio neceſſaria eſt [u].

VI. Quamuis autem ſicut ſcriptura chartæ membranæue cedit, licet aureæ literæ ſint [x], ita quoq; picturam qualiſcunq; ſit tabulæ cedere, quidam exiſtimauerunt, in qua ſententia fuit etiam Paulus Iureconſultus [y]: receptum tamen eſt, meliuſq; viſum, tabulam picturæ cedere, quippe ridiculum eſſe habitum eſt, picturam Apellis vel Parrhaſij vel cuiuſcunq; alterius inſignis artificis in acceſſionem viliſſimæ tabulæ cedere: ſi tamen á domino tabulæ imaginem poſſidente, is qui pinxit directa rei vendicatione eam petat, nec ſoluat pretium tabulæ, poterit per exceptionem doli mali ſubmoueri: at ſi is, qui pinxit, eam poſſideat, conſequens eſt, vt vtilis actio domino tabulæ aduerſus eum detur, quo caſu ſi non ſoluat impenſam picturæ, poterit per exceptionem doli mali repelli, vtiq; ſi bonæ fidei poſſeſſor fuerit ille, qui picturam impoſuit; illud enim palam eſt, quod ſiue is, qui pinxit, ſurripuit tabulas, ſiue alius, competere Domino tabularum furti actio [z].

s. d. l. 22 in rem actio § ſi quis rei ſuæ.

t. d. l. in rem actio. §. ſed & id. l. 9 qua ratione §. literæ quoq; l. de acq. rer. dom. §. literæ quoq; I. de rer. diuiſ.

u. d. l. in rem actio §. item quæcunq;

x. d. l. in rem actio. §. ſed & id. d. l. qua ratione §. literæ quoq; d. §. literæ quoque I. de rer. diuiſ.

y. d. l. in rem actio. §. ſed & id.

z. d. l qua ratione. §. ſed non vti literæ. itemq; §. ſi quis in aliena tabula. I. de rer diuiſ.

SI ex

VII. Si ex melle meo & vino tuo feceris tibi mulſum [a], vel ſi ex meo melle & meo vino mulſum tibi feceris, aut ex tabulis meis nauem vel armarium, vel ſubſellia, aut ex lana mea veſtimentum, ex medicamentis meis emplaſtrum vel collyrium, vel ex vuis aut oliuis meis vinum aut oleum feceris, & quidem bona fide cùm totum tuum exiſtimares eſſe, quia noua ſpecies facta eſt, eaq; ad priorem rudem materiam reduci non poteſt [b], dominus quidem is erit, qui ſpeciem formauit, attamen vtili rei vendicatione conuentus, æſtimatione adiunctę rei, domino eius præſtare cogetur, licet bonæfidei poſſeſſor ſit [c]: quòd ſi cùm ſcires materiam alienam, ſpeciē feceris, ad exhibendum agere poſſum, vt ipſæ res præſtentur [d]: ſicut & directa rei vendicatione ad ipſas res reſtituendas agi poteſt, ſi ſpecies formata ad priorem rudem materiam reduci poteſt, puta vas conflatum ad rudem materiam æris, argenti, quia materiæ dominus, dominus eius manet [e].

VIII. Si equam meam equus tuus prægnantem fecerit, non eſt tuum, ſed meum, quod natum eſt, ideoq; vindicatio tibi denegatur [f]: de arbore ſanè, quæ in alienum agrum tranſlata coaluit, & radices immiſit, vtilis in rem actio priori domino datur: ſed quamdiu nondum coaluit, prioris domini manet, ideoq; directa rei vendicatio ei competit [g].

IX. Tignum alienum ædibus iunctum nec vindicari poteſt, propter legem duodecim tabularum

a. d. l. idem Pomponius. §. 1.

b. §. cùm ex aliena. I. de rer. diuiſ. l. 7. adeò quidem. §. cùm quis ex aliena. ſ. de acqui. rer. dom.

c. d. §. cùm ex aliena. & d. l. adeò quidem. §. cum quis ex aliena. cum d. l. idem Pomponius & in iſtis locis Dd.

d. l. 12. de eo. §. ſi quis ex vuis. ſ. ad exhib.

e. d § cùm ex aliena. d. l. adeò quidem. §. cùm quis ex aliena. d. l. idem Pomponius. §. 1.

f. d. l. 5. idem Pomponius. §. idem ſcribit.

g. d. l. idem Pomponius §. de arbore. & eſt tex. in § ſi Titius alienam. I. de rer. diuiſ. item q; in d. l adeò quidē. § ſi alienam. cum § fin.

bularum, nec eo nomine ad exhibendum agi, niſi aduerſus eum, qui ſciens alienum iunxit ædibus, ſed eſt actio antiqua de tigno iuncto, quæ in duplum ex lege duodecim tabularum deſcendit [h]: Item ſi quis ex alienis cæmentis in ſolo ſuo ædificauerit, domum quidem vendicare poteſt, cæmenta autem prior dominus vendicabit, etiamſi poſt tempus vſucapionis demum diſſolutum ſit ædificium, poſtquàm à bonæ fidei emptore poſſeſſum ſit: quia ſingula cæmenta non vſucapiuntur, & ſi domus per temporis ſpacium noſtra fiat [i].

X. Is verò qui deſtinauit rem petere, animaduertere debet, an aliquo interdicto poſſit nanciſci poſſeſſionem, quia longe commodius eſt, ipſum poſſidere & aduerſarium ad onera petitoris compellere, quàm alio poſſidente petere [k]: deinde autem qui petitorio iudicio vtitur ne fruſtra experiatur, requirere debet, an is, cum quo inſtituturus eſt actionem, poſſeſſor ſit, vel dolo deſierit poſſidere [l]: neq; tamen ab illis tantùm peti res poteſt, qui poſſident, ſed ab omnibus qui tenent & habent reſtituendi facultatem, atq; ita etiam ab eo res vendicari poteſt, apud quem depoſita eſt, vel cui eſt commdata, vel qui conduxerit, aut qui legatorum ſeruandorum cauſa, vel dotis ventriſuè nomine in poſſeſſione eſt, vel ob id quod damni infecti nomine non cauebatur [m]: quinimò is quoq; hac actione tenebitur, qui ſe liti obtulit, quamuis non poſſideat & actor eum poſſidere exiſtimet [n].

h. d.l.in rem actio. §. tignum.

i. d.l.in rem actio. §. vlt.

k. l. 24. is qui deſtinauit. h.tit. l.13. ordinarij. C.eo.

l. l.36. qui petitorio. in pr. h.tit.

m. l.9. officium. h tit. l. vnica C. de alienat. iud. mut. cau. facta.

n. l. 7. ſi is qui obtulit. l. 25. is qui ſe. l. 26. nam ſi actor. & l. 27. ſin autem. in prin. h.tit.

XI. Sed & deſignare rem debet, qui in rem agit, et vtrùm totam an partem, & quotam petat: appellatio enim rei non genus, ſed ſpeciem ſignificat: & quidem infectæ materiæ pondus, ſignatæ verò numerum, factæ autem ſpeciem dici oportet: ſed & menſura dicenda erit cum res menſura continebitur: & ſi veſtimenta noſtra eſſe, vel dari oportere nobis petamus, & numerum & colorem dicere debebimus, non tamen an trita ſint: & rurſus in petendo homine nomen eius dici debet, & vtrùm puer an adoleſcens ſit, vtiq; ſi plures ſint: ſed ſi nomen eius ignorem demonſtratione vtendum erit: item fundum petiturus nomen eius & quo loci ſit, dicere debebit [o]: quòd ſi verò error ſit in vocabulo, de corpore conſtat, rectè actum eſſe videtur: ſi plures ſint eiuſdem nominis ſerui, puta plures Erotes, nec appareat de quo actum ſit, nulla poterit fieri condemnatio [p].

o. *l.6.ſi in rem. h.tit.*

p. *d.l.5.Pomponius.§.vlt.*

XII. Quòd ſi ex æquis partibus fundum mihi tecum communem, tu & Lucius Titius poſſideatis, non ab vtriſq; quadrantes petere me oportebit, ſed à Titio, qui non dominus ſit, totum ſemiſſem: quanquàm ſi certis regionibus tu & Titius eum fundum poſſideatis, tunc ſinè dubio & à te, & à Titio partes me petere oportebit, quia quoties certa loca poſſidebuntur, neceſſariò in his aliqua pars mea eſt: & ideò tu quoq; à Titio quadrantem petere debebis: quæ tamen diſtinctio

neq;in re mobili,neq; in hæreditatis petitione, vtpote iure vniuerſali,locum habet: nunquam enim pro diuiſo poſſideri poteſt [q]: & in his, quę indiuidua ſunt,vel ſinè interitu diuidi non poſſunt, pars pro diuiſo peti non poteſt [r].

XIII. Solum partem ædium eſſe conſtat, & quia meum eſt, quod ex re mea ſupereſt, cuius vendicandi ius habeo, ſolum etiam, ædificio fortè combuſto, vendicare potero [s]: & quæ de tota re vendicanda dicta ſunt, eadem & de parte intelligenda erunt, officioq; Iudicis continetur, pro modo partis ea quoq; reſtitui iubere, quæ ſimul cum ipſa parte reſtitui debent [t]: incertæ etiam partis vendicatio datur, ſi iuſta cauſa interueniat, puta ſi propter detractionem Legis Falcidiæ, neſciat legatarius quotam partem legati vendicare debeat [u]: quãuis alioqui petitor partem exprimere debeat, neq; cogatur poſſeſſor dicere pro qua parte res ipſius ſit,quod & in Publiciana ſeruatur [x].

XIIII. Officium itaq; Iudicis in hac Actione erit, in primis vt inſpiciat Iudex, an Reus poſſideat, nec ad rem pertinebit ex qua cauſa poſſideat: vbi enim probaui rem meam eſſe, neceſſe habebit poſſeſſor reſtituere, qui non obiecit aliquam exceptionem [y]: fructus etiam æſtimandi ſunt, non modò percepti, ſed & qui percipi honeſtè potuerunt [z], & quidem pro regula traditum eſt, malæ fidei poſſeſſores omnes fructus cum ipſa re debere reſtituere, bonæ fidei autem poſſeſſorem extantes ſolummodò [a]: & malæ fidei poſſeſſor etiam is habe-

q. *l.8.Pomponius.h.tit.*

r. *l.35.& ex diuerſo.h.ti.*

s. *l.49.ſolum.h. tit.*

t. *l.76.quæ de tota.in pri. h.tit.*

u. *d.l.quæ de tota.§.fin.*

x. *l.73.in ſpeciali.h.tit.*

y. *d.l.9.officium.in prin. h.tit.*

z. *l.33.fructus non modò. in prin.h.tit.*

a. *l.22.certum eſt.C.h.ti. l.48.bonæ fidei.in prin. & 2.§.ſeqq.ſ.de acquir rer. dominio.§.ſi quis à non domino.I.de rer. diuiſ.*

habetur, qui ad emptionem accedere volens à Domino per denunciationẽ admonitus eſt, fundum diſtrahentis non eſſe [b]: domus quoq; iniuria occupata, cum penſionibus, quas percepit inuaſor, aut percipere potuit, reſtitui debet [c].

XV. Eadem ratione malæfidei poſſeſſor non ſolùm de ſeruis ipſis eorumq; operis tenetur, ſed ancillarum quoq; partus & animalium fætus reſtituere cogitur, quamuis bonæfidei poſſeſſor, quæ ſeruus ex rebus ipſius, aut operis ſuis acquiſiuit, lucretur [d]: quòd ſi dolo aut culpa poſſeſſoris res petita perierit, fructuum ratio habebitur, quo vſq; haberetur, ſi non perijſſet, id eſt ad rei iudicandæ tempus [e]: imò etiam mortuo homine neceſſaria eſt ſententia, propter fructus, & partus & ſtipulationem de euictione, quamuis poſt litem conteſtatam fatum præſtare poſſeſſor non debeat [f]: & alioqui partus ancillæ, quæ vel conceptionis tempore, vel cùm enixa eſt, vel quo medio tempore libera fuerit [g], vendicari non poteſt, quia matris conditionem ſequitur [h].

XVI. Vt autem ex poſſeſſione quis teneatur, poſſidere vtiq; debet & litis conteſtatæ tempore, & quo res iudicatur: quòd ſi litis conteſtatæ tempore poſſedit, cùm autem res iudicatur, ſinè dolo malo amiſit poſſeſſionem, abſoluendus eſt poſſeſſor: è contrà, ſi litis conteſtatæ tempore non poſſedit, quo tempore autem iudicatur, poſſidet, non ſolùm rei, ſed etiam fructuum nomine ex eo tempore condemnandus eſt [i]: Si nudæ proprietatis dominus rẽ

b. l.17. ſi fundum. C. h. tit.

c. l.5. domum. C. h. tit.

d. l.1 C. h tit. l.10. acquiritur. §. fin. ſ. de acquir. rer. dom. §. idem placet. I. per quas perſo. cuiq; acquir. §. item per liberos. I per quas perſon. nobis obligatio acquiritur.

e. d. l. fructus non modò. in prin.

f. l. 16. vtiq; autem. & l. pen. h. tit.

g. §. 1. verſ. ſufficit autem. I. de ingenuis. l. 5. & ſeruorum. §. ingenui. ſ. de ſtatu hominum.

h. l. partum. C. h. tit.

i. l.27. ſin autem. §. poſſidere. h. tit.

petierit, & inter moras vſumfructum alteri amiſerit, ex eo tempore, quo ad proprietatem vſusfructus reuerſus eſt, fructuum quoq; habebitur ratio [k]: quod ſi verò petitor lite conteſtata vſumfructum alteri legauerit, exinde fructuum non habebitur ratio [l].

XVII. Fructus quoq; pendentes, vt pars fundi vendicantur [m], ſicut et id, quod per alluuionem fundo acceſſit [n]: Si nauis à malæ fidei poſſeſſore petatur, vecturæ etiam pro fructibus computari debent, vt in taberna & area, quæ locari ſolent [o]: & generaliter cùm de fructibus æſtimandis quæritur, conſtat animaduerti debere, non an malæ fidei poſſeſſor fruiturus ſit, ſed an petitor frui potuerit, ſi ei poſſidere licuiſſet [p], & cùm in rem agitur, eorum quoq; nomine, quæ vſui non fructui ſunt, reſtitui fructus certum eſt [q].

XVIII. Eius quoq; rationem habere debebit Iudex, ſi res deterior facta ſit, finge enim hominem debilitatum vel verberatum, aut vulneratũ: ſed quia hoc caſu de damno Legis Aquiliæ etiam actio competit, ſi damni reparationẽ vendicatione perſequatur, cauere debebit petitor Lege Aquilia ſe non acturum [r]: quòd ſi petitor damnũ actione Legis Aquiliæ ꝑſequi malit, in vendicatione de eo abſoluend⁹ erit poſſeſſor [ſ]: neq; ſolùm doli, ſed etiam culpæ nomine tenetur poſſeſſor: culpæ autem reus eſt poſſeſſor, qui per inſidioſa loca ſeruum miſit, ſi is perijt, &c. & qui nauem à ſe petitam aduerſo tempore nauigatum miſit, ſi ea naufragio perempta

eſt

k. d. l. fructus non modò. § fin. h. tit.

l. l. 35. & ex diuerſo. in prin. h. tit.

m. l. 44. fructus pendentes, cui iunge. l. 53. ſi fundi. & l. 78. ſi eius fundi. h. tit.

n. l. 34. idem eſt. h. tit.

o. l. 62. ſi nauis. in prin. h. tit.

p. d. l. ſi nauis. § fin.

q. l. 64. cùm in rem. h. tit.

r. l. 13. non ſolùm autem. h. tit.

ſ. l. 14. quòd ſi malit. h. tit.

eſt [t]: aliud eſt ſi nauigationis tempore, nauem trans mare miſit, licet ea perierit, dum tamen idoneis hominibus eam commiſerit [u].

XIX. Si homo petitus, dolo poſſeſſoris deterior factus ſit, deinde ſinè culpa eius ex alia cauſa mortuus ſit, æſtimatio non fiet eius, quòd deteriorem eum fecerat, quia nihil intereſt petitoris: ſed Legis Aquiliæ actio ſupereſt [x]: quòd ſi hominem, qui Mœuij erat, emi à Titio, deinde cum eum Mœuius à me peteret, eundem vendidero, eumq; emptor occiderit, vtiq; precium petitori præſtare debebo [y]: item ſi verberatum hominem poſſeſſor tradidit, iniuriarum etiam competit actio [z]: ſi quis ſanè rem ex neceſſitate vel etiam perituros fructus diſtraxit, precium duntaxat præſtabit [a]: & quod furioſus vel infans poſſeſſor damnum dedit, impunitum eſt [b].

XX. Si moram fecit poſſeſſor in homine tradendo, non ſolum ipſius rei, ſeu precij pro re, quia forte petitor fuiſſet rem diſtracturus, ſed etiam fructuum & omnis cauſæ rationem haberi oportebit, atq; ita etiam partus veniet in reſtitutionem & partuum fructus, & ſi fortè per eum ſeruum Legis Aquiliæ actionem acquiſiuit [c]: Si per filium fortè pater hominem poſſideat, & is ſine culpa patris rei iudicandæ tempore abſit, cauere debebit de homine perſequendo & poſſeſſione reſtituenda [d].

XXI. Sic & aliàs bonæ fidei poſſeſſor, deſinens rem poſſidere poſt litem conteſtatam, ſinè dolo & culpa, non condemnatur ad rem ipſam, nec tenetur cauere de perſequẽdo, ſed condẽnatus

t. d. l. 36. *qui petitorio. §. fin. h. tit.*

u. *d. l. 16. vtiq. autem § fi. h. tit.*

x. *d. l. 27. ſin autem. § ſi homo. h. tit.*

y. *l. 17. Iulianus. in prin. h. tit.*

z. *l. 15. item ſi verberatum in prin h. tit.*

a. *d. l. item ſi verberatum. § 1.*

b. *l. 60. quod infans. h. tit.*

c. *l. 20. prætereà. & d. l. item ſi verberatum. §. fin. cum d. l. Iulianus. §. 1. h. tit.*

d. *l. 27. ſin autem. §. ſi per filium. h. tit.*

ſolummodò ad actiones cedendas, ſi medio tempore vſucapionem compleuit, item ad fructus perceptos, & vt caueat ſe reſtituturum, ſi res ad ipſum perueniat: quòd ſi culpa deſijt poſſidere, condemnatur etiam ad rem ceſſis ipſi actionibus: ſi verò dolo deſijt poſſidere, condemnatur, quaſi poſſideret, nullis actionibus ceſſis [e].

XXII. Nam & illud traditum eſt, quòd is quoq; qui ante vel poſt litem conteſtatam dolo deſijt rem poſſidere, conueniatur in rem actione, perindeq́, condemnetur ac ſi poſſideret, ſicut & in vniuerſali in rem actione petitionis hæreditatis expreſſum eſt [f]: ſi poſt acceptum iudicium poſſeſſor vſucapionis tempora compleuit, quia tamen vſucapionis & præſcriptionis ius iudicio interruptum eſt [g], debebit nihilominùs hominem tradere, & quia periculum eſt ne eum vel pignorauerit, vel manumiſerit, debet eo nomine de dolo cauere [h]: ipſi quoq; Reo cauendum eſt, his rebus, quas tradit, rectè præſtari, ſi fortè fundi nomine damni infecti cauit [i]: Sed & aliâs cùm poſt conuentionem homo reſtituitur, bonæfidei poſſeſſor de dolo ſolo ante litem conteſtatam, malæfidei autem poſſeſſor, tam de culpa quàm etiam de dolo, ſicut & bonæ fidei poſſeſſor poſt litem conteſtatam, cauere debet [k].

XXIII. Præterea reſtituere debebit poſſeſſor ea, quæ poſt acceptum iudicium non ex re ſua per ſeruum acquiſiuit, vtpote hæreditates & legata: nec enim ſufficit corpus ipſum reſti-

e. l.21.ſi a bonæ fidei cum l.22.quòd ſi dolo.h.tit.

f. d.l.ſin autem.§.ſed & is qui antè. l. 20. item veniunt.§.præter hæc verſ. item eos,qui bona. cum verſ.ſeq. ſ.de petit.hæred. & ibi notatum eſt in axiomate 20. l. 131.qui dolo l.150. parem. l. 157. ad ea. §.ſemper. ſ. de reg.iur. Bart. & alij in l. 3. § fin.ſ .de alienat.iud.mut. cauſa facta.

g. l.26.moræ.C h.tit l.10. nec bona.C. de longi temporis præſcript.10. vel 20. an. l.2.C de annali except.

h. l.18.ſi poſt acceptum. h.tit.

i. l.19.ipſi quoq.h.tit.

k l.45.ſi homo.h.tit.

reſtitui, ſed opus eſt vt & cauſa rei reſtituatur, id eſt, vt omne habeat petitor, quod habiturus foret, ſi eo tempore, quo iudicium accipiebatur, reſtitutus ille homo fuiſſet [l]: quòd ſi culpa ſua, non fraude poſſeſſionem quis amiſerit, quoniam æſtimationem pati debet, cedi ei actiones debent, & ſi petitor, poſtquam litis æſtimationem percepit, rem poſſideat & velit æſtimationem reſtituere, audiri eum non facilè oportebit [m].

XXIIII. Si in rem actum ſit, quamuis hæres poſſeſſoris, ſi non poſſideat, abſoluatur, tamen ſi quid ex perſona defuncti commiſſum ſit, omnimodò in damnationem veniet [n], & ſi quid culpa vel dolo malo hæredis factum ſit, id quoq; in hoc iudicium veniet [o]: cùm autem fundi poſſeſſor ante litem conteſtatam dolo malo fundum poſſidere deſijt, hæredes eius in rem quidem actionem ſuſcipere cogendi non ſunt, ſed in factum actio aduerſus eos reddi debebit, per quam reſtituere coguntur, quantò locupletiores ex ea re facti ſunt [p]: Si poſſeſſor fundi ante iudicium acceptum duobus hæredibus relictis deceſſerit, & ab altero ex his, qui totum fundum poſſidebat, totus petitus fuerit, in ſolidum condemnari debebit [q].

XXV. Porrò is, qui dolo fecit quò minùs poſſideret, hoc quoq; nomine punitur, quòd actor cauere non debet, actiones, quas eius rei nomine habet, ſe ei præſtaturum [r], nec quaſi Publicianam quidem actionem ei dan-

l. *d.l.20. præterea. h.tit.*
m. *l.63. ſi culpa. h.tit.*
n. *l.42. ſi in rem. h.tit.*
o. *l.51. ſi in rem. h.tit.*
p. *l.52. cùm autem fundi. h.tit.*
q. *l.55. ſi poſſeſſor fundi. h.tit.*
r. *l.69. is qui dolo. h.tit.*

dam placuit, ne in poteſtate cuiuſq; ſit, per rapinam ab inuito domino rem iuſto precio comparare [s]. poteſt tamen aduerſus eum, qui dolo deſijt poſſidere, nihilominùs in litem iurari à petitore, quanti is ſua intereſſe exiſtimauerit: ſicut & in illo caſu, cùm petitor dominij ſui intentionem probauit, & poſſeſſor quamuis rem poſſideat, tamen per contumaciam non reſtituit [t]: ſed ſi actor ſimplicem rei æſtimationem accipere malit, mos ei gerendus eſt [u].

s. l. 70. nec quaſi. h. tit.

t. l. 21 à poſſidentibus. C. h. tit.

u. l. 61. quòd ſi poſſeſſor. h. tit.

XXVI. Aduerſus eos quoq; qui à malæ fidei poſſeſſoribus fundum bona fide comparauerunt, ita tibi, qui à vero domino eum comparaſti, actio competit, ſi priuſquàm vſucapionem illi implerent, vel longæ poſſeſſionis præſcriptionem adipiſcerentur, dominium ad te peruenerit [x]: nullo autem iuſto titulo præcedente poſſidentes, ratio iuris dominium quærere prohibet: & cùm vſucapione ceſſante, intentio dominij nunquam abſumatur, citra beneficium actionis reſciſſoriæ directa permanet integra vendicatio [y]: & rurſus ſi mancipium tuum per vim vel furtum ablatum, alij ex nulla iuſta cauſa diſtraxerunt, vendicanti tibi dominium, ſoluendi precij neceſſitas nulla irrogatur [z].

x. l. 4. aduerſus eos. C. eo.

y. l. 24. nullo iuſto. cum l. ſeq. C. h. tit.

z. l. 23. ſi mancipium. C. h. tit.

XXVII. Si cùm à Titio petere vellem, aliquis dixerit ſe poſſidere, & ita liti ſe obtulit, atq; hoc ipſum in agendo teſtatione probauero, omnimodò condemnandus eſt [a], quamuis nec poſſideat, nec dolo fecerit, quò minus poſſi-

a. d. l. 27. ſin autem. in pr. h. tit.

poſſideret [b]: attamen ſi actor hoc ſcit, tunc is non ab eo, ſed à ſemetipſo decipitur, & ideò Reus abſolui debebit [c]: quòd ſi is, qui ſe obtulit fundi vendicationi, damnatus eſt, nihilominùs à poſſeſſore rectè petitur [d].

b. *l.25. is qui ſe obtulit h. tit.*
c. *l.26. nam ſi actor. h. tit.*
d. *l.7. ſi is, qui obtulit. h. t.*

XXVIII. Eius autem rei, quæ per in rem actionem petita, tanti æſtimata fortè eſt, quanti in litem actor iurauerit, dominium ſtatim ad poſſeſſorem pertinet: tranſegiſſe enim cum eo, & decidiſſe eo precio videtur, quod ipſe conſtituit [e]: hoc ita ſi res præſens ſit: ſi abſens, dominium acquirere cenſebitur tunc, cùm poſſeſſionem rei poſſeſſor nactus ſit ex voluntate actoris: & ideò non eſt alienum, non aliter litem æſtimari à iudice, quàm ſi cauerit actor, quòd per ſe non fiat, poſſeſſionem eius rei non traditum iri [f]. de euictione ſanè poſſeſſori petitor cauere non cogitur, quia ſibi poſſeſſor imputare debet, qui non reſtituit rem [g].

e. *l.46. eius rei. h. tit.*
f. *l.47. hæc ſi res. h. tit.*
g. *d. l.35. & ex diuerſo. §. petitor. h. tit.*

XXIX. Si res mobilis petita ſit, bonæ fidei poſſeſſor, aut ibi eam reſtituere debet, vbi eſt, aut vbi agitur, ſed ſumptibus petitoris, qui extra cibaria in iter, vel nauigationem faciendi ſunt [h]: quòd ſi petitor velit, ſuis omninò impenſis, & ſuo periculo in loco iudicij rem reſtitui, audiendus erit, & poſſeſſor de reſtitutione cum ſatiſdatione cauere debebit [i]: idem ſtatui debet, ſi malæfidei poſſeſſor alio loco rem nactus ſit: ſi verò ab eo loco, vbi lis conteſtata eſt, eam ſubtractam alio tranſtulit, illic reſtituere debet, vnde ſubtraxit, ſumptibus ſuis [k].

h. *l.10. ſi res mobilis. h. tit.*
i. *l.11. niſi malit. h. tit.*
k. *l.12. ſi verò malæ fidei. h. tit.*

XXX. Quòd ſi in re petita impenſas bonæ fidei poſſeſſor fecerit ante litem conteſtatam, oppoſita doli mali exceptione petitor eas reſtituere cogitur, quanquàm in vtilibus & voluptarijs liberatur petitor, ſi eius quod adiectum eſt, quatenus ſinè damno rei fieri poteſt, ablationem permittat [l]: quod & malæ fidei poſſeſſori concedendum eſt, qui ſciens alienum fundum eſſe, non tamen donandi animo in eo ædificauit: quanquàm & petitor audiri debet, qui tantum dare paratus eſt, quantum ex rebus ablatis habiturus eſt poſſeſſor [m]: reputabit quoq; poſſeſſor, quod propterea, vt iure pignoris rem liberaret, exoluit [n]: item illi obſtabit doli mali exceptio, qui poſtquàm in fundo communi bona fide ædificatum eſſet, non refuſis impenſis, eum vendicat [o]: redemptores autem, qui ſuis cæmentis in alieno ædificant, quia ſtatim faciunt cæmenta eorum, in quorum ſolo ædificant, vendicare ea non poſſunt, ſed actione conducti id, quod ſibi debetur petent [p].

XXXI. Deficit tamen nonnunquàm Rei vendicatio, & in primis ſi dominium, quod per inſtrumenta, vel teſtes, vel alia legitima indicia probari poteſt [q], probatũ nõ ſit [r]: atq; ita loca ſacra, religioſa, quaſi noſtra, vendicari non poſſunt [s], adeò vt nec lapides inædificati, quamuis alioqui ſoluta vendicari poſſint [t], poſtquàm remoti ſunt, vendicari queant, ſed in factum actio, aduerſus eum, qui id fecit, detur [u]: nec rem emptam antequàm tradita

hæc

l. d. l. 27. ſin autem. §. in rem petitam. & §. fin. cum 5. ll. ſeqq. l. 48. ſumptus. h. ti.

m. l. 37. Iulianus. & l. 38. in fundo alieno. h. tit. l. 2. & l. 11. ſi quis. C. eo.

n. l. 65. emptor prædium. in prin. h. tit.

o. l. 16 ſi in area. h. tit.

p. l. 39. redemptores. in pr. h. tit l. 19. ſed addes. § ſi inquilinus. l. 55. dominus horreorum. §. 1. l 60. cùm in plures. § vehiculum. cum l. pen. ſ. locati.

q. l. 10. cùm ſuper. l. 19. indicia. & d. l 21. à poſſidentibus. C. eo.

r. l. vlt. C. h. tit.

s. d. l. 23. in rem actio. §. 1. h. tit.

t. l. 59. habitator. ſ. h. tit.

u. l. 43. quæ religioſis. h ti.

hæc ipſi ſit, emptor vendicare poteſt [x]: ſicut è contrà venditor quoq; rem venditam & traditam vendicare non poteſt, nec is, qui poſteriùs ab eo cauſam habet, vtpote dominio ritè ſemel translato [y].

XXXII. Mulier quoq;, quàmuis naturali iure dominium rerum dotalium retinere dicatur, vendicare res dotales, conſtante matrimoio non poteſt, ſed vir qui Iure ciuili propter adminiſtrationis poteſtatem dominus dicitur [z]: nec ſeruus rei vendicatione tenetur, ſed dominus [a]: nec depoſitor, cuius pecunia depoſitarius fortè res aliquas ſibi comparauit, vendicare eas poteſt [b]: neq; is vendicatione ampliùs vti poteſt, meliori conditione allata, qui ſub ea conditione emerat, vt meliori conditione allata recederetur ab emptione, aut cui fundus in diem addictus. erat [c].

XXXIII. Sunt alij quidam caſus, vbi quãuis non videatur, vendicatio locum habet, ecce enim error proprietatis vendicationem non impedit [d], nec ideò minùs rectè, quod noſtrum eſt, vendicabimus, quòd abire à nobis dominium ſperatur, ſi conditio legati vel libertatis extiterit [e]: & Aduocatus ob id rem ſuam à poſſeſſore vendicare non prohibetur, quòd priùs ignorans eam ſuam eſſe, alii eam vendicanti patrocinium præſtiterit [f]: Mulier quoq; quę intercedens rem pignori dedit, quia pignus nullum cenſetur, rem pignoratam vendicare nõn prohibetur, quamuis creditor eam diſtraxerit [g].

x. l. 10. ſi ager. h. tit. l pen. C. eod.
y. l. 12. inciuile et l. 15. quoties duobus. C. h. tit. l. 72. ſi à Titio. h. tit.
z. l. 9. doce. C. h. tit. l. 30. in rebus. C. de iur. dot.
a. l. 20 non ſeruum. C. h. t.
b. l. 6. ſi ex ea pecunia. & l. 8. ſi vt proponis. C. h. tit.
c. l. 41 ſi quis hac lege. in prin. h. tit.
d. l. 18. re tua. C. h. tit.
e. l. 66. non ideò minùs. h. tit.
f. l. 54. inter officium. h. ti.
g. d. l. 39. redemptores. §. fin. cum l. ſeq. h. tit. & facit tex. in l. 1. & 2. ꝯ. ad S. C. Velleia.

 Is eti-

XXXIIII. Is etiam, cui filius familiâs vel ſeruus, liberam peculii adminiſtrationem habens, rem peculiarem vendidit & tradidit, vel ſi cùm liberam peculij adminiſtrationem non haberent, patre vel domino ſciente id factum eſt, vendicationem habet [h]: & filia, cui pater decedens peculium reliquit, ancillam peculiarem vendicare poteſt [i]: emptorq; pecuniam à fabro forte in ædibus emptis repertam, quæ non in theſauri conditionem tranſierat, vendicare poteſt [k]: item is, cui mulier, quæ vxor ipſius non erat, rem vendidit, licèt illa iure conductionis in poſſeſſione manſerit, rem vendicare poteſt [l]: & rurſus filia rem ſuam, quam mater vel maritus vendidit, ſi ei non ſucceſſit, vendicare poteſt [m].

h. d. l. 41. ſi quis hac lege. § fin. h. tit.

i. d. l. 65. emptor prædium. § fin. h. tit.

k. l. 67. à tutore. h. tit.

l. l. 77. quædam mulier. h. tit.

m. l. 3. & l. 14. à matre C. h. tit.

XXXV. Quod ſi is, à quo fundus petitus erat, ab alio eiuſdem fundi nomine conuentus ſit, cum ſecundùm priorem Iudex iudicat, ita illi petitori fundum reſtitui iubebit, vt poſſeſſori caueat vel ſatisdet, ſi alter fundum euicerit, ſe præſtaturum [n]: quam cautionem locum etiam habere proditum eſt, ſi quis ſerui nomine, & rei vendicatione conueniatur, & noxaliter, propter furtum fortè ab eo commiſſum [o]: Qui dicit ſe non poſſidere, in rem actionem non compellitur pati, attamen ſi aduerſarius rem ab eo poſſideri conuincat, transfertur ad illum poſſeſſio, licèt ſuam eſſe non probauerit [p].

n. l. 57. is à quo. h. tit.

o. l. 58. à quo ſeruus. h. ti.

p. l. vlt. h. tit.

XXXVI. Qui reſtituere iuſſus, iudici non paret, contendens non poſſe ſe reſtituere, ſi qui-

ſi quidem habeat rem, manu militari, officio iudicis ab eo poſſeſſio transfertur,& fructuum duntaxat, omniſq; cauſæ nomine condemnatio fit: ſi verò non poteſt reſtituere, ſi quidem dolo fecit, quò minùs poſſit, is quantum aduerſarius in litem iurauerit, damnandus eſt: ſi verò nec poteſt reſtituere, nec dolo fecit quò minùs poſſit, non pluris quàm quanti res eſt, id eſt quanti aduerſarij interfuit, condemnandus eſt: atq; hæc ſententia generalis eſt ad omnia interdicta & actiones, ſiue in rem, ſiue in perſonam ſint, ex quibus arbitratu iudicis quid reſtituitur, locum habens q.

q. *tit. l. 68. qui reſtituere. h.*

Diſputat. II. Reſpond. Patroclus Blanckenagelius, Suſatenſis.

De Publiciana in rem actione: Tit. 2.

1. 2. 3. 4. 5. 6.	*Publiciana quid, & quæ ad eam vt competat requirantur?*
7. 8. 9. 10. 11.	*Cui, & aduerſus quem detur?*
12. 13. 14.	*Quid veniat in hanc actionem?*
15. 16.	*Vbi deficiat hæc actio?*

I. Rei vendicationi, vtpote ex legitimis ſeu ciuilibus cauſis deſcendenti, rectè ſubijcitur Publiciana in rem actio, quam Prætor ſua iurisdictione comparatam propoſuit [a]: eſt autem Publiciana actio, qua ius in re, ſeu ipſam rem ex vſucapionis conditione amiſſam, perſequimur: ſic dicta quòd primùm à Publicio Prætore in edicto propoſita ſit [b]: fuit autem edicto ita cautum: ſi quis id, quod

a. *§. ſed iſtæ quidem. cum §. ſeq. I. de act. l. 1. §. 1. h. tit.*

b. *§. namq; ſi cui. I. de act. & d. l. 1. in prin. & §. 1.*

quod traditur ex iuſta cauſa, non à domino, & nondum vſucaptum petet, iudicium dabo [c].

c. d.l 1 in prin.

II. Vt igitur Publiciana actio alicui competat, neceſſe eſt in uſucapionis conditione conſtitutum, ex ea amiſiſſe rem: quòd ſi enim res iam vſucapta eſſet, haberet ciuilem actionem rei vendicationis, nec deſideraret hanc honorariam [d]: in vſucapiendi autem conditione conſtitutus fuiſſe dicitur, cui res à non domino ex iuſta aliqua cauſa tradita fuit, cùm putaret eum eſſe dominum [e], puta ſi ex legati, mortis cauſa donationis, emptionis, dotis uel iudicati cauſa, res ei tradita ſit, vel ſi ſolutionis cauſa res data, aut noxæ deditionis cauſa ſeruus traditus ſit, ſiue vera ſiue falſa cauſa ſit: imò & ſi ſeruum non defenſum ex noxali cauſa, iuſſu prætoris quis duxerit [f]: ſi res ei adiudicata ſit, vel litis æſtimationem pro ea præſliterit [g].

d. d.l.1.§.1.& l. 2. cum l. 13 quæcunq. in prin. & l. vlt.in fine.h.tit.d.§.namq; ſi cui.l. de act.

e. d §.namq; ſi cui. & eſt tex.eleg in prin.tit. I. de vſucap.& longi temp.præſc.

f. d.l.1. in fine. cum. ſ. ll. ſeqq. h.tit.

g. l 7.ſed & ſi res. in pr. h.tit.

III. Is quoq; qui à furioſo, ignorans eum furere, emit, quoniam vſucapere poteſt, ſi poſſeſſionem rei amiſerit, publicianam habebit: ſicut & is, qui ex lucratiua cauſa donationis inter viuos rem conſecutus eſt, quiue ex permutationis cauſa rem accepit [h]: ſi petenti mihi rem, iuſiurandum detuleris, egoq; iurauero rem meam eſſe, competit Publiciana mihi, ſed aduerſus te duntaxat: ei enim ſoli nocere debet iuſiurandum, qui detulit: ſed ſi poſſeſſori delatum ſit iuſiurandum, & iurauerit rem petitoris non eſſe, aduerſus eum ſolùm petentem, exce-

h. d.l.ſed etſi res §.Marcellus.aliàs l. 8. eum qui. in prin. h.tit.

exceptione vtetur, non etiam aduerſus alios actionem habebit [i].

IIII. Deniq; quæcunq; iuſtæ cauſæ ſunt acquirendarum rerum, ſi ex his cauſis nacti res, amiſerimus eas, dabitur nobis, earum rerum perſequendarum gratia, hæc actio [k]: illud tamē ſingulariter requiſiuit Prætor, quòd bona fide acquiſita fuerit poſſeſſio ei, qui Publiciana actione rem recuperare vult: ideoq; non omnis proderit emptio, ſed ea, quæ bonam fidem habet, & quamuis in rebus immobilibus ſufficiat emptorem bonæ fidei fuiſſe, licèt venditor callido conſilio vendiderit, neq; noceat emptori dolus venditoris [l], tamen in rebus mobilibus, quia is qui ſciens alienam rem vendit, furtum committit, nec conſtituitur emptor in vſucapiendi conditione, licet maximè is bonæ fidei ſit, & exiſtimet rem vendentis eſſe [m], non dabitur emptori Publiciana actio [n].

V. Rurſus quamuis de Iure ciuili in vſucapiendi conditione non obſit mihi, ſi ſucceſſor ſim & dolo faciam, cùm is in cuius locum ſucceſſi, bona fide emiſſet, nec proſit, ſi dolo careo, cùm emptor, cui ſucceſſi dolo feciſſet, & emptionis tantùm & traditionis tempore requiratur bona fides in emptore [o], tamen cùm de Iure canonico mala fides quandocunq; ſuperueniens interrumpat vſucapionem [p], non dabitur ei Publiciana actio, qui propter malam fidem vſucapiendi conditionē vel non habuit, vel iam tum habere deſiit, antequam poſſeſſionem

i. d.l. ſed etſi res. aliàs l. eum qui. § ſi petenti. h. tit.

k. l. 13. quæcunq. in prin. h. tit.

l. d.l. 7. ſed etſi res. aliàs l. 8. eum qui. § prætor ait.

m. § furtiuæ. verſ. pen. & vlt. I. de vſucap. et longi tēp. præſcript.

n. l. 9. ſiue autem. § hæc actio h. tit.

o. d.l. ſed etſi res. § in hac actione cum § pen. & vlt. h. tit. l. 2. in prin. ſ. pro emptore. § diutina. cum § ſeq. I. de vſucap. & longi tem. præſcript. l. 43. hæres eius. ſ. de vſucap. et vſurp. l. 11. cùm hæres. ſ. de diuerſis & temporal. præſcript.

p. c. vigilanti. & c. fin. x. de præſcript. c. malæ fidei poſſeſſor. de reg. iur. in 6. & in iſtis locis Canoniſtæ.

nem rei amitteret, quia Publiciana actio ei tantùm datur, qui ex vſucapiendi conditione rem amiſit q.

q. d.l.1.& 2. l 7. ſed etſi res. §. fin. vbi aliàs eſt. l. 9. traditionem cum d.l.13 quæcunq; in prin. & d. l. vlt. in fine h tit. d.§ namq; ſi cui. I. d: act.

VI. Vtrùm autem precium rei venditæ ſolutum ſit, nec ne, Prætor h. c parte non curat r: & ſiue emptori res tradita ſit, ſiue hæredi emptoris, Publiciana actio competit s: ſed & ſi quis rem apud ſe depoſitam, vel ſibi commodatam, vel pignori ſibi datam emerit, pro tradita erit accipienda, ſi poſt emptionem apud eum remanſit. imò etſi præceſſerit traditio empti, idē idem erit dicendum: item ſi hæreditatem emero & traditam mihi rem hæreditariam petere velim, Publiciana actio mihi dabitur t.

r. l.8 de precio h. tit.

s. l. 9. ſiue autem. in prin. h tit.

t. d.l. ſiue autem §. 1.

VII. Quòd ſi ego non emero, ſed ſeruus meus, nihilominùs ego habebo Publicianam actionem: idem eſt etſi procurator meus, vel tutor, vel curator, vel quis alius negocium meum gerens emerit u: ſi ſeruus hæreditarius ante aditam hæreditatem, aliquam rem emerit, & traditam ſibi poſſeſsionem amiſerit, rectè hæres Publiciana vtitur, quaſi ipſe poſſediſſet: municipes quoq; quorum ſeruo res tradita eſt, in eādē erunt conditione x. atq; hæc obtinent, ſiue peculiari nomine ſeruus emerit, ſiue non y.

u. d.l.7. ſed etſi res. aliàs. 8. eum qui. § ſi ego. h. tit.

x. d.l ſiue autem §. pen. et vlt.

y. l.10 ſiue peculiari h. tit.

VIII. Quòd ſi ego emi & voluntate mea alij res tradita ſit, Publiciana illi danda erit z: ſi duobus ſeparatim à non domino res vendita & tradita ſit, is potior erit, cui priori res tradita eſt: quòd ſi à diuerſis non dominis duo rem

z. l.11. ſi ego emi. in prin. h. tit.

rem acceperint, melior erit cauſa poſſidentis [a].

IX. Cùm ſponſus ſponſæ donauit ſeruum, eumq́; ſponſa rurſus ſponſo in dotem dedit, quià inter ſponſum & ſponſam donatio valet, vſucapioq́; procedit, diuortio facto, reſtituendus eſt ſeruus mulieri, dabiturq́; poſſidenti mulieri exceptio, & amiſſa poſſeſſione, Publiciana actio, ſiue extraneus, ſiue donator poſſideat [b]: is quoq; cui ex Trebelliano hæreditas reſtituta eſt, etiamſi non fuerit nactus poſſeſſionem, vti poteſt Publiciana [c]: ſicut is etiam, qui momento poſſedit, rectè hac actione experitur [d].

X. Rurſus ſi ſeruus meus, cùm in fuga eſſet, rem à non domino emit, Publiciana mihi competere debet, licèt poſſeſſionem rei traditæ nactus non ſim [e]: qui autem à pupillo emit, probare debet, tutore authore & lege non prohibente ſe emiſſe: quanquàm qui deceptus falſo tutore authore emit, bona fide emiſſe cenſetur [f].

XI. Si quis, poſtquàm procurator ipſius voluntate rem vendiderat, & precium procurator receperat, prohibuit vel denunciauit ex cauſa venditionis tradi rem, quæ ipſius voluntate à procuratore erat diſtracta, & procurator nihilominùs rem tradiderit, emptorem poſſidentem exceptione, petentem actione Publiciana tuebitur Prætor: ſed ſi fortè per ignorantiam emptor non vſus eſt exceptione, quam debuit opponere, veluti ſi non author

a. d.l.ſiue autem.§ ſi duobus.

b. l.12 cùm ſponſus. in pr. h.tit. & ſa. tex. in l.5 ſi ſponſus. in prin. l. 27. inter eos. cum l.pen. § vlt ſ. de donat. int. vir. & vxor l.32 fideiuſſor § fin. ſ. de nego geſt.

c. d.l.cùm ſponſus.§.1.

d. d.l.cùm ſponſus.§. vlt.

e. l.15.ſi ſeruus meus.h.t.

f. d.l.13.quæcunq.§.fin. h.tit.

meus ex voluntate tua vendidit, atq; ita rem dominus euicerit, & poſteà ab emptore procurator empti iudicio conuentus eiq; condemnatus ſit, mandati contrario iudicio procurator rurſus à domino conſequetur, quod is empti iudicio emptori præſtiterit g.

g. *l.14. Papinianus. h.tit. l.1.§.1.ſ. de except. rei ven. & trad.*

XII. Reſpicit autem Publiciana hæc actio ad inſtar proprietatis, non ad inſtar poſſeſſionis, & ideò omnia eadem erunt in hac actione, quæ & in rei vendicatione diximus, & hæredibus quoq; ac honorarijs ſucceſſoribus hæc actio competit h: partus etiam ancillæ furtiuæ, qui apud bonæ fidei emptorem conceptus eſt, hac actione petendus erit: & generaliter ex qua cauſa matrem vſucapere poſſem, ſi furtiua non eſſet, ex ea cauſa partum vſucapere potero, ſi furtiuam eſſe matrem ignorem, proindeq; in his caſibus Pûblicianam etiam habebo: idem eſt & ſi ex partu partus eſt, & ſi non natus, ſed poſt mortem matris, execto ventre eius, extractus eſt i.

h. *d.l.7. ſed etſi res. aliàs. l.8. eum qui. §. publiciana. & §. in publiciana. h.tit.*

i. *d.l.11. ſi ego emi. §. partus. cum § ſeq. h.tit.*

XIII. AEdibus emptis, ſi fuerint dirutæ, ea quæ ædificio acceſſerunt, huiuſmodi actione petenda ſunt: & quod per alluuionem fundo acceſſit, hac actione peti poteſt, ſi modò ipſe quoq; fundus peti poſſit: item ſi ſtatuæ emptæ, partes recisæ petantur, ſimilis actio proficiet: & ſi poſtquàm aream emi, inſulam in ea ædificauero, rectè Publiciana vtar, vel ſi inſulam emi & ad aream ea peruenit, æquè potero vti Publiciana k: imò Publiciana actione etiam de infante ſeruo nondum anniculo, vti poſſu-

k. *d.l. ſi ego emi. § fin.*

poſſumus: & pro parte etiam hac actione petere rem quis poteſt [l].

XIIII. Neq; ſolùm cùm ex conditione vſucapiendi dominij res eſt amiſſa, Publiciana actio competit, verùm etiam ſi de vſufructu agatur tradito, Publiciana datur: itemq; ſeruitutibus ruſticorum vrbanorumuè prædiorum, per traditionem conſtitutis, vel per patientiam, fortè ſi per domum quis paſſus ſit aquæductum transduci: nam & hic traditionem & patientiam tuendam, conſtat [m]: item in vectigalibus prædijs, quæ iure dominij vſucapi non poſſunt, Publiciana competit, ſi fortè bona fide iure vectigalium à non domino mihi tradita ſint: idemq́, eſt, ſi ſuperficiariam inſulam à non domino emero [n].

XV. Interdum ſanè Publiciana actio locum non habet, vt in primis in his rebus, quæ vſucapi non poſſunt, puta in furtiuis rebus, vel ſeruo fugitiuo [o], aut ſi res talis ſit, vt eam lex alienari prohibeat [p]: interdum etiam quibuſdam nec ex iuſtis poſſeſſionibus competit Publicianum iudicium: namq; pignoratitiæ & precariæ poſſeſſiones iuſtæ ſunt, ſed ex his non ſolet competere tale iudicium, illa ſcilicet ratione, quia neq; creditor, neq; is, qui precariò rogauit, eo animo nanciſcitur poſſeſſionem vt credat ſe dominum eſſe [q].

XVI. Exceptio etiam iuſti dominij Publicianæ actioni obiecta, excludit eam [r]: non enim Publiciana actio ideò comparata eſt, vt res domino auferatur: eiuſq; rei argumentum

l. d.l.12. cùm ſponſus. §. vlt.h.tit.

m. d.l ſi ego emi. §.1.

n. d. l. cùm ſponſus. §. in vectigalibus.

o. d.l.9 ſiue autem §. hæc actio.

p. d. l. cùm ſponſus. §. ſi res.

q. d.l.13. quæcunq. §. interdum.

r. l.pen.h.tit.

eſt primùm æquitas[s], quæ vult nulli hominum ius ſuum detrahi[t]: deinde exceptio illa, ſi ea res poſſeſſoris non ſit: datur itaq; illi tantùm, qui ex vſucapiendi conditione rem amiſit, aduerſus tertium poſſeſſorem, qui poſteà rem poſſidere cæpit: vt potiùs is, qui priùs in poſſeſſione fuit, rem habeat[u].

s. *l. vlt. § tit.*

t. *§ iuris præcepta. I. de iuſt. & iur. § fin. verſ. dominorum I. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt l. 9 iuſtitia. §. 1. ſ. de iuſt. & iur. l. 2 rer. dominorum. ſ. de his qui ſui vel alie. iur. ſunt. l. 11. id quod noſtrum. ſ. de reg. iur.*

u. *d. l. vlt. § tit.*

Si ager vectigalis vel emphyteuticarius petatur: Tit. 3.

1. 2. 3. *Vtilis rei vendicatio cui detur?*

I. SEd illa quidem, quæ ſuperiùs de Rei vendicatione dicta ſunt, intelligenda erunt de Directa, quæ domino proprietatis competit: eſt autem & alia Rei vendicatio, quæ Vtilis appellatur[a]: ecce enim cùm vſusfructus alius ſit temporalis, alius perpetuus[b], & perpetuus propter adminiſtrationis perpetuum & liberius paulò ius, vicem quodammodo dominij repræſentet, vnde & Vtile dominium à Dd. vocatur[c], fit vt his, qui tale ius habent, ad rem petendam Vtilis vendicatio detur[d].

II. Sic agri ciuitatum alij vectigales vocantur, alij non: vectigales vocantur, qui in perpetuum locantur, id eſt hac lege, vt quàm diu pro ipſis vectigal pendatur, tamdiu neq; ipſis, qui conduxerint, neq. his, qui in locū eorum ſucceſſerunt, auferre eos liceat: non vectigales ſunt, qui ita colendi dantur, vt priuatim

a. *§. 1. & ibi Dd. I. de act.*

b. *l. 10. viam veritatis. C. de locato & conducto.*

c. *Dd. hic ad Rubric. & in l. 1 itemq; in rubr. ſ. de acq. rer. dom. & in rub. I. de rer. diuiſ. & acq. rer. dom.*

d. *tex. hic in d. l. 1. & ibi Dd. c. vnico. §. rei autem. de inueſtitu. de re aliena facta. lib. 2. in vſibus feudo.*

tim

tim agros noſtros dare ſolemus: Qui igitur in perpetuum fundum fruendum conduxerunt a municipibus, quamuis non efficiãtur domini directi, tamen placuit competere eis in rem actionem, aduerſus quemuis poſſeſſorem, imò & aduerſos ipſos municipes [e], ita tamen ſi vectigal ſoluant [f].

III. Sic quoq; is, qui à municipibus ad tempus tantum conductum habuerit, ſi tempus conductionis nondum finitum ſit, propter publicam vtilitatem, in rem habet actionem [g]: Superficiario etiam, qui in alicuius priuati ſolo ſuperficiem ſeu domum ita habet, vt certam penſionem præſtet, cauſa cognita, in rem actionem Prætor pollicetur, ſi non ad modicum, ſed ad longum tempus conductum habeat [h].

e. l. 1 h tit.
f. l. 2 h. tit.
g. l. vlt. h. tit.
h. l. 73 in ſpeciali in fine. cum 2 ll. ſeqq. ſ de rei vendic. l 1. § quod ait prætor. ſ de ſuperficiebus.

LIBER SEPTIMVS.

Diſputat. I. Reſpond. M. Iohannes Backhirius, VVildurgenſis.

De vſufructu, & quemadmodùm quis vtatur fruatur: Tit. I.

1. 2. Seruitus quid & quotuplex?
3. & ſeqq. Vſusfructus quid, & quomodò, vel in quibus rebus conſtituatur?
17. & ſeqq. Quale ſit ius vſufructuarij in percipiendis fructibus?
22 & ſeqq. Ad quæ rurſus teneatur vſufructuarius?

I. ACtionibus iſtis realibus, de quibus hactenus locuti ſumus, affines ſunt etiam

tiam illæ, quibus ſeruitutem nos in alterius re habere, aut alterum ſeruitutem in re noſtra non habere perſequimur [a]: ſed hîc ipſarum quoq; ſeruitutum eſt inſerenda explicatio: Seruitus eſt ius tractandi aliquatenus rem alienam ſimpliciter ad commodum noſtrum: ita enim res aliena vtilitati aut voluptati noſtræ ſeruire dicitur, cùm in re aliena aliquid facere poſſumus ad commodum noſtrum, vel prohibere poſſumus, ne alius in re ſua quid faciat, contra noſtrum commodum [b].

II. Sunt autem ſeruitutes aut Perſonales aut Reales ſeu Prædiales: Perſonales ſunt, quas in rebus alienis ratione perſonarum noſtrarum habemus, vnde & perſonarum eſſe ſimpliciter à Martiano Iureconſulto dicuntur, vt Vſusfructus, Vſus & Habitatio: Reales ſeu Prædiales contrà ſunt, quas in rebus ſeu prædijs alienis ratione prædiorum noſtrorum habemus, vnde & rerum ſeu prædiorum eſſe dicuntur [c]: Sed de perſonalibus ſeruitutibus Vſufructu, Vſu & Habitatione priore loco dicendum.

III. Vſusfructus, vt ait Iureconſultus Paulus, & cum ſecutus Iuſtinianus Imperator, eſt ius alienis rebus vtendi fruendi, ſalua rerum ſubſtantia: eſt enim vſusfructus ius in corpore, quo ſublato et ipſum tolli neceſſe eſt [d], talis videlicet ſeruitus, cuius ratione re quidem vti & frui liceat, quàm diu ea caſu fortuito aut propter ætatem non interit [e], non tamen vt rem conſumere aut perdere liceat [f].

Conſti-

a. toto tit. ſ. ſi vſufr. petatur, vel ad alium pertinere negetur. & tot. tit. ſ. ſi ſeruit. vend. vel ad alium pertinere negetur.

b. l. 7. vſufructu legato. in prin. & § quoniam igitur. l. 41. ſtatuæ. cum l. 57. dominus fructuario. in prin. h. tit. l. 15 quoties. § fin ſ. de ſeruitutibus l 6. veluti. § fin. ſ. de ſeruitut prædio. ruſticor. cum ſimilibus.

c. l. 1. ſ. de ſeruitutibus. & l. 1. § penult. ſ. de aqua quotid. & æſtiua.

d. l. 1. & 2. h. tit. & concordat tex in prin. tit. I. de vſufructu.

e. l. 12. arboribus. § de illo l. 36. qui vſumfructum areæ. in prin. l. 53 ſi cui inſulæ h. tit. l. 5. repeti §. rei mutatione. ſ. quib. mod. vſusfr. vel vſus amitt.

f. l. 9. item ſi fundi. in pr. & § fin. l. 10. ex ſylua. l. 11. ſed etſi grandes d. l. 12. arboribus. in prin. l. 13. ſi cuius rei. § fructuarius. h. tit. l. 16 corruptionẽ circa fin. C. eo.

IIII. Conſtituitur vſusfructus per traditionem vel patientiam ex iure legati, cum fortè hæres in teſtamento aut codicillis iuſſus eſt alicui dare vſumfructum: dare enim ſeu conſtituere vſumfructum cenſetur, ſi induxerit legatarium in fundum, eumuè patiatur vti frui [g]: atq; ita etiam quod noſtrum non eſt transferemus ad alios, cùm fundum habentes, vſumfructum non habentes, vſumfructum tamen cedimus alij [h]: & ſinè teſtamento ſi quis velit vſumfructum alteri conſtituere, præcedentibus pactionibus vel ſtipulationibus & ſubſequente traditione vel patientia id efficere poteſt [i].

V. Neq; tantùm vſusfructus legatario ita relinqui, ſed & proprietas deducto vſufructu legari poteſt, vt apud hæredem remaneat vſusfructus [k]: rurſus ſi fructus annuus legetur, perinde habendum eſt, ac ſi vſusfructus legatus eſſet [l]: ſed ſi quis ſic legauerit, Sempronio do lego ex reditu fructuum oleris & porcinæ, quæ habeo in agro Ferrariorum, partem ſextam, non vſusfructus, ſed eius, quod ex fructibus redactum erit, pars legata cenſebitur, & quidem quotannis pars ſexta videbitur relicta, niſi contrarium ſpecialiter ab hærede probetur [m].

VI. Si dominus nudæ proprietatis vſumfructũ legauerit, & ſi fortè in vita teſtatoris, vel ante aditam hæreditatem proprietati fructus acceſſerit, ad legatarium pertinebit: imò quod plus eſt, etiamſi poſt aditam hæredita-

g. l.3. in prin. h. tit.

h. l.63 quod noſtrum h. tit.

i. d l. 3. in prin. verſ & ſinè teſtamento. cui iunge l. 31. nunquàm nuda in prin. ſ. De acquir. rer. dom. & l. 20. tradicionib. C. De Pactis. l. 10 ſi domina C. De vſufr. vſu & habitat. §. 1. I eò.

k. l. 6. vſusfructus pluribus in prin. h. tit.

l. l. 20. ſi quis ita h. tit.

m. l. 58. defuncta §. penult. & vlt. h. tit.

tem acceſſerit vſusfructus vtiliter dies vſusruct⁹ legati cedet,& ad legatariũ pertinebit [n]: planè Titio cùm morietur,inutiliter vſusfructus legari intelligitur: in id videlicet tempus collat⁹,quo à perſona diſcedere incipit [o].

n. l. 72 ſi dominus h. tit

o. l. 51. Titio cùm morietur h. tit.

VII. Conſtituitur etiam vſusfructus in iudicio familiæ herciſcundæ & communi diuidundo, ſi iudex alij proprietatem adiudicauerit, alij vſumfructum: & acquiritur nobis vſusfructus non ſolùm per noſmet ipſos, ſed per eas quoq; perſonas, quas iuri noſtro ſubiectas habemus: nihilq́; vetat ſeruo meo hærede inſtituto, alij legari proprietatem, deducto vſufructu [p]: neq; amittit dominus vſumfructum per ſeruum ſibi acquiſitum, etiãſi pro parte vel in totũ alienauerit ſeruum [q]: Is etiã qui vnam domum vel fundum vnum habet, cum vendit & tradit, excipere poteſt, quod perſonæ non prædij eſt, puta vſumfructum, vſum aut habitationem [r].

p. d. l. 6. vſusfructus pluribus. §. 1. & fin. h. tit.

q. l. 15. inter antiquam. C. De vſufr. vſu. & habita.

r. l. 32. ſi quis vnas, aliàs l. ſi quis binas. h. tit.

VIII. Si ſtipulatus ſim à Titio fundum Cornelianum, deductu vſufructu, Titiusq; deceſſit, & quæratur quid mihi hæredem eius præſtare oporteat, reſpondet Iureconſultus referre, qua mente vſusfructus exceptus ſit: nam ſiquidem hoc actum eſt, vt in cuiuslibet etiam ſucceſſoris perſona vſusfructus conſtitueretur, ſolam proprietatem hæredem debiturum: ſin autem id actum ſit, vt pro-

vt promiſſori duntaxat vſusfructus reciperetur, plenam proprietatem hæredem debiturum: idq; in dubio actum magis præſumi oportere, manifeſtum eſt ex eo, quòd ſi hæredi relictus ſit vſusfructus, & alij detracto vſufructu, legata ſit proprietas, hæresq; priuſquàm ex teſtamento ad proprietatem præſtandam ageret legatarius, deceſſerit, non dubitetur quin hæredis hæredem plenam proprietatem cum vſufructu ſcilicet præſtare oporteat: idemq́, & ſi ſub conditione ſimiliter legatum ſit, & pendente conditione hæres deceſſerit [ſ].

ſ. l. 36. qui vſumfructum areæ § ſtipulatus, & eſt ratio poſterioris deciſionis in l. 3 § ne tamen. h. tit. & in §. ne tamen I. De vſufructu, quàm rationem, hanc controuerſiam veterum præcidens, allegauit etiam Iuſtinianus Imp in l. 14 antiquitas. C. De vſufr. vſu. & habita.

IX. Quoties duobus vſusfructus legatur, ita vt alternis annis vtantur fruantur, ſi quidem ita legatus fuerit, Titio & Mœuio, poteſt dici priori Titio, deinde Mæuio legatum datum: ſi verò duo eiuſdem nominis fuerint, & ità ſcriptum fuerit, Titiis vſumfructum alternis annis do, niſi conſenſerint vter eorum prior vtatur, inuicem ſe impedient: quòd ſi Titius eo anno, quo frueretur, proprietatem acquiſiuiſſet, interim legatum non habebit, ſed ad Mœuium alternis annis vſusfructus pertinebit, & ſi Titius proprietatem alienauerit, habebit nihilominùs vſumfructum, quia etſi ſub conditione vſusfructus mihi legatus fuerit, & interim proprietatem ab hærede accepero, pendente autem conditione eandem alienauero, ad legatum admittar [t].

t. l. 34. quoties duobus, in prin. h. t l. 2. §. fin. ſ. Quib. mo. vſusfr. vel vſus amitt.

X. Si mihi & tibi à Sempronio & Mutio hæredibus vſusfructus legatus ſit, ego in partem Sempronij quadrantem, in partem Mæuij alterum quadrantem habebo: tu item in vtriuſq; parte quadrantes habebis [u]: quòd ſi Sticho ſeruo tuo & Pamphilo meo legatus fuerit vſusfructus, tale eſt legatum, quale ſi mihi & tibi legatus eſſet, & ideò dubium non eſt, quin æqualiter ad nos pertineat [x].

u. l. 49 ſi mihi & tibi. h. tit.

x. l. vlt. h. tit.

XI. Si municipibus vſusfructus relinquatur, placuit centum annos tuendos eſſe municipes, quia is finis vitæ longæui hominis eſt [y]: ſi extraneo ſcripto & emancipato præterito, matri defuncti, deducto vſufructu, proprietas legata ſit, petita contra tabulas bonorum poſſeſſione, plena proprietas pietatis reſpectu, matri præſtanda eſt [z]: ab initio quoq; vſusfructus pro parte diuiſa vel indiuiſa conſtitui poteſt, & per legem Falcidiam minui poterit: itemq; reo promittendi defuncto, in partes hæreditarias vſusfructus obligatio diuiditur, & ſi ex communi prædio debeatur, vno ex ſocijs defendente, pro parte defendentis fiet reſtitutio [a].

y. l. 56. an vſusfructus. h. t.

z. l. 46. ſi extraneo. in prin. h. tit.

a. l. 5. h. tit.

XII. Præſens quoq; vſusfructus, vel ex die dari poteſt [b]: & ſi pater vſumfructum prædiorum in tempus veſtræ pubertatis, matri veſtræ reliquit, finito vſufructu, poſtquàm vos adoleuiſtis, poſterioris temporis fructus perceptos ab ea repetere poteſtis, quos nulla ratione, ſciens de alieno percepit [c]: Si Titio fructus, & Mæuio proprietas legata ſit, & viuo teſtato-

b. l. 4. h. tit.

c. l. 5 ſi pater, cui iunge l. 12 ambiguitatem. C. De vſufr. vſu & habitat.

teſtatore, Titius decedat, nihil apud ſcriptum hæredem relinquetur, ſed Mæuio etiam vſusfructus acquiretur [d].

XIII. Sed & ita vſusfructus fundi legari poteſt, vt ſeruitutem imponi patiatur vſufructuarius [e]: quòd ſi teſtator iuſſerit vt hæres reficeret inſulam, cuius vſumfructum legauit, poteſt vſufructuarius ex teſtamento agere, vt hæres eam reficiat, & ſi hæres hoc non fecerit, & ob id fructuarius frui non potuerit, hæres etiam fructuarij, eo nomine habebit actionem, quanti fructuarij interfuiſſet non ceſſaſſe hæredem teſtatoris, licèt vſusfructus morte fructuarij iam interierit [f].

XIIII. Omnium autem prædiorum, iure legari poteſt vſusfructus; neq; tantùm in fundo & ædibus conſiſtit vſusfructus, verùm etiam in ſeruis & iumentis cæteriſq; rebus [g]: & numiſmatum aureorum vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis vti ſolemus, vſusfructus legari poteſt [h]: ſtatuæ quoq; & imaginis vſumfructum poſſe relinqui magis eſt, quia & ipſæ habent aliquam vtilitatem, ſi quo loco oportuno ponantur, & licèt prædia quædam talia ſint, vt magis in ea impẽdamus, quàm de illis acquiramus, tamen vſusfructus eorum relinqui poteſt [i]: & licèt infantis vſusfructus legatus ſit, etiamſi interim nullus ſit, tamen cùm infantis ætatem exceſſit, eſſe incipit [k].

XV. Quinimò omnium bonorum vſumfructum poſſe legari, niſi excedat dodrantis æſti-

d. *l 33 ſi Titio fructus h. t.*

e. *l 19. Proculus putat. in prin. h tit.*

f. *d. l. 46 ſi extraneo §. fin. cum l. 47. quòd ſi hæres. hoc tit.*

g. *l. 3. in prin. & §. conſiſtit. h. tit.*

h. *l. 25. nummiſmatũ. h. tit.*

i. *l. 41. ſtatuæ h. tit.*

k. *l. 55. ſi infantis. h. tit. l. vlt. § vlt. j De operis ſeruo.*

æſtimationem, proditum eſt [l]: vniuerſorum autem bonorum an ſingularum rerum vſusfructus legetur hactenus intereſt, quòd ſi ædes incenſæ fuerint, vſusfructus ſpecialiter ædium legatus peti non poteſt: bonorum autem vſufructu legato, areæ vſusfructus peti poterit, quoniam qui bonorum ſuorum vſumfructum legat, non ſolùm eorum, quæ in ſpecie ſunt, ſed & ſubſtantiæ omnis vſumfructum legare videtur: in ſubſtantia autem bonorum etiam area eſt [m].

XVI. Rerum quoq; an æſtimationis vſusfructus legetur, intereſt: nam ſiquidem rerum, deducto eo, quod præterea tibi legatum eſt, ex reliquis bonis vſumfructum feres: ſin autem æſtimationis vſusfructus tibi legatus eſt, id quoq; æſtimabitur, quòd præterea tibi legatum eſt: nam ſæpiùs idem legando non ampliat teſtator legatum: re autem legata, etiam æſtimationem eius legando, ampliare legatum poſſumus [n].

XVII. Vſufructu itaq; legato omnis fructus rei ad Fructuarium pertinet [o], & quidem cùm aut rei ſoli aut rei mobilis vſusfructus legetur, rei ſoli vtpute ædium vſufructu legato, quicunq; reditus eſt, quæcunq; obuentiones ſunt, ex ædificijs, ex areis, & cæteris quæcunq; ædium ſunt, ad fructuarium pertinent: vnde etiam mitti in poſſeſſionem vicinarum ædium, cauſa damni infecti poteſt, & iure dominij poſſidebit eas ædes, ſi perſeueretur non caueri, nec quicquàm amittet finito

l. l. 29. omnium h. tit.

m. d. l. 34. quoties duobus, § fin. h. tit.

n. l. 42. ſi alij vſus, h. tit.

o. l. 7. vſufructu legato in prin. & § quoniam igitur h. tit.

finito vſufructu: nec ædificium licebit domino te inuito altius tollere, ſicut nec areæ vſufructu legato, poteſt in area ædificium poni p.

XVIII. Item ſi fundi vſusfructus legatus ſit, quicquid in fundo naſcitur, quicquid inde percepi poteſt, ipſius fructus eſt, ſic tamen vt boni viri arbitratu fruatur, & rectè colat. & ſi apes in eo fundo ſint, ſi lapidicinæ, cretifodinæ, metallifodinæ, etiamſi illæ poſt vſufructum legatum inuentæ ſint, fructum in his habebit Vſufructuari9, ſicut & in eo, q̄ p alluuionem acceſſit, non tamen in inſula, q̄ prope fundū nata eſt: aucupiorū quoq; & venationū reditus, ſeminarij fructus, vſus vel fructus inſtrumentorum, & cremij ad eum pertinet q: ex ſylua cædua pedamenta, & ramos ex arbore, ex non cedua vineas ſumet, dum ne fundum deteriorem faciat r, ſed grandes arbores non poterit cædere ſ: arboribus euulſis vel vi ventorum deiectis, vſq; ad vſum ſuum & villæ feret t: & integri anni penſionem capiet, ſi modò ante perceptos fructus mortuus non ſit u.

XIX. Nauis vſufructu legato, nauigatum mittetur, etiāſi periculum im̄ineat: nauis etenim ad hoc paratur vt nauiget x: pecorum quoq; fœtus ad fructuarium pertinet, quamuis partus ancilliæ in fructu non ſit y: ſed ſi ſerui aut ancillæ vſusfructus legatus ſit quicquid ex re veſtra vel operis ſuis acquirūnt, id vobis adijcitur. quod verò extra eas cauſas conſe-

p. d. l. vſufructu lega. in pr.

q. l. 9. item ſi fundi in prin. & §§. ſeqq. l. 48. ſi abſente §. fin l. 62. vſufructuarium, in prin. & §. 1. h. tit. & ſa. tex. in l. 7. fructus, aliàs l. 8. diuortio §. ſi fundum ꝫ. ſolut. matr. l. 55. ligni appellatio, in prin. & §§. ſeqq. ꝫ. De lega. 3.

r. l. 10. ex ſylua. h. tit.

ſ. l. 11. ſed ſi grandes. h. tit.

t. l. 12. arboribus, in prin. h. tit.

u. l. 58. defuncta. in prin. l. 59. arbores. §. 1. & fin. h. tit. l. 13 ſi fructuarius meſſem ꝫ. Quib. mo. vſusfr. vel vſus amit. §. is verò ad quem I. De rer. diuiſ.

x. d. l. arboribus § nauis.

y. l. 68. vetus in prin h. tit. l. 28 in pecudum ꝫ. De vſur. & fru. d. §. is verò ad quem & §. in pecudum I. De rer. diuiſ. & acq. rer. dom.

conſequuntur, id ad dominum proprietatis pertinet: itaq; ſi is ſeruus hæres inſtitutus ſit, legatumuè quid ei, aut donatum fuerit, non vſufructuario ſed domino proprietatis acquiritur, niſi contemplatione fructuarij donatum ei relictumuè ſit [z]: Si pendentes fructus iam maturos reliquerit teſtator, fructuarius eos feret, ſi die legati cedente adhuc pendentes deprehenderit: nam & ſtantes fructus ad Fructuarium pertinent [a].

XX. Poteſt autem Vſufructuarius vel ipſe re frui, vel alij eam fruendam concedere & fruitionem locare, vel vendere, vel precariò concedere, vel donare: imò & ſi negociorum geſtor me abſente alicui locauerit, ego vti fruiq; videor, retineoq; vſumfructum, cùm qui precio fruitur, non minus habere intelligatur, quàm qui principali re vtitur fruitur [b]: & vendere poteſt, etiam inuito hærede [c]: & ſi Dominus ſolitus ſit tabernis ad merces ſuas vti, vel ad negociationem, vtiq; permittetur Fructuario locare eas & ad alias merces, & illud ſolùm obſeruandum, ne vel abutatur Vſufructuarius, vel contumelioſè iniurioſeuè vtatur vſufructu [d]: nã in multis Vſufructuari9 Domini loco eſt, & vſusfructus quaſi pars dominij [*]: planè partis effectum interdum non obtinebit: nam ſi fundi vel fructus portio petatur, & abſolutione ſecuta poſteà pars altera, quæ accreuit, vendicetur, in lite quidem proprietatis rei iudicatæ exceptio obſtabit: in fructus verò non obſtabit, quia portio ſundi

z. *l. 21. ſi ſerui vſusfructus, cum 6. ll ſeqq. vbi copioſè hoc explicatur, l 27 ſi pendentes, §. ſi ſerui, h tit. l. 10. acquiritur, §. de his autem ſ. De acquir. rer. dom. § de ÿs autem I. per quas perſo. cuiq. acq. § pen. I per quas perſo. nobis oblig. acquir. vide ſ. tit. De operis ſeruorum.*

a. *d l 27 ſi pendentes in prin. h. tit.*

b. *d. l. arboribus §. vſufructuarius cum 2 ſeqq l. 28. non vtitur cum 2. ſeqq. h. tit & eſt tex. in prin. tit. I. De vſu & habita.*

c. *l. 68. cui vſusfructus, h. tit.*

d. *d. l ſi pendentes § ſi dominus.*

*. *l. 4. h. tit.*

fundi velut alluuio portioni, fructus autem perſonæ accreſcit [e].

XXI. Sicut autem proprietari⁹ proprietatẽ ſaluo iure vſusfructus, ita etiam Vſufructuarius vſumfructum, ſaluo iure proprietatis pignori dare poteſt [f]; & proprietatis dominus fructuarium rectè vtentem non debet impedire [g]: nec ſeruitutem fundo imponere poteſt, inuito ipſo, neq; amittere ſeruitutem fundo debitam, quamuis acquirere poſſit, ſicut fructuarius retinere [h]: nec poteſt dominus locum religioſum facere inuito fructuario, niſi teſtatorem mortuum inferre velit [i]: & ſicut dominus pleniſſimam ſerui cohercitionem habet, quæ ſinè dolo malo fiat, ita quoq; vſufructuarius contrarijs aut inuſitatis miniſterijs, ſerui artificium corrumpere, vel cicatricibus eum deformare non debet [k]: neq; ipſam rem alienare poteſt [l]: neq; vlla temporis præſcriptione, ipſe aut ſucceſſor eius, proprietatem acquirere poteſt, & ſi fur fructus pendentes decerpſerit, ipſi quidem furti actio, ſed domino condictio competet [m].

XXII. Quoniam igitur omnis fructus rei ad fructuarium pertinet, reficere quoq; ædes, ſartaq; tecta ſuis ſumptibus præſtare debet, & modica refectio ad eum pertinebit, quoniam & alia onera agnoſcit, vſufructu legato, vtputa ſtipendium vel tributum: nec ſolùm neceſſarias refectiones facere poterit, ſed etiam voluptarias, vt tectoria & pauimenta, non tamen ampliare, nec inutile detrahere,

Kk quam-

e. l. 33. ſi Titio § fin. h. tit.

f. l. 2. & l. 6. intereſt. C. De vſufructu. vſu & habita.

g. l. 15. ſed ſi quid § proprietatis. h. tit.

h. d. l. ſed ſi quid, § fin. cum l. ſeq. & l. 27. ſi pendentes, § fin. h. tit.

i. l. 17. locum autem. in prin. h. tit. §. religioſum. I. De rer. diuiſ. & acq. rer. dõ.

k. d. l. locum, § ex eo. cum 2. ſeqq.

l. l. 9. vſufructu matri. C. h. tit.

m. d. l. 12 arboribus § fin h. tit.

quamuis melius repoſiturus ſit, neq; alia ratione quid innouare [n]: & ſi in alijs, vltrà quàm impendi debebat, erogatum ſit, id repoſcet [o]: ædificata planè tollere aut refigere non poteſt, licèt refixa rectè vendicet [p]: non cogitur autem reficere etiam in modico, ſi paratus ſit vſumfructum derelinquere, etiamſi poſt iudicium acceptum, niſi ſuo ſuorumq; facto deterius id factum ſit: debet enim omne, quod diligens paterfamiliâs in ſua domo facit, & ipſe facere [q].

n. *d. l. 7. vſufructu legato §. quoniam cum §. fin. & l. ſeq. d. l. ſi pendentes §. ſi quid, & § ſi qua. l. 44. vſusfructuarius nouum, l. 52. vſufructu relicto, l. 61. vſufructuarius nouum h. tit. l. 7. eum ad quem C. h. tit.*

o *d. l. eum ad quem.*

p. *d. l. 15. ſed ſi quid. in prin. h. tit.*

q. *l 64. cùm fructuarius & l. 65 ſed cùm fructuarius in prin. h. tit.*

XXIII. Quòd ſi fundi vſusfructus relictus ſit, debet ſeminarium, conſerendi agri cauſa paratum, ſemper renouare, quaſi inſtrumentum agri, vt finito vſufructu domino reſtituatur [r]: in locum demortuarum arborum alias ſubſtituere debet, & priores ad ipſum pertinebunt: quanquam vi tempeſtatis non culpa ipſius deiectis ſubſtituere non tenetur [ſ]: ſed aduerſus dominum etiam vt tollat eas, ipſeq; in fructu non impediatur agere poteſt [t].

r. *d. l. 9. item ſi fundi §. ſeminarij. h. tit.*

ſ *l 59 arbores in prin. h. t.*

t *l 19. Proculus §. fin. h. tit.*

XXIIII. Si viuarijs incluſæ feræ cuſtodiebātur, is numerus per ſingula genera ferarum, finito vſu fructu, domino proprietatis rurſus aſſignandus eſt, qui fuit cæpti vſusfructus tempore [u]: Si gregis vel armenti vſusfructus legatus ſit, debebit ex agnatis gregem ſupplere, & in locum capitum defunctorum vel inutilium alia ſubmittere, & ſicut priora domini eſſe deſinunt, ita ſubmiſſa ſtatim eius fiunt, & ſi non ſubmittat fructuarius,

u. *l. 62. vſufructuarium § 1 h. tit.*

rius, tenebitur hoc nomine domino [x]: ſeruos quoq; ſufficienter alere & veſtire debet, ſecundùm ordinem & dignitatem eorum [y]: eorumq; valetudinem curare [z].

XXV. Secundùm conditionem etiam rei, re vti debet, & cauere ne abutatur, vel contumelioſè vtatur vſufructu, puta ne ſeruum librarium ad opera ruſtica mittat [a]: omninò enim fructuarius cauſam proprietatis deteriorem facere non debet, meliorem facere poteſt: & ſi fundi vſusfructus legatus ſit, non debet, neq; arbores frugiferas excidere, neq; villam diruere, neq; ex voluptario prædio quicquam deijcere, neq; ad perniciem proprietatis quicquàm facere [b]: attamen lapidicinas, cretifodinas, arenifodinas, argenti vel aurifodinas, aperire poterit, ſi nihil agriculturæ noceat, vel plus reditus hinc ſit, & non magnum apparatum hæc deſiderent [c]: & in ædibus lumina immittere poteſt & colores, & picturas, & marmora, & ſigilla, & ſi quid ad domus ornamentum pertinet, dummodò ædium qualitatem non immutet [d].

XXVI. In omnibus quoq; rebus mobilibus, modum eum adhibere debet vſufructuarius, ne eas ſua feritate vel ſæuitia corrumpat, alioquj etiam lege Aquilia tenebitur [e]: Si tamen veſtimentorum vſusfructus relictus ſit, & hæc vſu attrita ſint, quaſi abuſus fuerit, nō tenebitur, quanquàm locare ea nō poterit niſi ſcenica ſint [f]: Si ſerui vſusfructus legatus,

x. *d. l. 68. vetus § fin. cum 2. ll. ſeqq. h. tit.*

y. *d. l. 15. ſed ſi quid § ſufficienter autem.*

z. *l. 45 ſic ut impendia. h. t.*

a. *d. l. ſed ſi quid § mancipiorum. d. l. 17. locum. § 1 & ſeq. d. l. ſi pendentes § ſi dominus & § ſeq. h. tit.*

b. *d. l. 13. ſi cuius rei § fructuarius. & d. l. locum § 1. & ſeqq.*

c. *d. l. ſi cuius rei §. inde eſt quæſitum.*

d. *d. l. ſi cuius rei § ſed ſi ædiū. cum § fin. [illegible] ſeq. d. l. 44 vſusfructuarius nouum. & d. l. 61. vſusfructuarius nouum h. tit.*

e. *d. l. ſi cuius rei §. præteritis, & ſeq. d. l. ſed ſi quid §. ſufficienter. & l. 65 ſed cùm fructuarius in prin. & l 66 cum vſufructuario. h. t.*

f. *d. l ſed ſi quid §. & ſi veſtimentorum. l. 9 ſi vſusfructus § ſi veſtis 3. l. vſufructuar. quemadm. caueat.*

cuius teſtaor quaſi miniſterio vacuo vtebatur, & cum diſciplinis vel arte inſtituerit vſufructuarius, arte eius vel peritia vti poterit [g]: ſi ſeruus, cuius vſusfructus mihi legatus erat, manumiſſus fuerit, egoq́; æſtimationem eius ſim conſecutus, videbor vti frui homine, pro quo aliquam rem habeam [h]: & ſi alij vſus, alij fructus eiuſdem rei legetur, id percipiet fructuarius, quod vſuario ſupererit, nec minùs & ipſe fruendi cauſa vſum quoq; habebit [i].

XXVII. Sylua cædua, etiamſi intempeſtivè cæſa ſit, itemq; olea immatura, & fœnum immaturum in fructu eſt [k]: ſi hæres ſcriptus ob hoc tardiùs adijt hæreditatem, vt tardiùs ad legatum perueniretur, hoc quoq; actione ex teſtamento præſtabitur [l]: ſicut & propter moram, in tradenda, vel ex iuſſu teſtatoris reficienda re, commiſſam, hæres tenebitur, quanti legatarij interſit, moram commiſſam non eſſe [m]: quamuis rem vetuſtate corruptam citra iuſſum teſtatoris reficere non teneatur [n]: Si abſente fructuario hæres quaſi negocium eius gerens, reficiat, negociorum geſtorum actionem aduerſus fructuarium habebit, tametſi ſibi in futurum hæres proſpexerit: ſed ſi recedere velit, ab vſufructu liberatur [o]: ſi hæres directus villam vetuſtate corruptam, neceſſariam fructibus cogendis, ædificauerit, non aliâs reſtitutionem fideicommiſſario facere cogetur, quàm ſi eius ſumptus habeatur ratio [p].

XXVIII. Vicinas ædes tollendo, poteſt hæres

g. d. l. ſi pendentes §. ſi ſerui.
h. l. 35. ſi vſusfructus legatus. §. 1. h. tit.
i. l. 42. ſi alij vſus in prin. h. tit.
k. l. 48. ſi abſente. in fine h tit.
l. d. l. 35. ſi vſusfructus legatus. in prin. h. tit.
m. d. l. 36. qui vſumfructum areæ §. ſ[illegible] & d. l. 46 ſi extraneo § fin. cum l. ſeq. h. t.
n. d. l. 65. ſed cùm fructuarius § fin. h. tit.
o. d. l. ſi abſente. in prin.
p. l. 50. Titius Mæuio. h. t.

hæres fructuarias obſcurare, dummodò non in totum obſcuret, ſed modicum lumen relinquat q: Si vſufructu areæ legato inſula ibi ædificata ſit, eaq; viuo teſtatore decidit vel deuſta eſt, vſusfructus debebitur: ſecus ſi inſula legata ſit, deinde area ex ea facta ſit, vel ſi ſcyphorum vſusfructus legatus ſit, deinde maſſa facta, & iterum ſcyphi r: ſed ſi cui inſulæ vſusfructus legatus ſit, quàm diu portio eius manet, fructuarius totius ſoli vſumfructum retinet ſ: & ſi in area cuius vſusfructus alienus eſſet, quis ædificâſſet, intrà tempus quo vſusfructus perit, ſuperficie ſublata, reſtitui vſumfructum veteres reſponderunt t.

XXIX. Si inter duos fructuarios ſit controuerſia, quaſi communi diuidundo iudicium inter eos Prætor reddit, potiùs quàm ad arma & rixas procedere patiatur, quos poteſt ſua iurisdictione componere u: cuiuſcunq; etiam fundi fructuarius, prohibitus aut deiectus, de reſtitutione omnium rerum ſimul occupatarum agit: & ſi medio tempore aliquo caſu interciderit vſusfructus æquè de perceptis ante fructibus vtilis actio datur x: itemq; ſi fundus cuius vſusfructus petitur, nō à domino poſſideatur, actio redditur: ſi de fundi proprietate inter duos quæſtio ſit, fructuarius in poſſeſſiione eſſe debet, eiq; poſſeſſor cauebit quòd nō ſit eū prohibiturꝰ vti, frui: ſed ſi ipſi fructuario quæſtio moueatur, interī auferetur ei vſusfructꝰ, cauebiturq; de reſtitutione fructuum, vel ipſe frui permittetur y.

q. l. 30. ſi is qui binas. h. tit.
r. l. 36. qui vſuusfructum areæ h. tit.
ſ. l. 58 ſi cui inſulæ. h. tit. vide ſ. tit. Quibus mo vſusfr vel vſus amit. nu. 6. & 7.
t. l. 71. ſi in area. h. tit.
u. d l. 13. ſi cuius rei § ſed ſi inter. h. tit.
x. l. 60. cuiuſcunq. in prin. h. tit.
y. d. l. cuiuſcunq. § fin.

De vſufructu accreſcendo: Tit. 2.

1.2.3. Inter re & verbis coniunctos quomodò ius non decreſcendi vel accreſcendi locum habeat?

4.5.6.7.8. Inter re coniunctos quomodo ius non decreſcendi vel accreſcendi locum habeat, vel non?

6. Inter verbis tantùm coniunctos, vel re vel verbis diſiunctos quid obtineat?

I. Illud ex præcedentibus patet, etiam vnius eiusdemq; rei vſumfructum duobus vel pluribus relinqui poſſe: intereſt tamen quomodò relinquatur: cùm enim duobus vel pluribus eiusdem fundi vſusfructus ſimul legatus eſt, puta quòd dixerit teſtator, Titio & Seio fundi mei Tuſculani vſumfructum do lego, qua ratione re & verbis coniunctos vocamus, ſi defecerit fortè Titius vel vſumfructum acquirere noluerit, tàm iure non decreſcendi, quam iure accreſcendi, totius fundi vſusfructus ad Seium pertinebit [a]: ſed ſi acquiſitum vſumfructum Titius amiſerit, iure accreſcendi Titij portio ad Seium pertinebit, quia toties etiam ius accreſcendi eſt, quoties à duobus, qui in ſolidum habuerunt, concurſu vſusfructus diuiſus eſt, & alter eum habere deſijt [b]

a. l. 1. § deniq; & § idem ait verſ. idem eſt ſi duobus, h. tit. Dd. in §. ſi eadem res ꝟ. de legat. & in l. 89. re coniuncti ꝟ. De legat. 2. item & in l. 142. triplici. ꝟ. De verb. ſignif.

b. d. l. 1. § idem ait. verſ. idem eſt ſi duobus & §. ſed in vſufructu § fin. vbi aliàs eſt l. 2. cum l. 2. & l. 3. in prin h t

II. Sic ſi mulieri cū liberis ſuis vſusfructus legetur, amiſſis liberis antequàm vſusfructus ipſis acquiritur, ea ſola vſumfructum habebit iure non decreſcendi: quod ſi poſt acquiſitum communiter vſumfructum, mater mortua ſit, liberi nihilominus integrum vſumfructum

fructum habebunt iure accreſcendi : idemq; intelligendum in eo, qui ſolos liberos hæredes ſcripſerit, licèt non vt legatarios eos nominauerit, ſed vt oſtenderet, magìs velle ſe matrem ita frui, vt liberos ſecum haberet fruentes : ſi mixti ſint liberi & extranei hæredes, filij legatarij intelligendi erunt, & per contrarium ſi voluerit eos liberos ſimul cum matre frui, mater legataria intelligenda erit, ac per omnia ſimilis erit, & in hoc caſu iuris euentus [c].

III. Item ſi communi ſeruo duorum vſusfructus relictus ſit, perinde habetur, quaſi duobus dominis re & verbis coniunctim vſusfructus legatus ſit, & altero repudiante, iure non decreſcendi, vel amittente eo, iure accreſcendi ad alterum totus vſusfructus pertinebit, licèt non æquas partes dominij habeant [d]: rurſus ſi communi ſeruo & ſeparatim Titio vſusfructus relinquatur, ſocij pars repudiata, iure non decreſcendi, amiſſa, iure accreſcendi ad ſocium ſolum pertinebit : idem eſt ſi duobus coniunctim, & alteri ſeparatim vſusfructus ſit relictus [e].

IIII. Quòd ſi mihi totius fundi vſusfructus ſeparatim, & tibi ſimiliter relictus fuerit, qua ratione verbis diſiuncti, re coniuncti eſſe dicimur, altero repudiante vel deficiente, iure non decreſcendi, aut ſi alter acquiſitum vſumfructum pro portione ſua rurſus amittat, iure accreſcendi ad alterum totus vſusfructus pertinebit [f] : cùm primùm itaq; non inue-

c. *l. 8. ſi mulieri h. tit.*

d. *d. l. 1. §. deniq. h. tit.*

e. *d. l. 1. § idem ait. h. tit.*

f. *d. l. 1. § interdum & 2. ſeqq. cum l. 2. & l. 3. idem Neratius in prin. h. tit.*

inueniet alter eum, qui ſibi concurrat, ſolus vtetur in totum, nec refert verbis coniunctim an ſeparatim eiuſdem rei vſusfructus relinquatur *.

*. *d. l. 1. §. idem ait. & §. interdum.*

V. Non ſolùm autem ſi duobus vſusfructus legetur, eſt ius accreſcendi, verùm & ſi alteri fundus legatus ſit, alteri vſusfructus: fructuario enim vſumfructum amittente, iure accreſcendi potiùs, quàm conſolidationis amittentis portio ad alterum deuoluetur: & ſi duobus vſusfructus legetur, & alteri proprietas ſit conſolidata, ius accreſcendi non perit, neq; ei apud quem conſolidatio facta eſt, neq; ab eo, & ipſe quibus modis amitteret ante conſolidationem, ijsdem & nunc amittet g.

g. *d. l. 3. idem Neratius §. non ſolùm.*

VI. Si tibi proprietas fundi legata fuerit, mihi autem & Mæuio & tibi eiusdem fundi vſusfructus, habebimus ego & Mæuius trientes in vſufructu, vnus triens proprietati tuæ miſcebitur: ſiue autem ego, ſiue Mæuius capite minuti fuerimus, triens inter te & alterum noſtrum diuidetur, ita vt ſemiſſem in vſufructu habeat is, qui ex nobis capite minutus non fuerit, ad me proprietas cum parte dimidia vſusfructus pertineat h: & ſi tradideris alicui proprietatem, deducto vſufructu, nihilominùs accreſcit tibi, nec videberis nouum vſumfructum acquirere i: idem eſt ſi apud vnum ex tribus fructuarijs conſolidatus ſit vſusfructus k.

h. *l. 4. ſi tibi h. tit.*

i. *l. 5. & ſi tradideris h. t.*

k. *l. 6. idem eſt & ſi. in prin. h. tit.*

Si quis

VII. Si quis Attio & hæredibus vſumfructum reliquerit, duæ partes ſient: ſi Attio & Scio cum hæredibus, tres fient: nec enim intereſt, ita legetur, illi & illi cum Mæuio, an ita, illi & illi & Mæuio [l]: quòd ſi mihi vſusfructus fundi purè, tibi ſub conditione legatus ſit, totius fundi vſusfructus interim ad me pertinebit: ſi capite minutus fuero, totum amittam, & ſi extiterit conditio, totus vſusfructus ad te pertinebit: cæterùm ſi in meo ſtatu maneam, communicare tibi vſumfructum debebo [m].

VIII. Interdum pars vſusfructus, & non habenti partem ſuam ſed amittenti accreſcit: nam ſi vſusfructus duobus fuerit legatus, & alter lite conteſtata ſententiaq; ſecundùm poſſeſſorem lata, amiſerit vſumfructum, mox & collegatarius, qui litem conteſtatus non erat, vſumfructum amiſit, partem dimidiam duntaxat, quam amiſit vſusfructuarius litem conteſtatus, à poſſeſſore, qui ſe aduerſus fructuarium liti obtulerat, viceratq;, conſequetur dominus: pars enim collegatarij victo vſufructuario accreſcit, non domino proprietatis, & vſusfructus perſonæ accreſcit, etiamſi portionem ſuam quis amiſerit [n].

IX. Si duobus mihi fortè & Titio vſusfructus æquis portionibus eodem ſermone relinquatur, verbis tantùm coniuncti re diſiuncti eſſe dicimur, & ſi alter deficiat aut repudiet, iure accreſcendi totus vſusfructus ad alterum pertinet [o]: ſed ſi ſeparatim vnicuiq;

l. l. 7 ſi quis Attio cum l. 9. ſi proprietas. h. tit.

m. d. l. idem eſt & ſi. § fin.

n. l. 10. interdum h. tit. & facit text in l. 33. ſi titio. §. fin. ſ. tit. prox. vide Cuiac. lib. 9. obſeruat. cap. 11.

o. d. l. re coniuncti. ſ. De legat. 3. & l. pen h. tit.

partis rei vſusfructus relictus ſit, ſinè dubio ius accreſcendi ceſſat, quia & re & verbis disiuncti ſunt [p]: idemq; habetur ſi duobus hæredibus institutis, deducto vſufructu, proprietas alij legetur [q]: vel ſi ſingulis legatarijs ab hæredibus ſingulis vſusfructus legetur [r]: aut ſi duo fundi vnius domini, deducto vſufructu, proprietatem duobus vendiderint [ſ]: ideoq; ſicut prioribus caſibus amiſſo ab aliquo vſufructu, proprietati is conſolidatur, & iuri accreſcendi locus non eſt [t]: ita etiam hoc caſu ſi alter venditorum vſumfructum amiſerit, proprietati conſolidabitur, & ad eam partem redibit, vnde initio diuiſus eſt [u].

p. d.l.1.in prin. verſ.cæterùm ſi ſeparatim.
q. d l. 1.§.fin. vbi aliàs.l. 2.
r. d. l. pen.cum l.vlt h.tit.
ſ. d.l.3 idem Neratius §. vnde Celſus.
t. d. l. 1.in prin.verſ cæterùn ſi ſeparatim. & §fin. vbi aliàs eſt l. 2. d l.pen.& vlt h.tit.
u. d.l.3 idem Neratius §. vnde Celſus.

Quando dies vſusfructus legati cedat. Tit. 3.

1. 2. *Dies vſusfructus purè vel ex die legati quando cedat?*

I. QVia vero vſusfructus ex fruendo conſiſtit, id eſt facto aliquo eius, qui fruitur & vtitur, intelligiq; non poteſt vſusfructus, niſi ſit qui eum conſtituat, quiq; vti frui patiatur [a]: accidit vt dies vſusfructus, itemq; vſus legati non priùs cedat, quàm hæreditas adeatur, etiamſi ſeruo hæreditario relictus ſit, quamuis cætera ſeruo hæreditario legata, hæreditati acquirantur [b]: & alia quoq; legata alijs relicta, ſtatim à morte teſtatoris cedant [c]: id eſt deberi tum incipiant [d], & non ſolùm vſusfructus dies non cedit ante aditam hæreditatem, ſed nec actio de vſufructu [e].

a. l. vnica in prin. h.tit. & l.3.in prin.s .tit prox.
b. d l vnica §.dies autem. l 18 ſi ſeruo hæreditario ſ. Quib. mo. vſusfr. vel vſus amitt.
c toto ti. ſ. Quando dies legato. vel fideicom. cedat. l. vnica §. cum igitur. in fine. & §.in nouiſſimo. C.De caduc toll.
d. l.213. cedere diem ſ. De verb ſignif.
e. d.l.vnica § fin.

Sed

II. Sed ſi ex die vſusfructus legetur, dies eius nondum cedit, neq; actio de eo competit, niſi cùm dies venit, & agens ante diem nihil faciet, quamuis alias qui ante diem agit, malè agat [f]. & ſi cui in menſes, vel in dies, vel in annos ſingulos quid legetur, per dies ſingulos vel menſes, vel annos, dies legati cedet, non ſemel, ſed per tempora ſingula, quaſi plura legata ſint: & ideò ſi is fructus legatus ſit, qui quotidie percipi non poteſt, non erit inutile legatum, ſed dies iſti exhibebunt legati vtilitatem, quibus vti frui poteſt legatarius [g].

f. d.l. vnica §. item ſi ex die & § fin.

g. d l. vnica in prin & §. vnde quæri poteſt. & ſu. tex. in l. 1 § fin. & l. 2. § ſi non mors. ſ. tit prox. l. 10 cùm in annos ſ. Quando dies legato. vel fideicom. ced.

Diſputat. II. Reſpond. Criſpinus Beckſchlager Bartenſteinenſis Boruſſus.

Quibus modis vſusfructus vel vſus amittatur: Tit. 4.

1. 2. 3. *Morte quomodò extinguatur vſusfructus?*
4 5. *Capitis diminutione quomodò extinguatur vſusfructus?*
6. 7. *Rei mutatione aut interitu quomodò extinguatur?*
8 9. *Non vtendo & conſolidatione &c quomodò extinguatur?*

I. VSumfructum porrò, quia perſonæ Fructuarij cohæret [a], & perſonæ non prædij eſſe dicitur [b]: morte fructuarij amitti non recipit dubitationem [c]: ſed ſi legatum vſumfructum legatarius alij reſtituere rogatus ſit, id agere Prætor debet, vt ex fideicommiſſarij perſona magis quam ex legatarij pereat vſusfruct⁹ [d]: ſicut & reſtituẽdo legatarius vſũfructum amittit, nec ꝑ fideicom̃iſſariũ vti frui exiſtimatur, ſed fideicom̃iſſari⁹ ſuo nõine vtitur fruitur, vtilẽq; habet actionẽ [e]: morte autẽ pro-

a. l 3 § fin h. tit
b. l. 32. ſi quis vnas. alias l ſi quis binas. ſ De vſufructu & quemadmodum quis vtat fruat. l. 1. ſ. De ſeruit.
c. d.l 3. § fin l 3. l. 12. ambiguitatem in prin l. 14 corruptionem in fine. C. De vſufr. vſu & habitat.
d. d. l. 4. ſi legatum h. tit.
e. l. 29. Pomponius. § fin. h. tit.

proprietarij vſusfructus non finitur,ſed tranſfertur tantùm proprietas ex eo tempore ad ſucceſſorem eius [f] : ſicut & aliâs dominij mutatione neq; perſonalis neq; realis ſeruitus amittitur [g]: Si ciuitati vſusfructus legatus ſit, & aratrum in ea inducatur, quaſi morte finitur vſusfructus [h].

II. Quòd ſi duobus alternis annis vſusfructus relinquatur,cõtinuis annis ꝓprietas nuda eſt, ſicut cùm vni legatario alternis annis vſufructus legatus eſt, plena eſt apud hæredem proprietas, eo ſolùm tempore, quo ius fruendi legatario non eſt: Si ex duobus illis alter decedat, quaſi interempto illius vſufructu, per vices temporum plena proprietas erit, neq; accreſcere alteri quicquam poteſt, quoniam propria quiſq; tempora fructus integri habuit, non concurrente altero [i].

III. Poſt mortem igitur Vſufructarij, ius vtendi fruendi ad dominum proprietatis redit [k]: quòd ſi fructuarius meſſem fecerit & deceſſit, ſtipula quæ in meſſe iacet, hæredis eius erit, ſed ſpica, quæ terra continetur, domini fundi erit: quia fructus fundi percipi dicitur, ſpica aut fœno cæſo, aut vua adempta aut excuſa olea, quamuis nondum tritum frumentum aut oleum factum, vel vindemia coacta ſit: ſed ſecus ſi olea per ſe deciderit: fructuarij enim fructus tunc demum fiunt, cùm eos percepit, bonæ fidei autem poſſeſſoris mox quam à ſolo ſeparati ſint [l]: & ideò licèt maturis fructibus, nondum tamen perceptis, deceſſerit

f. d. l. 3. C. De vſufructu, vſu & habitat.

g l. 19 neq; vſusfructus. h. tit.

h. l. 21. ſi vſusfructus. h. tit.

i. l. 2. in prin. h. tit.

k. l 10 ſi domina. C. De vſufructu, vſu & habitat.

l. l. 13 ſi fructuarius meſſem h. tit. l. 48. bonæ fidei. ff. De acq rer dom. §. is verò a quem. I. De rer. diuiſ.

ceſſerit fructuarius, ad hæredes eius non pertinent, ſed domino proprietatis acquiruntur m.
IIII. Amittitur deinde vſusfructus etiam capitis diminutione n: non tamen minima, ſed ſecundùm conſtitutionem Iuſtiniani Imperatoris ea tantùm, quæ vel libertatem vel ciuitatem Romanam adimit o: ſed in vſufructu per ſeruum vel filium quæſito, nec patris caſus filio, nec filij vel ſerui caſus patri aut domino nocet p: Quamuis alioqui non ſolùm vſusfructus amittatur capitis diminutione, ſed & actio de vſufructu, & parui refert vtrùm Iure Ciuili ſit conſtitutus, an verò tuitione Prætoris: proinde traditus quoq; vſusfructus, item in fundo vectigali vel ſuperficie, non iure conſtitutus, capitis diminutione amittitur, dummodò iam conſtitutus ſit: cæterùm ſi ante aditam hæreditatem, aut ante diem cedentem quis capite minuatur, conſtat vſumfructum non amitti q: Si ager ab hoſtibus occupatus, ſeruusuè captus, liberatus fuerit, iure poſtliminij reſtituetur vſusfructus r: ſed ſi vſq; ad manumiſſionem vſusfructus ſerui relictus ſit, manumiſſione extinguetur vſusfructus ſ.

V. Si fundus tibi ex die legatus eſt, & vſumfructum mihi rogatus es reſtituere, ſi capite minutus fuero intrà diem legato tuo inſertum, benignè reſponſum eſt, nihilominùs ſaluum mihi forè vſumfructum t: quòd ſi in ſingulos annos vel menſes, vel dies, legatus ſit vſusfructus, quia plura legata ſunt, vſusfructus

m. d § is verò ad quem.
n. l. 1. in prin. & § fin. h. tit.
o. d. l. 16. corruptionem §. fin. C. De vſufr. vſu & habitat. d § finitur. I. De vſufructu.
p. l. vlt. C. De vſufr. vſu & habitat.
q. d. l. 1. in prin. h. tit.
r. l. 26 ſi ager ab hoſtibus. h. tit.
ſ. l. 15. interdum. h tit.
t. d. l. 1 § ſi tibi.

ctus amittetur, illius duntaxat anni, menſis, diei, qui iam proceſſit [t], commemoratione temporis, tacitam habente repetitionis poteſtatem [u]: ſed & apertè repeti poteſt legatus vſusfructus, qualicunq; ratione amiſſus, dummodo non morte [x]: ideoq́; ſi dixerit teſtator, quotieſcunq; capite minutus erit ei do lego, vel quoties amiſſus erit, repetitus videbitur: idemq́; eſt, ſi quamdiu viuit, legatus ſit, vel vſq; ad certum tempus [y]: ſaluumq; facit & integrum hæc repetitio etiam ius accreſcendi, niſi repetens de ipſo quoq; vſufructu aliquid adimat [z].

VI. Rei mutatione quoq; interire vſumfructum placet: Si enim vſusfructus ædium mihi legatus ſit, & ædes incendio conſumptæ ſint vel ſuo vicio corruerint, extinguitur vſusfructus, adeò vt nec in area vel cæmentis ampliùs debeatur [a]: ſi areæ ſit vſusfructus legatus, & teſtator ædificium in ea poſuerit [b]: vel ſi balnei vſufructu legato, habitationem inde fecerit, vel tabernam vel diætam [c]: aut ſi ædium aut nauis vſufructu legato, demolierit ædes, deſtruxerit nauem, etiamſi poſtea rurſus ædificauerit, amiſſus cenſebitur vſusfructus [d]: non ſecus ac ſi ſerui hiſtrionis vſufructu legato, ad aliud miniſterium eum transtulerit [e]: planè ſi per partes refecta ſit domus vel nauis, vſusfructus retinebitur [f]: quod ſi hæres mutando aut deſtruendo rem, vſumfructum præripuerit, ex teſtamento vel de dolo, itemq; interdicto quod vi aut clam tenebitur [g].

u. d.l.1.§.fin & d.l.2 §.ſi non mors h.tit. & fa.tex. in l. vnica in prin. & § vnde quæri ſ. tit. prox l. 10 cùm in annos. § Quando dies lega. vel fideicom. ced.

x. d.l.3 in prin. & l.5. repeti in prin h. tit.

y. d l.3 in prin. & § 1. & d. l. 12. ambiguitatem in pr. C. De vſufr. vſu & habitat.

z. d.l.3 § hæc autem. & §. ſeq.

a. d.l. repeti §. rei mutatione.

b. d.l repeti §. ſi areæ.

c. l.12 ſi cui balnei in prin h.tit.

d. l.10. quid tamen. §.1. & § in nauis. h.ti.

e. d.l. ſi cui balnei § fin.

f. d.l. quid tamen §. 1. & §. in nauis.

g. d.l. repeti § fin. cum 2. ll. ſeqq. h.tit.

Fundi

VII. Fundi vſufructu legato, ſi villa diruta ſit, vſusfructus non extinguetur, non magis quàm ſi arbores deciderint, quia villa fundi acceſſio eſt [h]: ſed & eo quoq; ſolo, in quo fuit villa, vti frui poterò [i]: imò & ſi fundus villæ fuerit acceſſio, idem dicendum eſt [k]: agri vel loci vel horti vſufructu legato, ſi ſtagnum vel fluminis alueus ex eo fiat, amittitur vſusfructus, ſecus ſi inũdatio tantùm facta fuerit, vel arui vſufructu legato, vineæ factæ ſint [l]: ſi ſyluæ cæduæ vſusfructus legetur, & ſationes fiant [m], ſi maſſæ vſusfructus legetur & ex ea vaſa fiant, vſusfructus extinguitur [n]: idem'q; eſt in ornamentis mutatis [o]: vel ſi quadrigæ vſufructu legato, vnus ex equis deceſſerit, niſi fortè alius ante diem legati cedentem ſubſtitutus ſit [p].

VIII. Sed & non vtendo vſusfructus amittitur [q]: etiam certæ partis vel pro indiuiſo [r]: quia excepta capitis minutione vel morte, reliquæ cauſæ, vel pro parte, interitum vſusfructus recipiunt [ſ]: amittitur autem vſusfructus non vtendo pro modum & tempus, quo dominium amitteretur in rebus immobilib9 [t]: ſi is q vſumfructũ habet tãtùm vtatur ſciens ſe vſumfructum habere, nihilominùs & frui videbitur: ſi verò ignoret, amittet fructũ [u]: ſi alternis annis vſusfruct9 legetur, non poſſe nõ vtẽdo eũ amitti, quia plura ſunt legata reſpõſũ eſt [x]: quòd tamẽ ex ſãctiõe Iuſtiniãi Imperatoris hodie aliter obtinere videtur [y].

IX. Item finitur vſusfruct9, ſi domino proprieta-

h. l. 8. fundi. h. tit.
i. l. 9. ſed & eo h tit.
k. d. l. quid tamen in prin.
l. d. l. quid tamen § agri & l. 23 ſi ager cuius, cum l. 24. cùm vſumfructum h. tit. l. 36. qui vſumfructum areæ in prin. ſ. De vſufr. & quemad. quis vtat. fruat.
m. d. l quid tamen §. certè ſyluæ.
n. d. l. quid tamẽ §. ſi maſſa & d. l. qui vſumfructũ areæ, in prin.
o. d. l. quid tamẽ § ſi maſſa verſ proinde.
p d. l. quid tamen §. fin. cum l 11 niſi alius h tit.
q l. 5 in prin ſ. De vſufructu & quemad. quis vtatur fruat.
r. l. 25 placet. h. tit.
ſ. l 14. excepta. h tit.
t. d. l. 16. corruptionem C. De vſufructu vſu & habitat. § finitur. I. De vſufr.
u. l. 20. is qui vſumfructum h. tit.
x. l. 28 ſi vſusfructus alternis h. tit l. 7. ſi ſic conſtituta. ſ. Quemad. ſeruitutes amitt. l. 13. cùm vſusfructus alternis. ſ. De vſu & vſufr. &c. legatis.
y. l. vlt. in prin C. De ſeruitut. & aqua.

prietatis cedatur (nam cedendo extraneo nihil agitur(: vel ex cõtrario ſi vſusfructuarius ꝓprietatẽ acquiſierit, quæ res cõnſolidatio appellatur [z]. ſed cõſolidatiõe per inofficioſi querelã à filio irrita reddita, ex poſtfacto ſalua manet prior vſufructus [a]: Si quis vſumfructũ ſolum ſerui alienauerit, per quem ei vſusfructus acquiſitus eſt, quin per eum vſusfructus retineatur dubium non eſt: idemq; eſt ſi ſeruus, per quem acquiſitus eſt vſusfructus, in totum an pro parte alienetur [b]: vſufructu mihi ſub conditione legato, ſi hæres medio tempore eum alij legauit, conditione exiſtente illius vſusfructus extinguetur, neq; ſi ego eum amiſero ad illum reuertetur, quia ex diuerſis teſtamentis ius coniunctionis non contingit [c]. ſi proprietarius ſeruum fructuarium vſufructuario noxæ dederit, comparatione & confuſione vſusfructus finitur [d].

z. d. § finitur verſ. item finitur. l. De vſufructu.
a. l. 57. dominus in prin. ſ. De vſufr. & quemad. quis vtat. fruat.
b. d. l. repeti §. fin. h. tit. l. 15. inter antiquam. C. De vſufr. vſu & habitat.
c. l. 16 ſi ſub conditione. h. tit. & fa. text. ſimilis in l. 54. ſub conditione ſ. De vſufr. & quemadmo. quis vta. frua.
d. d. l. 27 ſi ſeruum. h. tit.

X. Si fundi vſusfructus tibi purè, proprietas autem Titio ſub conditione legetur, & pendente conditione dominium acquiſieris, deinde extiterit conditio, nihilominùs Titius fundum pleno iure habebit [e]: Quòd ſi hæredi vſufructu reſeruato, alij proprietas legata ſit, hæres morte vel alijs legitimis modis vſumfructum amittet [f]. Sed ſi legato vſusfructus talis fuerit inſerta conditio, donec in furore filius vel alius quiſpiam remanſerit, vel alius ſimilis adijciatur caſus, cuius euentus in incerto ſit, ſiquidem reſipuerit filius vel alius, de quo hoc dictum eſt, vel conditio extiterit, finitur

e. l. 17 ſi tibi fundi. h. tit.
f. l. 14. antiquitas. C. De vſufr. vſu & habitat.

finitur vſusfructus: ſin autem adhuc is in furore conſtitutus, deceſſerit, morte eius finitur [g]: Porrò iiſdem modis, quibus vſusfructus finitur, finitur etiam vſus & habitatio ferè, qua de re paulò poſt [h].

g d. l. 12 ambiguitatem §. ſin autem talis & § ſeq. C. De vſufr. & habitat.
h. l. 3. § fin. ff. De vſufr. & quemadmo. quis vtat. fruat. & concordat. tex. in prin. I. De vſu & habitat. vide ſ. ad tit. de vſu & habitat. nu. pen. & vlt.

De vſufructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur vel minuuntur: Tit. 5.

1. 2. 3. Cautio pro rebus corruptibilibus, quomodò præſtetur?
4. 5. Si teſtator hæredem vnum cautione oneret, vel cautio omiſſa ſit?

I. QVia verò vſusfructus ius eſt vtendi fruendi, ſalua rerum ſubſtantia [a], fiebat vt in his rebus, quæ vſu conſumuntur vel minuuntur, vſusfructus conſtitui non poſſet, nec Naturali nec Ciuili ratione id permittente [b], ſed Senatus cenſuit vt omnium rerum, quas in cuiuſq; patrimonio eſſe conſtaret, vſusfructus legari poſſit, cautione pro his rebus, quæ vſu tolluntur vel minuuntur interpoſita, atq; ita hoc remedio introducto, quaſi vſusfructus in his rebus haberi cœpit [c].

II. His autem de reſtitutione rerum cauetur, à quibus vſusfructus legatus eſt, ſeu quibus eſt proprietas relicta [d], & quidem fideiuſſoribus vel pignoribus quoq; datis [e], & ſtipulatione interueniente [f]: ſi pecuniæ vſusfructus relictus ſit, ita datur legatario vt eius fiat, & legatarius ſatisdet hæredi, de tanta pecunia reſtituenda, ſi morietur aut capite minuetur

a. l. 1. & 2. ff. De vſufructu & quemadmo. quis vtat. fruat. & concordat tex. in prin. tit. I. De vſufructu.
b. §. conſtituitur. I. De vſufr. l. 1. 2. & 3. h. tit.
c. d. §. conſtituitur, & d. l. 1. 2 & 3.
d. d. l. 2. in prin.
e. l. 8. tribus. in fine. h. tit. & Dd. in d. § conſtituitur.
f. l. 9. in ſtipulatione. & l. 10. quoniam. § fin. h. tit.

nuetur g: iſtis enim duobus tantùm caſibus amittitur eiuſmodi vſusfructus h: ſi vini, olei, frumenti i, ſi lanæ vel odorum vel aromatum aliarumuè ſimilium rerum vſusfructus ſit relictus k, cautio deſideratur, vt quandoq; is mortuus aut capite minutus ſit, eiusdem generis, qualitatis & quantitatis res reſtituantur, vel æſtimatis rebus, tanta pecunia reſtituatur l. atq; ita etiam nominum vſusfructus conſtituitur, cautione interpoſita m: idemq; eſt ſi vſus in eiuſmodi rebus relinquatur, quia in hac ſpecie vſus etiam fructum continere cenſetur n.

III. Si tibi decem millia legata fuerint, mihi eorundum decem millium vſusfructus, fient quidem tua tota decem millia, ſed mihi quinq; numerari debebunt, ita vt tibi caueam tempore mortis meæ aut capitis diminutionis reſtitutum iri: quia & ſi fundus tibi legatus fuiſſet, & mihi eiusdem fundi vſusfructus, haberes tu quidem totius fundi proprietatem, ſed partem cum vſufructu, partem ſinè vſufructu, & non hæredi, ſed tibi cauerem boni viri arbitratu: ſed ſi duobus eorundem decem millium vſusfructus legatus fuerit, quina millia ſinguli accipient, & inuicem & hæredi ſatisdabunt o.

IIII. Quòd ſi quis tribus hæredibus inſtitutis, vſumfructum quindecim millium Titio legauit, & duos ex hæredibus iuſſit pro legata-

g. d. § conſtituitur verſ. uaq; ſi pecunia.
h. d. l. in ſtipulatione & d. l. quoniam. in prin.
i. l. 7. ſi vini. h. tit.
k. l. 11. ſi lanæ. h. tit.
l. d. § conſtituitur verſ. cæteræ quoq; res. & d. l. ſi vini.
m. d. l. 3. § fin. & l. 4. h. t.
n. l. 5. hoc Senatusconſultum § fin. d. l. quoniam. § fin. & l. vlt. h. tit.
o. d. l. hoc Senatusconſultum. § ſi pecuniæ & fa. [illegible] l. 4 h. tit. l. 7. ſi quis Attio & 2. ll. ſeqq. s De vſufructu accreſcendo.

legatario ſatisdare, eſt alterum legatum velut certi, alterum incerti: vſusfructus itaq; nomine pars pecuniæ petenda erit ab eo, qui ſatis accepit à cohærede, incertiq; cum eo agendum ſi ſatis non dedit: is verò qui ſatis præſtitit, ac propter moram cohæredis ſatis non accepit, neq; fructus nomine interim tenebitur propter Senatusconſultum, neq; actione incerti, quia hæredi ſatisdedit: legatarius planè cogetur etiam promittere: finito autem vſufructu, ſi cohæredes ex cauſa fideiuſſoria conueniantur, mandati non agent, quia mandatum non ſuſceperunt, ſed voluntati teſtatoris paruerunt, & cautionis legato liberati ſunt [p].

p. d. l. 8. tribus. h. tit.

V. Si pecuniæ ſit vſusfructus legatus vel aliarum rerum, quæ in abuſu conſiſtunt, nec ab initio cautio interueniat, poteſt omiſſa cautio, poſtea etiam, conſtante ſcilicet adhuc vſufructu, condici incerti condictione: finito autem vſufructu ipſa quantitas, quæ in vſumfructum conceſſa erat, condici poteſt [q]: ſicut & in factum actio datur ad repetendam pecuniam fructuariam, cùm per ignorantiam fortè cautionis iſtius ſtipulatio omiſſa eſt [r].

q. d. l. 5. hoc Senatusconſultum. §. ſi pecuniæ. h. tit.

r. l. 10. partis tertiæ. ſ. De præſcript. verb.

Si Vſusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur: Tit. 6.

1. 2. *Actione ex teſtamento quomodò petatur vſusfructus nondum conſtitutus?*
3. *Confeſſoria quomodò detur fructuario pro conſtituto vſufructu perſequendo?*
4. *Negatoria quomodò detur domino ad probibendum vſumfructum?*
5. 6. *Vbi deficiant confeſſoria & Negatoria?*

I. COmpetit autem ad vſumfructum, qui legatus eſt, obtinendum, actio ex teſtamento, & ſi ex teſtamento fundi vſusfructus petitus ſit ab hærede, qui arbores deiecit, aut ædificium demolitus eſt, aut alio quo modo deteriorem fundi vſumfructum fecit, aut ſeruitutes impoſuit, vel vicina prædia ſeruitutibus liberauit, ad religionem Iudicis pertinebit, vt inſpiciat, qualis ante iudicium acceptum, fundus fuerit, vt fructuario hoc quod intereſt ab eo ſeruetur [a].

II. Sed & hæc adminicula hæres fructuario præſtare cogetur, ſinè quibus quis vti frui non poteſt, & ideò ſi vſusfructus rei legetur, neceſſe eſt vt præſtetur etiam aditus: vſq; adeò vt ſi quis vſumfructum loci leget, ita ne hæres cogatur viam præſtare, inutiliter hoc adiectum videatur, & vſufructu legato, ſi iter ademptum ſit, inutilis eſt ademptio: quod ſi per hæreditarium fundum aditus ad rem non eſt, ex teſtamento agendo conſequetur vſufructuarius, vt cum aditu ſibi præſtetur vſusfructus: iter verò vel via etiam conſtituetur pro vt perceptio fructuum deſiderabit: aliâs tamen vtilitates aut ſeruitutes, hæres non præſtabit, præter eas ſolas, ſinè quibus omnino vti non poteſt: ſed ſi cum aliquo incommodo vtatur, non erunt præſtandæ [b].

a. *l. 2 h. tit.*

b. *l. 1 § vſusfructus & § ſeq. h. tit. l. 2. § recte.* *Si ſeruitus vendicetur vel ad alium pertinere negetur.*

Vſufru-

III. Vſufructu verò ſemel conſtituto, ſi fortè poſſeſſione rei & vſufructus exciderit[c], Cōfeſſoria in rem actio datur fructuario, qua rem & vſumfructum vendicet [d]: eaq; actio non tantùm aduerſus dominum ei competit, ſed etiam aduerſus quemuis poſſeſſorem [e]: veniuntq; in hanc actionem etiam fructus [f], & omnis cauſa: ideoq; ſi ſerui fuerit vſusfructus legatus, quicquid ex re fructuarij vel ex operis eius conſecutus eſt poſſeſſor, debebit reſtituere: ſed etſi fortè tempore vſusfructus amiſſus eſt, alio quidem poſſidente, alio autem liti ſe offerente, non ſufficit eum vſumfructum renouare, verùm cauere quoq; eum de euictione vſusfructus oportet, ſi fortè ſeruum aut fundum, is qui poſſidebat, pignori dedit, & fructuarius ab eo, qui pignori accepit, vti prohibeatur [g]: ſi ſeruitus fundo debeatur, ſeruitutem quidem non vendicabit, ſed vſumfructum, ac per hoc vicinus ſi non patiatur eum ire agere, tenebitur quaſi non patiatur eum vti frui [h].

c. l. 3 in fine h. tit.

d. d. l. 1. in prin. & l. 5. vti frui. §. vtrum & §. ſeq. h. t. §. æquæ ſi agat I. De act.

e. d. l. vti frui § vtrùm.

f. d. l. vti frui, §. in his autem.

g. d. l. vti frui §. fructuario.

h. d. l. 1. in prin. h. tit.

IIII. Domino autem prorietatis Confeſſoria iſta actio non datur, quia vti frui ius ſibi eſſe, ſolus poteſt intendere, qui habet vſumfructum: dominus autem fundi non poteſt, cùm vtendi fruendi ius ſeparatum non habeat, nec ei ſuus fundus ſeruire poſſit, & de ſeruitutis iure in aliena re hæc actio intendatur: ſed actio Negatiua ſeu Negatoria domino competit, per quam intendit, inuito ſe ius vtendi fruendi non eſſe alteri, vel ſibi eſſe ius prohi-

prohibendi: quod ſi fortè qui agit, dominus proprietatis non ſit, quamuis poſſeſſor ius vtendi fruendi non habeat, vincet tamen iure, quo poſſeſſores ſunt potiores [i]: fructuumq; in hac actione habebitur quoq, ratio [k]: quod tamen tam in hac Negatoria, quàm etiam in illa Confeſſoria, ita demum procedit, ſi dominus vel fructuarius non poſſideat rem: nam à turbatore vel moleſtatore, qui non poſſidet, nec fructus percepit, dominus vel fructuarius, qui fructus percepit, petere fructus non poteſt [l].

i. d. l. vti frui in prin.
k. d. l. vti frui §. in his autem.
l. d. l. vti frui. §. fin.

V. Si poſt litem conteſtatam finitus ſit vſusfructus, deſinunt vlteriùs fructus deberi: nam etſi mortuus fuerit fructuarius, hæredi eius præteritorum duntaxat fructuum nomine actio dabitur [m]: qui de vſufructu iudicium accepit, ſi deſierit poſſidere ſinè dolo, abſoluetur: quòd ſi liti ſe obtulit, & quaſi poſſeſſor actionem de vſufructu ſuſcepit, damnabitur [n]: Ex contrario, is quoq; qui vſumfructum traditum ſibi ex cauſa fideicommiſſi, deſijt in vſu habere tanto tempore, quanto, ſi legitimè eius factus eſſet, amiſſurus eum fuerit, actionem ad repetendum eum non habebit, quia abſurdum eſt plus iuris habere eos, qui poſſeſſionem duntaxat vſusfructus, non etiam dominium adepti ſunt [o].

m. d. l. vti frui §. ſi poſt litem.
n. l. vlt. h. tit.
o. l. 3. qui vſumfructum. h. tit.

VI. Quòd ſi fundus detracto vſufructu legatus eſt Titio, & eiuſdem fundi vſusfructus Sempronio ſub conditione, interim cum proprietate vſusfructus apud Sempronium erit,

licet

licèt placeat, cùm ſimpliciter Titio fortè detracto vſufructu, fundus legetur, apud hæredem vſumfructum eſſe: etenim cùm paterfamiliâs detracto vſufructu fundum alicui legat, & alij vſumfructum relinquit ſub conditione, non hoc agit vt apud hæredem vſusfructus remaneat. ideóq; Confeſſoriam hæres exercere hoc caſu non poteſt p.

p. *l.4. fundus. h. tit.*

Diſputat. III. Reſpond. Hieronymus Cloſius, Saltzenſis.

De operis ſeruorum: Tit. 7.

1. 2. *Vſusfructus vel vſus ſerui differt à legato operarum?*
3. *Seruitutis operarum quæ ſit ratio?*

I. Vſuifructui porrò, qui in rebus alijs animatis vel inanimatis conſtituitur, ſimilis eſt etiam ille vſusfructus, qui fortè alicui in ſeruo aut ancilla legatus eſt [a]: in hominis autem vſufructu operæ ſunt, & ob operas mercedes [b]: & vt in cæteris rebus fructus, deductis neceſſarijs impenſis intelligitur, ita & in operis ſeruorum [c]: partus tamen ancillæ in fructu non eſt, ſed ad dominum proprietatis pertinet, quia abſurdum videbatur, hominem in fructu eſſe, cum omnes fructus hominis gratia Deus comparauerit [d].

a. *l. 68. vetus ſ. De vſufructu & quemadmo. quis vtat. fruat. l. 28. in pecudum. ſ. De vſuris & fruct. § in pecudum. I. De rer. diuiſ.*
b. *l. 3. & l. 4. in prin. h. tit.*
c. *d. l. 4. in fine.*
d. *d. l. vetus d. l. in pecudũ & d. § in pecudum.*

II. De ijs itaq; ſeruis, in quibus vſumfructũ habemus, ita placuit, vt quicquid ex re noſtra vel operis ſuis acquirũt, id nobis adijciatur

ijciatur, quod vero c... ca... cauſas conſecuti fuerint, id ad dominum proprietatis pertineat [e]: operis vero ſerui ſimpliciter legatis, velut vſum datum intelligi proditum eſt [f], attamen ſeparata eſt hæc ſeruitutis ſpecies & ab vſufructu & ab vſu, vt propriè neq; vſusfructus neq; vſus datus intelligatur, ſi operæ legatæ fuerint [g].

III. Opera autem in actu conſiſtit, nec ante in rerum natura eſt, quam ſi dies venit, quo præſtanda eſt, quemadmodùm cum ſtipulamur, quod ex Arethuſa natum erit [h]: eaq; in re operæ ſerui legatæ, habitationi comparantur, quòd ſicut habitatio capitis diminutione non interit [i], ſic quoq, operæ ſerui legatæ capitis minutione non amittuntur [k]: cùm de ſerui artificis operis agitur, pro modo reſtituendæ ſunt, ſed mediaſtini ſecundùm miniſterium [l]: ſi minor annis quinq; vel debilis ſeruus ſit, vel quis alius, cuius nulla opera apud dominum eſſe potuit, nulla æſtimatio fiet: item voluptatis vel affectionis æſtimatio non habebitur, veluti ſi dilexerit eum dominus, aut in delicijs habuerit: cæterùm deductis neceſſarijs impenſis, fiet æſtimatio [m],

Nunc videndum de Vſu & Habitatione. [n]

e. l. 21 ſerui vſusfructus, cum 5 ll. ſeqq vbi copioſè hoc explicatur. l. 27 ſi pendentes. § ſi ſerui ſ. De vſufr. & quemadmo. quis vtat. fruat. & ibi dictum eſt in Synopſi nu 19. l. 10. acquiritur. § de his autem ſ. De acquir. rer. dom. § de ijs autem. I. Per quas perſon. cuiq; acquir. § pen. I. Per quas perſo. nob. oblig acquir.

f. l. pen. h. tit.

g. l. 1. § ſi vſusfructus. ſ. Ad legem Falcid.

h. l. 1. h tit. l. 3. ſ. De operis libertor. & l. 5. rei appellatio. § fin. ſ. De verb. ſignif.

i. l. 10 ſi habitatio. in prin. ſ. De vſu & habitat.

k. l. 2. h. tit.

l. l vlt. in prin. h. tit. & fa. tex. in d. l. 27. ſi pendentes §. ſi ſerui ſ. De vſufructu & quemadmo. quis vtat fruat.

m. d. l vlt. § fin. l. 55. ſi infantis. ſ. De vſufr. & quemad. quis vta. fruat & fa. tex. in l. 33. ſi ſeruum meum, in prin. ſ. ad leg. Aquil. & l. 63. precia rerum. in prin. ſ. ad Leg. Falcid.

n. l. 1. in prin. ſ. tit. prox.

De vſu & habitatione: Tit. 8.

1.2. *Vſus quid, & quomodò ſinè fructu eſſe poſſit?*

3.4.5.6.7.8. *Si vſus ædium, fundi, ſeruorum, vel pecorum legetur?*

Vſuar[ius]

9. *Vſuarij ius aduerſus proprietarium quale ſit?*
10. *Habitationis ius quale ſit?*

I. VSus eſt ſeruitus vtendi alienis rebus: dempta ſcilicet fruendi poteſtate: conſtituitur namq; etiam nudus vſus, id eſt ſine fructu, qui & ipſe iiſdem modis conſtitui ſolet, quibus & vſusfructus [a]. ſed is cui vſus relictus eſt, vti poteſt, frui non poteſt [b]: atq; ita minus iuris eſt in vſu quam in vſufructu, cùm is qui vſumfructum rei habet, non tantùm vſum, ſed etiam fructum rei, liberioremq; eius adminiſtrationem habere intelligatur [c]. & quidem vſusfructus an fructus legetur vt ait Vlpianus nihil intereſt, ſi modò perceptio fructus ad ipſum fructuarium pertineat: ita enim fructui & vſus ineſt, vſui fructus deeſt, & fructuum perceptio ſinè vſu eſſe non poteſt, vſus ſine fructu poteſt: deniq; ſi tibi fructuum perceptio, deducto vſu, legata ſit, inutile eſt legatum, & ſi fortè vſufructu legato, fructus adimatur, totum videtur ademptum: ſed ſi fructus perceptione legata, vſus adimatur, nulla eſt ademptio [d].

II. Obtingere tamen, vt idem Vlpianus ait, etiam fructus rei ſinè vſu poteſt, ita nimirum vt fructus annuos ſeu prouentus fundi mihi teſtator leget, hæredemq; oneret, vt eos mihi ſubminiſtret [e]: ita enim fructus ſinè vſu & ab initio conſtitui poteſt [f]: Vſu legato, ſi eidem fructus legetur, confunditur cum vſu, & ſi tibi vſus, mihi fructus legetur, concurremus

a. l. 1. h. tit & concordat. tex. in l. 3. § fin. ſ. De vſufructu & quemad. quis vtat. fruat. itemq; in prin. tit. ſ. De vſu & habitat.

b. l. 2. in prin. h. tit.

c. d. prin. tit. verſ. minus. ſ. De vſu & habitat. l. 12 arboribus. §. vſufructuarius. ſ. De vſufructu & quemad. quis vtat. fruat.

d. l. 14. per ſeruum. §. vſusfructus h. tit.

e. l. 5 huic ſtipulationi § ſed ſi vſus ſ. vſufructuarius quemadmo. caueat. l. 58 defuncta §. pen. & vlt. ſ. De vſufr. & quemadmo. quis vtat. fruat.

f. d. l. ſi ſeruum § vſusfructus verſ. ſed ſi fructus.

mus nos in vſu, ſed ego ſolus fructum habebo g: poterit autem apud alium eſſe vſus, apud alium fructus ſinè vſu, apud alium proprietas, veluti ſi is, qui fundum habet, legauerit Titio vſum, mox hæres eius tibi fructum legauerit, hæredemq́; ſuum onerauerit vt fructus fundi annuatim tibi ſubminiſtraret, vel alio modo id conſtituerit h.

III. Domus itaq, vſus ſi marito relictus ſit, poteſt illic habitare vel ſolus, vel cum vxore etiam, liberiſq; & familia: ſed & hoſpites ei recipere licet, & libertos ſuos, & cliẽtes, & inquilinum, & ſi penſionem ab eo capiat, dum ipſe quoq; inhabitat, non erit ei inuidendum, puta tam ſpacioſæ domus vſu relicto homini mediocri, vt portiuncula contentus ſit: cum his etiam, quos loco ſeruorum in operis habet, habitabit, licèt liberi vel ſerui alieni ſint: cæterum ſinè eo hi omnes habitare non poterunt i: licet tamen ei, cui domus vſus legatus eſt, ſi res eius tam anguſta ſit, etiam partes domus vacuas habere, vt vel alijs temporibus ijs vtatur, nec ob id proprietarius ijs vti poterit k.

IIII. Si mulieri vſus relictus ſit, poteſt ea cum marito habitare, ne matrimonio carere cogatur, & ſi viduæ ædium vſus legatus ſit, poſtea nubens, cum viro quoq; habitabit, & cum ſocero l: imò & ſocer cum nuru habitabit, cùm vir vnâ ſit m, & quos maritus recipere poterit, eos & mulier, puta liberos, libertos

paren-

g. *d. l. per ſeruum §. vſu legato.*

h. *d. l. per ſeruum. §. fin.*

i. *d. l. 2 § 1. & fin. cum l. 3. & l 4. in prin. h tit. §. item is qui ædium I. De vſu & habitat.*

k. *l. 22. Diuus §. licet h. t.*

l. *d. l. 4. §. mulieri. & §. fin. d. § item is qui ædium I. h. tit.*

m. *l. 5. imò & ſocer. h. tit.*

parenteſq;[n]: non aliter tamen mulier hoſpitem recipiet, quàm ſi is ſit, qui honeſte cum ea habitaturus ſit[o]: ſed neq; vir neq; mulier locabunt ſeorſim, neq; concedent habitationem ſine ſe, nec vendent vſum[p]: ſed ſi vſus ædium mulieri legatus ſit ea conditione, ſi à viro diuertiſſet, remittenda erit conditio, & cum viro habitabit[q]: cæterarum quoq; rerum vſu legato, vxor cum viro in promiſcuo vſu eas habebit[r].

V. Item ſi vſus fundi relictus ſit, minus vtiq; eſt quàm fructus, longeq; diſtat, poteritq; Vſuarius in fundo habitare, & dominum, ne eò habitatum veniat, vrbanamuè familiam eò mittat, prohibere: ſed colendi cauſa ſi veniat vel colonum familiamq; ruſticam mittat, prohibere non poteſt[ſ]. ſed & dominus proprietatis, etiã inuito Vſufructuario vel Vſuario fundum vel ædes, per ſaltuarium vel inſularium cuſtodire poteſt, quia intereſt eius fines prædij tueri[t]: imò in eo fundo hactenus tantùm vſuario morari licet, vt neq; domino fundi moleſtus ſit, neq; his, per quos opera ruſtica fiunt, impedimento, nec vlli alij ius, q habet vendere aut locare aut gratis cõcedere poteſt[u]: ſi filio vel ſeruo vſus ædiũ legetur, non minus abſẽte quàm præſente filio vel ſeruo, pater dominuſuè vti poterũt, perſecutioq; dabitur, nõ ſec' ac ſi vſusfructus relict' eſſet[x].

VI. Licebit autem Vſuario, fundi vſu legato, & ex penu, quod in annum dũtaxat ſufficiat, capere, licèt medioceris prædij fruct' eo modo

n. *l. 6. non ſolùm h. tit.*

o. *l. 7. non aliter. h. tit.*

p. *l. 8. ſed neq; in prin. h. t.*

q. *d. l. ſed neq; in fine. & fa. tex. in l. 22. quoties ſub conditione, l. 26. ſed ſi hec, §. fin l. 64 hoc modo. l. 72 cùm tale, §. ſi arbitratu & §. Maniæ l. 74. mulieri. l. 77. auia. §. Mutiana l. 79. hæres meus §. fin. l. 100. Titia. ſ. De condit. & demonſt. l. 134. Titia. ſ. De verb. oblig.*

r. *l 9. cæterarum. h. tit.*

ſ. *l. 10. ſi habitatio §. ſi vſus fundi & l. 12. plenum in prin. l. 15. fundi vſu, § fin. h. t.*

t. *l. 16 ſi ita legatus §. dominus. h. tit.*

u. *l. 11. deniq; aliàs inq; eo, vel l. in eoq; h. tit & concordat. tex. in prin. tit. I. De vſu & habitat.*

x. *l. 17. filiofamiliàs h. tit.*

modo conſumatur, quia & domo & ſeruo ita vteretur, vt nihil alij ſupereſſet [y]: plenumq; vſum habere debet, cui & villæ & prætorij vſus relictus eſt [z]: neq; tantùm habitationem habebit, ſed etiam deambulandi & geſtandi ius, & lignis vtetur in villa, ad vſum quotidianum, & horto, & pomis & oleribus, & floribus & aqua, dummodò non abutatur, imò in oppidum etiam hæc defrere licebit, cùm abundant in fundo: oleo & frumento & frugibus & alijs, quæ in fundo naſcuntur, cum conuiuis quoq; & hoſpitibus pro dignitate ſua vti poteſt, ſed in villa duntaxat [a]: fundi, vt inſtructus eſt, vſu legato, etiam inſtrumentorum vſus legatus cenſetur [b].

VII. Vſus miniſterij ſi alicui legetur, ad ſuum miniſterium vtetur, & liberorum, coniugiſq; :neq; videbitur alij conceſſiſſe, ſi ſimul cum ipſis vtatur: quanquàm ſi filiofamiliâs vel ſeruo vſus ſit relictus, patriq, dominouè per eos acquiſitus, hi qui cum filio vel ſeruo in eiuſdem poteſtate ſunt, vſum miniſterij exigere nequeunt [c]: Quòd ſi ſerui mihi vſus legatus eſt, poſſum ei donare aliquid, & ex mea pecunia negociari poterit, vt quicquid eo modo acquiſierit, in peculio meo ſit [d], & ſi inſtitor erit & operis eius vtar in taberna, acquiret mihi: idem eſt ſi iuſſu meo per traditionem quid accipiat [e], vel ſi ſtipuletur ex re mea aut ex operis ſuis, in re mea mihi præſtitis: ſecus ſi ex operis ſuis alij præſtitis [f], quoniam nec locare eius operas alij poſſũ nec

y. *d. l. 15. fundi vſu in prin. h. tit.*

z. *d. l. 12 plenum, in prin. h. tit.*

a. *d. l. plenum §. præter habitationem.*

b. *d. l. 16. ſi ita legatus, in prin. h. tit.*

c. *d. l. plenum § ſi vſus miniſterij.*

d. *d. l ſi ita legatus. § fin.*

e. *l. 20. ſeruus. & d. l. 14 ſeruum in prin. h. tit §. item is ad quem I. De vſu & habitat.*

f. *d. l per ſeruum in prin.*

nec vtendas concedere: attamen ſi ſundum vel ſyluam códuxerim, ſi lanam expediendam veſtimenta texenda, inſulam vel nauem fabricandam, potero ad hæc vſuarij ſerui opera vti [g]: & ipſi ſeruo ancillæuè pro opera merces imponi poteſt [h].

VIII. Si pecoris vſus cui legatus ſit, puta ouium, ad ſtercorandum agrum vti poterit: ſed neq; lana vtetur neq; lacte, niſi modico ad quotidianas neceſſitates, quia non tam ſtrictè interpretandæ ſunt voluntates defunctorum [i]: ſi armenti boum vſus relinquatur, omnem vſum habebit & ad arandum & ad cætera ad quæ boues apti ſunt [k]: itemq; equitij vſu legato, & domare, & ad vehendum ſub iugo vti poteſt, non tamen locare ad alienas operas expediendas, vel ad certamina publica peragenda, niſi teſtator ſciens eum huius eſſe inſtituti & vitæ, vſum ei reliquerit [l]: Si ſyluæ vſus alicui legatus ſit, fructus quoq; legatus cenſetur, quia niſi liceret legatario cedere ſyluam & vendere, quemadmodùm vſufructuarijs licet, nihil habiturus eſſet ex eo legato [m].

XI. Vſuariæ rei ſpeciem Proprietarius etiam in melius commutare non poteſt, quia non licet ei cauſam vſuarij deteriorem facere [n]: & è contrà ſi plus vſus ſit vſuarius quàm oportet, officio Iudicis cohercebitur, ne aliter quàm debet, vtatur [o]: Quòd ſi talis res ſit vſuaria, vt hæres fructum inde capiat, tum ipſe reficere quoq; rem debet, ſi vero talis ſit, vt hæres inde fructum percipere non poſſit,

g. *d. l. plenum §. operas.*

h. *l. 13 ſed & ipſi. aliàs ſed ipſi h. tit.*

i. *d l. plenum §. ſed et ſi pecoris, aliàs § ſed ſi pecoris. h tit. §. ſed etſi pecorum. I. De vſu & habitat.*

k. *d l. plenum § ſed ſi boum.*

l. *d. l. plenum § equitij*

m. *d. l. 22 Diuus in prin. h tit & ſu. tex. in l. 5. hoc Senatuſconſultum § fin. cum l. 11. quoniam § 1. & l. vlt. ſ. De vſufructu ear. rer. quæ vſu conſum.*

n. *l. vlt. h. tit.*

o. *d l. Diuus § vlt.*

vſuarius reficere cogendus eſt [p]: Vſus pars legari non poteſt: nam frui quidem pro parte poſſumus, vti pro parte non poſſumus [q]: & vſus aquæ perſonalis eſt, ideoq; ad hæredem vſuarij tranſmitti non poteſt [r].

X. Si habitatio legetur, effectu idem penè eſſe dixit Vlpianus, quaſi vſus legatus eſſet, quia hic etiam donare alij non poſſit, & eas tantùm perſonas recipiat, quas & vſuarius [ſ]: ſed ex Iuſtiniani Imperatoris conſtitutione is, cui habitatio relicta eſt, etiam alij locare poteſt, multoq; magis ſi ſit habitationis vſusfructus relictus [t], non tamen dominium ſibi vendicare poteſt, ſed morte finitur habitatio [u]: non vtendo aut capitis diminutione habitatio non amittitur, cuius non alia videtur eſſe ratio, quàm quòd hoc ius, quia ad certas ædes non aſtringitur, ſed ſimpliciter & abſolutè relinquitur, vt in quibuslibet ædibus habitatio concedi poſſit, quodammodò iurisgentium eſſe videatur [x]: vſus autem quia ad certas res aſtringitur, ijſdem modis finitur, quibus vſusfructus [y]: Rectè itaq; Iuſtinianus Imperator habitationem neq; vſum neq; vſumfructum, ſed quaſi proprium aliquod ius eſſe dixit [z].

p. *l.17 ſi domus h.tit.*
l.19.vſus pars h.tit.
q. *l.21. vſus aquæ. h. tit. l. 37. Lucius ff. De ſeruit præd ruſt. l.14. Mela ait. § quidam libertis ff. De aliment. & cibar. legat.*
ſ. *l.10 ſi habitatio in prin. & § 1. h. tit.*
t. *l.13. cùm antiquitas. C. De vſufr. vſu & habitat.*
u. *d. l. cùm antiquitas. circa fin. & l.11. habitatio. C. De vſufructu, vſu & habitat.*
x. *d. l. ſi habitatio in prin. verſ. ad hæredem tamen.*
y. *l.3. § fin. ff. De vſufr. & quemadmo quis vtat. fruat. & concordat. tex. in prin. tit. I. De vſu & habitat.*
z. *d. § fin. I. De vſu & habitat.*

Vſufructuarius quemadmodum caueat: Tit. 9.

1.2. *Vſufructuarius bipartitam cautionem præſtat.*
3.4.5. *Cui præſtetur hæc cautio, & vbi ceſſet?*
6.7. *Quomodò in alijs ſeruitutibus perſonalibus cautio præſtetur?*

Aequiſſi-

I. AEquiſſimum porrò Prætor eſſe exiſtimauit, ſi cuius rei vſusfructus legatus ſit, de vtroq; legatarium cauere, & vſurum ſe boni viri arbitratu, & cùm vſusfructus ad eùm pertinere deſinet, reſtituturum quod inde extabit [a]: hæc ſtipulatio ſiue mobilis res ſit, ſiue ſoli, interponi debet, locũq; habet, etiam ſi ex fideicommiſſo vel mortis cauſa donatione, vel alia quacunq; ratione conſtitutus fuerit vſusfructus [b]: & quidem priori parte continetur, ne deteriorem cauſam vſusfructus faciat, omniaq; vt pro rei cõſeruatione faciat, quæ in re ſua faceret [c], & vt dolus malus abſit: doli autem mentio cùm in rem concipiatur, omnium dolum comprehendit, ſucceſſorum etiam & adoptiui patris [d]: committiturq; ex priori iſta parte ſtipulatio ſtatim, ſimulatq; aliter quàm vir bonus arbitrabitur, vtatur, & ſæpius committetur [e].

II. Altera ſtipulationis pars de reſtituendo vſufructu, omnes caſus continet, quibus vſusfructus amittitur [f]: ideoq; inde ſtipulatio committitur finito vſufructu [g]: ſed & deſinere pertinere vſumfructum accipiemus, etiamſi nec cæperit pertinere, quamuis legatus ſit, committeturq; ſtipulatio quaſi finitus ſit [h]: promiſſio verò hæc, reſtitutum iri quod inde extabit, facit vt interdum etiam æſtimationem proprietatis præſtare cogatur vſufructuarius, puta ſi cum poſſet, vſucapionem interpellare neglexit: omnem enim rei curam ſuſcepit & cuſtodiam præſtare cogitur [i]:

Rectè

a. l. 1. in prin. h. tit. l. 13. ſi cuius rei. in prin. & 2. §§ & ſeqq. ſ. De vſufr & quemad. quis vtat. fruat.

b. d. l. 1. §. hæc ſtipulatio. l. 1 & l. 4. C. De vſufr. vſu & habitat.

c. d. l. 1. §. cauere autem.

d. l. 5. huic ſtipulationi, aliàs l. hac ſtipulatione. in prin. h. tit.

e. d. l. 1. §. rectè autem & §. habet autem.

f. l. 3. in prin. h. tit.

g. d. l. 1. § habet autem.

h. d. l. 3. §. deſinere.

i. d. l. 1. § fin. cum l. 2. h. tit.

Rectè autem facient & hæres & legatarius, qualis ſit res, cùm frui incipit legatarius, ſi in teſtatum redigant, vt inde poſſit apparere an & quatenus rem peiorem legatarius fecerit [k].

k. d.l.1. §. rectè autem

III. Si tibi vſusfructus, & mihi proprietas legata ſit, mihi cauendum eſt, ſed ſi mihi ſub conditione legata ſit, & hæredi & mihi cauendum eſt: itemq; ſi mihi legata ſit, & cùm ad me pertinere deſierit alij, vtriq; cauendum eſt [l]: quòd ſi duobus coniunctim vſusfructus legatus ſit, & inuicem ſibi cauere debebunt, & hæredi in caſum illum, ſi ad ſocium non pertineat vſusfructus, hæredi reddi [m]: Si vſusfructus mihi legatus eſt, eumq; rogatus ſum Titio reſtituere, ſi quidem ſpem recuperandi habeo, ſi Titius eum amiſerit, Titius mihi, ego domino cauebo: quòd ſi Fideicommiſſarij cauſa mihi vſusfructus relictus eſt, nec vlla eſt ſpes ad me reuertendi fructus, rectà via Fideicommiſſarius, Domino cauebit [n].

l. l.8. ſi tibi. in prin. h.tit.

m. d l. ſi tibi §. fin. l. 6. ſi tibi decem §. fin. ſ. De vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum.

n. l.9. ſi vſusfructus mihi in prin. h.tit.

IIII. Si ſerui, qui nobis communis erat, vſumfructum tibi legauero, neceſſaria erit hæc cautio hæredi meo [o]: & ſi plures ſint domini proprietatis, vnuſquiſq; pro ſua parte ſtipulabitur [p]: planè ſi ex die proprietas legata ſit, vſusfructus purè, remittenda erit hæc cautio, quia certum eſt ad eum proprietatem, vel ad hæredem eius peruenturam [q]: quòd ſi vſusfructus repetitus erit legato, quotieſcunq; amiſſus fuerit, exceptio dabitur, ne iterum

o. l.10 ſi ſerui. h.tit.

p. d. l ſi vſusfructus mihi §. fin.

q. d. l. ſi vſusfructus mihi § planè

iterum cauere cogatur [r]: ſed etſi quis vſumfructum tibi legauerit, & ſub conditione ſi liberos habueris proprietatem, amiſſo vſufructu, committetur quidem ſtipulatio, ſed exceptio locum habebit [ſ].

V. Quòd ſi vſusfructus nomine, re tradita, ſatiſdatum non ſit, poteſt hæres rem nihilominùs vendicare, & ſi objiciatur exceptio de re vſusfructus nomine tradita, replicandum erit de obligatione reſtituendi: quia & ipſa cautio, durante vſufructu, condici poteſt [t]: Si hæres alienauerit proprietatem & poſtea amittatur vſusfructus, is ad quem peruenit, tempore quæſiti dominij, ſibi proſpicere alia cautione debet, quòd etſi non fecerit, ſicut alias dominus proprietatis, in rem actione experiri poteſt [u]: Si fructuarius proprietatem aſſecutus fuerit, deſinit quidem vſusfructus ad eum pertinere propter confuſionem, ſed ſi ex ſtipulatu cũ eo agitur, aut ipſo iure inutiliter agi dicendũ eſt, ſi boni viri arbitriũ hucuſq; porrigitur, aut in factum excipere debebit [x]

VI. Vſu ſinè fructu legato, adempta fructus cauſa, Prætor ſatiſdare iubet, vſurum nimirum boni viri arbitratu, & finito vſu reſtituturum quòd inde extabit: itemq; fructu ſinè vſu legato, aut habitatione vel operis hominis, aut alicuius animalis, legatis, vel reditu prædij, aut vindemia vel meſſe legatis, cautio præſtanda eſt, licèt per omnia hæc vſumfructum non imitentur [y]: Pecuniæ nomine cauetur in iſtos caſus, ſi moriatur vel capite minuatur [z].

r. d. l. 3. § ſi vſusfructus.

ſ. d. l. 3. § ſi vſusfructus. verſ ſed etſi quis.

t. l. 7. & ſi vſusfructus, aliàs l vſusfructus nomine. in prin. h. tit l. 5. hoc Senatuſconſultum. § ſi pecuniæ ſ. De vſuſr. ear. rer. quæ vſu conſum.

u. d. l. 3. § fin.

x. l. 4 ſi fructuarius. h. tit.

y. d. l. 5. huic ſtipulationi. aliàs. l. hac ſtipulatione. § ſed ſi vſus aliàs. § ſed etſi vſus & § fin. cum l ſeq. h. tit.

z. d. l. etſi vſusfructus §. fin. l. 9. in ſtipulatione. cum l. ſeq. ſ. De vſuſr. ear. quæ vſu conſumunt. & ibi dictum eſt, nu. 2 § conſtituitur. l. De vſufr.

VII. Si vaſorum vſusfructus relictus ſit, non erit cautio Senatusconſulti neceſſaria, ſed illa, boni viri arbitratu vſurum fruiturum: non enim traditione res eius fieri debent: ideoq; vaſa, cautione non data, vendicari poſſunt, quamuis condici non poſſint [a], & ipſa cautio conſtãte vſufructu, tantùm rectè condicatur [b]: veſtium vſufructu legato, quamuis hæres ſtipulatus ſit, finito vſufructu, veſtem reddi, non tamèn obligabitur promiſſor, ſi eam ſinè dolo malo attritam reddiderit [c].

a. *l. vlt. b. tit.*

b. *d. l. & ſi vſusfruct. us. in prin: d. l. hoc Senatusconſultum. §. ſi pecuniæ.*

c. *d. l. ſi vſusfructus. § ſi veſtis. l. 15. ſed ſi quid. aliàs. l. ſed etſi quid. §. etſi veſtimentorum. ſ. De vſufructu. & quemad. quis vtat. fruat.*

LIBER OCTAVVS.

Diſputat. I. Reſpond. Fridericus Daſypodius Menertsbagenſis.

De Seruitutibus: Tit. 1.

1.2.3.4.5. *Seruitus prædialis quid, & quomodò conſtituatur?*
6.7.8.9. *In conſtitutione quid operetur conſtituentis voluntas, aut pactio vel factũ?*
10. *Seruitus prædialis eſt vrbana aut ruſtica.*

I. SEruitutes igitur aut perſonarum ſunt, vt vſusfructus, vſus & habitatio &c. de quibus hactenus, aut rerum ſeu prædiorum, de quibus nunc tractandum [a]: Prædiales ſeu Reales appellamus ſeruitutes, quas in rebus ſeu prædijs alienis habemus, ratione prædiorum noſtrorum: ita videlicet alligata ſeruitute prædijs, vt vtrinq; cum prædijs alienetur, vel ad ſucceſſores transferatur, & ſemper qui prædium dominans habet, vſurpare ſeruitutem poſſit, qui prædium ſeruiens habet

a. *l. 1. b. tit.*

habet, pati ſeruitutem in ſuo fundo cogatur [b], etiamſi pignoris vel vectigalis iure fundum poſſideat [c].

II. Harum autem ſeruitutum prædialium, non ea natura eſt vt aliquid faciat quis, veluti viridaria tollat, aut amæniorem proſpectum præſtet, aut in hoc meo vel in ſuo pingat, ſed vt patiatur aut non faciat [d]: & ſinè prædijs hæ ſeruitutes neq; conſtitui nec conſiſtere poſſunt, nec quiſquam talem ſeruitutem acquirere vel habere vel debere poteſt, niſi qui prædium habeat [e]: vnde & illud eſt, quod vt pomum decerpere liceat, vt ſpaciari, vt cænare in alieno poſſimus, ſeruitus imponi non poſſit [f]: quamuis futuro ædificio ſeruitus imponi & aquæ nondum inuentæ ſeruitus acquiri poſſit [*].

III. Vnus quoq; ex dominis communium ædium, ſeruitutem imponere non poteſt [g]: nec pro parte dominij acquiri ſeruitus poteſt: ideoq; ſi quis fundum habens viam ſtipuletur, & partem fundi ſui poſteà alienet, corrumpit ſtipulationem, in eum caſum deducendo, a quo incipere non poſſet: pro parte quoq; neq; legari neq; adimi ſeruitus poteſt, & ſi id factum ſit, neq; legatum neq; ademptio valet [h], nec ſeruitutis pars deduci in obligationem poteſt, q̃a vſus ſeruitutũ indiuiduꝰ eſt: & ideò ſi ſtipulator deceſſerit, pluribus hæredibꝰ relictis, ſinguli ſolidã ſeruitutem, puta viæ petent, vel ſi promiſſor deceſſerit, à ſingulis hæredibus ſolida petitio eſt [i]: Ad certam tamen fundi par-

b. *l. 4. pecoris l. 6 veluti. § fin. l. 23. via conſtitui § ſi fũdus cũ ſeq. l. 34. vnus § fin. cũ l. ſeq. l. 30. cùm fundo. ff. De ſeruitut. prædio. ruſtico. l. 1. & l. 12. cùm fundus. ff. Commun. prædio. l. 3. iura prædiorum. ff. Quemad. ſeruitu. amitt. l. 1. § pen. ff. De aqua quotid. & æſtiua. l. 3. C. De ſeruitut. & aqua. § ideo. I. De ſeruitut. ruſt. & vrban. præd & vide ſ tit. De ſeruitut præd. ruſt. nu. 12. 13.*

c. *l. 16. ei qui pignori h tit.*

d. *l 15. quoties. § fin. h. tit.*

e. *d. § ideo I. De ſeruitut. ruſtico. & vrban. præd. l. 5. ergo. ff. ſeruitut. prædio. ruſt.*

f. *l. 5 vt pomum. in pr. h. t.*

**.* *l. 23. ſi ſeruitus impoſita § fin. ff. De ſeruitut. vrban. præd l 10. Labeo ff. De ſeruitut præd ruſt.*

g. *l. 2. h. tit. l. 11. per fundũ & l 19. ſi vnus. ff. De ſeruitut. præd. ruſt. l. 10 ſi quis per fundum. ff. De euict. & vide ff. De ſeruitut prædior. ruſt. nu. 9. & 10.*

h. *l. 11. pro. parte h. tit. & ſa. l. 3 ; ~ pro derelicto. l. 140. pluribus rebus § fin. ff. De verbo. oblig.*

i. *l. 17. viæ h. tit. d. l. pluribus rebus § fin.*

partem ſeruitus tam remitti, quam conſtitui poteſt [k]: & ſi prædium tuum mihi ſeruiat, ſiue ego partis prædij tui dominus eſſe cæpero, ſiue tu mei, in parte fundi ſeruitus retinetur, licet ab initio per partes acquiri non potuerit [l].

IIII. Sed & prædia vicina eſſe debent [m], nec locus intermedius, qui ſeruitutem impediat: vnde illud eſt, quòd publico loco interueniente vel via publica, hauſtus ſeruitus imponi poteſt, aquæductus non poteſt: à principe autem ſeu magiſtratu peti ſolet, vt per viam publicam aquam ducere ſinè incommodo publico liceat [n]: ſacri & religioſi loci interuentus, etiam itineris ſeruitutem impedit, quia ſeruitus per ea loca nulli deberi poteſt [o]: quanquàm ſeruitus itineris ad ſepulchrum in alieno loco priuato, priuati iuris manet, & ideò remitti domino fundi ſeruientis, & acquiri etiam poſt religionem ſepulchri hæc ſeruitus poteſt [p].

V. Item quoties nec hominum nec prædiorum ſeruitutes ſunt, quia nihil vicinorum intereſt, conſtitui non poſſunt, veluti ne per fundum tuum eas, ne ibi conſiſtas: & ideò ſi mihi concedas ius tibi non eſſe fundo tuo vti frui, nihil agitur, aliter atq; ſi concedas mihi ius tibi non eſſe in fundo tuo aquam quærere, minuendæ aquæ meæ gratia [q]: nam & vt voluptati tantum prædij noſtri commodetur ſeruitus conſtitui poteſt, veluti ſi aquam ducere non expediat, nihilominùs ea ſeruitus conſtitui.

k. l. 6. ad certam. h. tit.

l. d. l. vt pomum. § fin. l. 38. ſi quis ædes § ſi partem ſ. tit. prox. l. 32. fundus. & l. 34 vnus ex ſocijs. ſ. De ſeruit. præd. ruſt.

m. l. 12. ſed an viæ ſ. De pigno. & hypothec. l. 38 ſi ædes meæ cum ſeq. ſ. tit prox. l. 5. ergo ſ. De ſeruit. præd. ruſt.

n. l. 14. ſeruitutes prædiorum § publ co h. tit. l. 1. § permittitur ſ. De aqua quotid. & æſtiua.

o. d. l. ſeruitutes prædiorum § fin.

p. d. l. ſeruitutes prædiorum. § ſeruitus.

q. d. l. 15. quoties in prin. h. t.

tui poteſt, quia quædam habere poſſumus, quamuis ea nobis vtilia non ſint [r].

VI. Conſtitui & acquiri prædialis ſeruitus poteſt, ſicut perſonalis, non tantùm ex vltima voluntate: puta legato [s], ſed etiam contractibus, puta pactionibus & ſtipulationibus [t]: nam & ei fundo, quem quis vendit, ſeruitutem imponere poteſt [u]: ſed ſeruitute fortè empta, quia nulla eſt eiuſmodi iuris vacua traditio, ſi patiar te vti ſeruitute, vſus eius iuris pro traditione poſſeſſionis accipiendus eſt, ideoq; & interdicta velut poſſeſſoria conſtituta ſunt [x]: Ex conſtitutione verò ſeruitutis æſtimandum eſt, qualis ſit ſeruitus conſtituta: nam ſi tam anguſti loci demonſtratione facta, via conceſſa fuerit, vt neq; vehiculum neq; iumentum ea ire poſſit, iter magis quàm viam aut actum acquiſiuiſſe videbitur, ſed ſi iumentum ea duci poterit, non etiam vehiculum, actus videbitur acquiſitus [y].

VII. Si ſimpliciter via per fundum cuipiam cedatur vel relinquatur, in infinito per quamlibet eius partem ire agere licebit, ciuiliter modò: non enim per villam ipſam nec per medias vineas ire agere ſinendus eſt, cum idæquè per alteram partem facere poſſit minore ſeruientis fundi detrimento, & quà primùm viam direxit, eà demum ire agere debet, nec ampliùs mutandæ eius poteſtatem habebit, ſicut riuum primùm qualibet ducere licet, poſtquàm verò ductus eſt, transferre non licet [z]: ſed ſi iter legatum ſit, qua non niſi opere

r. *l. 19. ei fundo. h. tit.*

s. *l. 16. poteſt. ſ. commun. præd.*

t. *§ fin. I. De ſeruitut. ruſt. & vrbano prædio. l. 5. via in prin. h. tit.*

u. *d. l. ei fundo. h. tit.*

x. *l. vlt. h. tit. l. 3. § ſi iter. & l. 6. tenetur § ſi tibi. ſ. De act. empti & vend.*

y. *l. 13. ſi tam anguſti. h. tit.*

z. *l. 9. ſi cui h. tit. & concordat tex. in l. 13. certo generi § ſi totus. cum 2. ſeqq. ſ. De ſeruitut. præd ruſt.*

facto iri poſſit, licebit fodiendo ſubſtruendoq; iter facere [a].

VIII. Seruitutes autem hæ prædiales, ipſo quidem iure neq; ex tempore, neq; ad tempus, neq; ſub conditione, neq; ad certam vel incertam conditionem, veluti quàmdiu volent, conſtitui poſſunt, ſed tamen ſi hæc adijciantur, per pacti vel doli exceptionem occurretur, contra placita ſeruitutem vendicanti [b]: modus verò omnimodò ſeruitutibus adijci poteſt, veluti quo genere vehiculi vehatur, vel vt equo duntaxat, vel vt certum pondus vehatur, vel grex transducatur, aut carbo portetur [c]: interualla quoq; dierum & horarum conſtitui poſſunt [d], vt temporibus vſus ſeruitutum ſecernatur, fortè vt quis poſt horam tertiam in horam decimam eo iure vtatur, vel vt alternis diebus vtatur [e].

IX. Seruitutes porrò prædiorum, vt ait I. C. Paulus, etiamſi corporibus accedunt, incorporales tamen ſunt, & ideò vſucapi eas non poſſe receptum erat, vel ideò, quia tales ſunt ſeruitutes, vt non habeant certam continuamq; poſſeſſionem: nemo enim tam perpetuò tamq; continenter ire poteſt, vt nullo momento poſſeſſio eius interpellari videatur: idemq; & in ſeruitutibus prædiorum vrbanorum obſeruabatur [f]: ſed id poſteà ab Imperatore Iuſtiniano eſt immutatum [g]: Si aditione hæreditatis confuſa ſit ſeruitus, doli exceptio nocebit legatario, ſi non patiatur eas iterum imponi [h]: fundo quoq; municipum per ſeruum

a. l. 10. ſi iter. h. tit.

b. l. 4. in prin. h. tit. d. l. certo generi. in prin. ſ. De ſeruit. præd. ruſt. & eſt dictum ibi. nu. 8.

c. d. l. 4 § modus.

d. d. l. 4 § finali.

e. d. l. 5 via. § fin. h. tit.

f. l. 14 ſeruitutes prædiorum in prin. h. tit. l. 28. foramen. cum l. ſeq. De ſeruitut. vrbanor. prædior.

g. l. pen. & vlt. in prin. C. De ſeruitut. & aqua, l. vlt. in fine. C. De præſcript. longi temp. 10. vel 20 anno. & vide ſ. tit. Quemad. ſeruit. amit. nu. vlt. dixi etiam ad tit ſeq. nu. 15.

h. l. 18. in omnibus. h. tit.

num rectè ſeruitus acquiritur [i].

X. Conſiſtunt autem ſeruitutes prædiorum [k] aliæ in ſolo, aliæ in ſuperficie [k]: vnde & vrbanas vel ruſticas, aut vrbanorum vel ruſticorum prædiorum eas eſſe eodem ſenſu dicimus [l]: Vrbana enim ſeruitus eſt, quam quis habet ratione vrbani ſui prædij: quippe cùm ædificia omnia vrbana prædia appellemus, & ſi in villa poſita ſint [m]: Ruſtica eſt, quàm occaſione ruſtici ſui prædij, quis habet: vtpote cùm fundos, agros, vineas &c. ruſtica prædia vocemus [n]. Sed de ſeruitutibus prædiorum vrbanorum priùs videndum.

i. l 12 non dubito h. tit.

k. l.3.h.tit.

l. § fin. I De reb. corp & incorp §. prædiorum. & 2. ſeqq. I De ſeruit. ruſt. & vrban. præd. itemq́; in rubr. 2. tit. ſeqq & per tot.

m. d §. prædiorum. l. 18. ſi ædes meæ. cum ſeq. ſ. tit. prox. l.1 in prin & l 12. cùm fundus. ſ. commu prædio. l. 198 vrbana p ædia. ſ. De verb. ſignif.

n. § ideò autem & § fin. I. De ſeruitut. ruſt & vrbanor. prædio l.13. certo generi. in prin. & l.32. via conſtitui. §. ſi lacus. cum ſeqq ſ. De ſeruit. præd ruſt. & d.l. vrbana prædia.

De Seruitutibus prædiorum vrbanorum: Tit. 2.

1. Species ſeruitutum vrbanarum.
2.3. Quomodò iure ſeruitutis vel extra ſeruitutē altiùs tolli ædes poſſint vel nō?
4.5.6. Ius luminum, & ne luminibus, vel proſpectui officiatur.
7.8.9. Ius ſtillicidij immittendi quale ſit?
10. Ius immittendi, itineris, & oneris ferendi quale ſit?
11. In tradenda re quomodo ſeruitus rectè conſtituatur?
12.13.14. Iure communionis vel proprietatis quatenus alteri incommodare liceat?
15.16. Seruitutes hæ vrbanæ quomodò retineantur, vel amittantur, vel alioqui impediantur?

I. VRbanorum igitur prædiorum iura talia ſunt altiùs tollendi & officiendi luminibus vicini, aut non tollendi, itē ſtillicidium vel flumē auertendi in tectū vel aream vicini, aut non auertendi, item im̄ittendi tigna in parietem vicini, proijciendi, protegendiuè, non officiendi proſpectui aut luminibus [a],

a. l.1 2. & 3. l 20 ſeruitutes § ſtillicidium. cum l.28. foramen. h. tit.

cundi

eundi per aream alterius [b], fiſtulas habendi, aquæ ducendæ cauſa [c], foraminis habendi, prolucendi pauimenti cauſa [d], oneris ferendi [e], cloacæ immittendæ [f]: atq; hæc quidem ſingula ex ſua proprietate, vel conſtitutionis ratione, certam habent obſeruationem [g].

II. Qui ius altiùs tollendi habet, vel cuius ædes iure altiùs non tollendi, aut luminibus non officiendi alteri non ſeruiunt, is ſi altius tollendo vicini ædes obſcurauerit, hoc nomine non tenetur [h], & in area, quæ nulli ſeruitutem debet, poteſt dominus vel alius voluntate eius ædificare, intermiſſo legitimo ſpacio a vicina inſula [i]: Si ex tribus ædibus in loco impari poſitis ædes meæ ſuperioribus ſeruiant, inferiores autem nullis ſeruiant, & paries communis, qui ſit inter ædes inferiores & medias, altiùs a domino ædium inferiorum ſublatus ſit, iure altius habebit [k]: & cuius ædificium iure ſuperius eſt, eius eſt in infinito ſuper ſuum ædificium imponere, dummodo inferiora ædificia non grauiore ſeruitute oneret, quàm pati debent [l].

III. Quod ſi ædificia, ne altiùs tollantur, patiantur ſeruitutem, viridaria tamen ſuprà eam altitudinem haberi poſſunt. at ſi de proſpectu eſt, eaq; obſtatura ſunt, non poſſunt [m]: ſed ſi inter te & vicinum tuum non conuênit, ad quam altitudinem extolli ædificia, quæ facere inſtituiſti, oporteat, arbitrum accipere poteris [n]: illud etiam cùm ad cæteras ſeruitutes, tum vero ad ſeruitutem altiùs tollendi vel non

b. d. l. ſeruitutes. § ſi domo.
c. l. 18. ſi fiſtulæ. h. tit.
d. d. l. foramen
e. l. 33 eum debere h. tit.
f. l. 7. ius cloacæ ſ. tit. prox.
g. l. 9. ſi cui. l. 10 ſi iter & l. 13. ſi tam anguſti. ſ. tit. prox.
h. l. 9. cum eo. h. tit.
i. l. 14 imperatores h. tit.
k. l. 25. hoc quod dictum §. fin. h. tit.
l. l. 24 cuius ædificium. h. t.
m. l. 12. ædificia. h. tit.
n. l. 11. qui luminibus §. fin. h. tit.

non tollendi, proſpiciendi vel non proſpiciendi maximè pertinet, quòd ſi ædes meæ à tuis tantum diſtent, vt proſpici non poſſint, aut medius mons earum conſpectum auferat, ſeruitus imponi non poſſit. nemo enim ſuis ædificijs ſeruitutem imponere poteſt, niſi & is qui cedit, & is cui ceditur, in conſpectu habeant ea ædificia, ita vt officere alterum alteri poſſit [o].

IIII. Luminum ſeruitute conſtituta, id acquiſitum videtur, vt vicinus lumina noſtra excipiat: cùm autem ſeruitus imponitur, ne luminibus officiatur, hoc maximè adepti videmur, ne ius ſit vicino, inuitis nobis altiùs ædificare, atq; ita minuere lumina ædificiorum noſtrorum [p]: inuitumq; accipere debemus, non ſolùm eum, qui contradicit, ſed eum quoq; qui non conſentit, vt infans & furioſus, quia non ad factum, ſed ad ius ſeruitutis hoc refertur [q]: inter ſeruitutes quoq; ne luminibus officiatur & ne proſpectui officiatur, aliud & aliud obſeruatur, quòd in proſpectu plus quis habet, ne quid officiatur ei ad gratiorem proſpectum & liberum: in luminibus autem ne lumina cuiuſquàm obſcuriora fiant: quodcunq; igitur faciat ad luminis impedimentum prohiberi poteſt, opuſq; nouum nunciari poteſt [r].

V: Lumen verò eſt vt cœlum videatur, atq; inter proſpectum & lumen hoc intereſt, quòd proſpectus etiam ex inferioribus ſit, lumen ex inferiori loco eſſe non poteſt [ſ]: ſi arborem

o. *l. 38. ſi ædes meæ. cum l. 39. nemo enim. h. tit.*

p. *l. 4. luminum. h. tit.*

q. *l. 5. inuitum. h. tit.*

r. *l. 15. inter ſeruitutes. h. t.*

ſ. *l. 16. lumen. h. tit.*

ponat vt lumini officiat, non ſecus ac ædibus poſitis, contrà impoſitam ſeruitutem factum erit [t]: ſi tamen id quod ponitur, lumen quidem nihil impediat, ſolem autem auferat, ſiquidem eo loci, quo gratum erat eum non eſſe, nihil contra ſeruitutem factum erit: ſin verò heliocamino vel ſolario ſol auferatur, vbi erat neceſſarius, contrà ſeruitutem factum erit: ſecus eſt ſi deponat ædificium vel arboris ramos, quia plus æquo luminis facit, niſi fortè κατ᾽ ἀντανάκλασιν vel preſſura quadā lumen in ædes deuoluatur [u].

t. *l.17. ſi arborem. in prin. & d.l. luminum. h. tit.*

u. *d. l. ſi arborem. in prin. verſ. ſi tamen. & §. ſeq.*

VI. Si ſeruitus impoſita fuerit, lumina, quæ nunc ſunt, vt ita ſint, de futuris luminibus nihil caueri videtur: quod ſi ita ſit cautum, ne luminibus officiatur, humanius eſt, verbo generali omne lumen ſignificari, ſiue quod in præſenti ſit, ſiue quod poſt tempus conuentionis contigerit [x]: ſi teſtamento damnatus hæres ne officeret vicini luminibus ſeruitutemq́, præſtaret, depoſuit ædificium, concedenda erit legatario vtilis actio, qua prohibeatur hæres, ſi poſteà extollere ſuprà priorem modum ædificium conabitur [y]: forma enim & ſtatus antiquorum ædificiorum in tali ſeruitute ſeruari debet [z]: qui autem ius luminis non habuerunt, aperto pariete communi, nullo iure feneſtras immittunt [a].

x. *l.23. ſi ſeruitus in prin. h. tit. & fa. tex in l.35. cùm in lege. ſ. De contrah. empt.*

y. *l.31. ſi teſtamento h. tit.*

z. *d.l.11. qui luminibus. in prin. h. tit.*

a. *l.40. eos qui ius. h. tit.*

VII. Hæc lex traditionis, ſtillicidia vti nunc ſunt, vt ita ſint, hoc ſignificat, impoſitam vicinis neceſſitatem ſtillicidiorum excipiendorum, non illud, vt etiam emptor ſuſcipiat

piat ſtillicidia ædificiorum vicinorum: venditor itaq; qui ita paciſcitur, intendit ſibi quidem ſtillicidiorum ſeruitutem deberi, ſe autem nulli debere b: & quæ de ſtillicidio ſcripta ſunt, etiam in cæteris ſeruitutibus accipienda erunt, ſi in contrarium nihil nominatum actum eſt c.

b. d. l. ſi arborem. § hæc lex.

c. d. l. ſi arborem. § fin.

VIII. Si ſublatum ſit ædificium, ex quo ſtillicidium cadit, vt eadem ſpecie & qualitate reponatur, idem intelligetur ſeruituſq; retinebitur d: domino autem ſeruientis areæ, non licet ibi ædificare, vbi caſitare ſtillicidium cœperit, & è contra ſi antea ex tegula caſitauerit ſtillicidium, poſtea ex tabulato vel ex alia materia caſitare non poteſt e: altiùs tamen tolli poteſt, quia leuior fit ſeruitus, inferius demitti non poteſt, ne flumen pro ſtillicidio veniat: eadem cauſa retroduci poteſt, produci non poteſt: & omnino ſciendum eſt, meliorem vicini conditionem fieri poſſe, deteriorem non poſſe, niſi aliud nominatim in ſeruitute imponenda conuenit f.

d. d. l. 20. ſeruitutes. § ſi ſublatum.

e. d. l. ſeruitutes. § ſi ſeruitus.

f. d. l. ſeruitutes § ſtillicidium.

IX. Qui in area, in qua ſtillicidium cadit, ædificat, vſq; ad eum locum perducere ædificium poteſt, vbi ſtillicidium cadit: ſed etſi in ædificio cadit ſtillicidium, ſuprà ædificare ei conceditur, dum tamen ſtillicidium rectè recipiatur g: ſi domus tua ædificijs meis vtramq; ſeruitutem deberet, ne altius tolleretur, & vt ſtillicidiũ ædificiorum meorũ reciperet, & tibi cõceſſero ius eſſe, inuito me altiùs tollere ædificia tua, quod ad ſtillicidiũ meũ attinet, ſic ſtatui debebit, vt ſi altiꝰ

g. d. l. ſeruitutes. § fin.

ſublatis ædificijs tuis, ſtillicidia mea cadere in ea non poſſint, ea ratione altiùs tibi ædificare non liceat: ſed ſi non impediantur ſtillicidia mea, liceat tibi altiùs tollere [h]: ſi fiſtulæ, per quas aquam ducis, ædibus meis applicatæ, damnum mihi dent, in factum actio mihi competit, itemq́, damni infecti à te ſtipulari potero [i].

X. Seruitus immittendi locum habet ex ædificio alio in aliud. nam & aliter ſuper alienum ædificium ſuperiùs habere nemo poteſt [k]: ſi domo mea altior tua area ſit, tuq́; mihi per aream tuam in domum meam ire conceſſiſti, nec ex plano aditus ad domum meam per aream tuam ſit, vel gradus vel cliuos propiùs ianuam meam iure facere poſſum, dum ne quid vltrà, quàm quod neceſſe eſt, itineris cauſa demoliar [l]: ſi oneris ferendi ſeruitus impoſita ſit, is columnam reſtituere debebit, cuius ſunt ædes ſeruientes: nam cùm ita lege ædium ſcriptum eſt, paries oneri ferundo, vti nunc eſt, ita ſit, ſatis apertè videtur ſignificari, vt eiuſmodi paries in perpetuum ſit [m]: ſed & reficere parietem aut columnam, ad proprietarium non ad fructuarium pertinebit [n].

XI. Qui duas areas habet, alteram tradendo, ſeruam alteri efficere poteſt [o]: ſi binarum ædium dominus dixerit, eas quas vendit ſeruas fore, melius eſt, in tradendis ædibus ſpeciem ſeruitutis exprimi, ne ſi generaliter ſeruire dictum erit, aut nihil valere videatur, quia incertum ſit, quæ ſeruitus excepta ſit, aut omnis:

h. *l. 21. ſi domus tua. h. t.*

i. *d. l. 18. ſi fiſtulæ h. tit.*

k. *l. 25. hoc quod dictū. h. t.*

l. *d. l ſeruitutes § ſi domo.*

m. *l. 33. eam debere. h tit. l 6. & ſi fortè. § etiam ſi ſeruitus rend vbi dictum eſt. nu. 7. & 8.*

n. *l. 1. § fin. h. tit.*

o. *l. 34 & qui duas, h tit*

mnis ſeruitus imponi debere videatur [p]: ſi tamen in traditione ſeruitutem non expreſſerit, vel ex vendito agere poterit, vel incertum condicere [q]: ſed ſi duæ ædes vna contignatione tectæ, duobus legentur aut cedantur, non cenſebitur ſeruitus conſtituta, ſed magis placet tignum duorum eſſe, ita vt certæ partes ſint contignationis, & ex regione cuiuſq; domini tigna eſſe cenſeantur [r].

XII. Sed & in re communi nemo dominorum iure ſeruitutis neq; facere quicquam poteſt inuito altero, neq; prohibere quo minùs faciat, quia nulli res ſua ſeruit: itaq; propter immenſas contentiones plerumq; res ad diuiſionem peruenit: per communi diuidundo actionem tamen conſequi ſocius poteſt, quo minus opus fiat, aut vt id quod fecit tollat, ſi modo ſocietati prodeſt, opus tolli [ſ]: incruſtare tamen parietem communem licet, ſicut & precioſiſſimas picturas in ea habere: cæterum ſi à vicino demolitus ſit, & ex ſtipulatu de damno infecto agatur, non pluris quàm vulgaria tectoria æſtimari debent [t]: ſed & iuxta communem parietem cameram ex figulino opere factam habere licet, ſi modò ita habeatur, vt etiam ſublato pariete, maneat, & refectionem eius non impediat [u]: ſcalas quoq; ad communem parietem habere licet [x].

XIII. Fiſtulam iunctam parieti communi, quæ ex caſtello aut ex cœlo aquam capit, habere non licet, balneum habere licet: ſed rurſus tepidarium, cuius talis ſit vſus vt aſſiduum humo-

p. *l. 7. in tradendis. in pr. ꝟ. com. præd.*

q. *l. 35. ſi binarum. h. tit. & fa. tex. in l. 22. ſed & ſi me. aliàs ſed ſi me. ꝟ. De condict. indeb. l. 8. ſi tibi liberum ꝟ. De act. empti.*

r. *l. 36. binas. cum l. ſeq. h. t.*

ſ. *l. 8. parietem l. 13. quidam in prin. l. 19 ſi fiſtulas. in prin. & l. 26. in re communi h. tit. l. 28. Sabinus. ꝟ. Com. diuid.*

t. *d. l. quidam § fin.*

u. *d. l. fiſtulam § iuxta.*

x. *d. l. ſi fiſtulam § fin.*

tamen immittendi, protegendi, proijciendi, item fluminum & ſtillicidiorum ſeruitutem, quia cœlum, quod ſupra ſolum publicum vel viam publicam intercedit, liberum eſſe debet [o].

o. *d.l.1.in prin.h.tit.l. vlt. in prin j .tit prox.*

De Seruitutibus ruſticorum prædiorum: Tit. 3.

1.2.3 4.5. *Seruitutes ruſticæ quæ, & quæ ſit ratio itineris, actus, viæ, aquæductus, aquæhauſtus, pecoris paſcendi &c.*
6.7.8. *Si duæ ſeruitutes competant, vel duo fundi iuncti ſint?*
9.10.11. *Quæ ſit ratio ſeruitutis in prædijs communibus?*
12 13. *Seruitus quomodò cum prædio transferatur, vel prædium ſeruiens grauet?*

I. Seruitutes ruſticorum prædiorum ſunt hæ, iter, actus, via, aquæductus [a], aquæhauſtus, pecoris ad aquam appulſus, ius paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, aliæq; ſimiles [b]: Iter eſt ius eundi ambulandi hominis, non etiam iumentū agendi vel vehiculum [c], attamen qui ſella vel lectica portatur ire non agere dicitur [d], & iter eſt quà quis pedes vel eques commeare poteſt [e]: Actus eſt ius agendi vel iumentum vel vehiculum: itaq; qui iter habet actum non habet, qui actum, & iter habet & ſinè iumento [f], & qui actum habet, plauſtrum etiam ducere & iumenta agere poteſt, non tamen lapides aut ligna trahere [g]: viæ autem ratione non ſolùm ius vehendi, ſed & eundi & agendi & ambulandi competit, quia & iter & actum via in ſe continet [h], & quia viam habet, etiam lapides & ligna trahere atq;

a. *l.1.in prin.h.tit.& concordat. tex.in prin. tit.I De ſeruitut.ruſtico.& vrbanor. prædio.*
b. *d.l.1 §, in ruſticis. §. inter ruſticorum. I. De ſeruitut.ruſt.& vrban. præd.*
c. *d.l. 1 in prin. verſ. iter & d. prin tit.verſ.iter. I. De ſeruitut. ruſt. & vrbano. prædior.*
d. *l.7.qui ſella. in prin. h.tit.*
e. *l 12 inter actum. h. tit.*
f. *d.l.1.in prin. verſ actus cum verſ. ſeq & d. prin.tit. verſ.actus, cum verſ.ſeq.*
g. *d.l. qui ſella.in prin. & d l.inter actum*
h. *d.l 1 in prin. verſ.via. & d prin tit. verſ via.*

re, atq; ita onuſtum plauſtrum ducere poteſt, [i] vt erecta ferri haſta poſſit, ſi modo fructus non lædat [k].

II. Aquæductus eſt ius aquam ducendi per fundum alienum [k]: aquæ quoq; hauriendæ ius non hominis ſed prædij eſt [l], niſi vſus aquæ ſingulariter perſonæ relictus fuerit [m]: poteſt autem aquæductus & aquæhauſtus per eundem locum etiam pluribus concedi, vt diuerſis diebus vel horis aqua ducatur, vel hauriatur, aut iiſdem diebus vel horis, ſi aqua ſufficiens eſt [n]: cui aquæhauſtus conceſſus eſt, ei iter quoq; conceſſum intelligitur, & è contra ſi iter ad fontem conceſſum ſit, aquæhauſtus quoq; conceſſus intelligitur, quamuis ad flumen publicum priuatus iter tantum rectè concedat, & hauſtum tantùm concedendo nihil agat [o]: vtpote cùm magiſtratus vel princeps id tantùm permittat [p]: & quidem non aliter quàm ſine iniuria alterius [q]: duciturq; de flumine publico ad irrigandos agros aqua, pro modo poſſeſſionum, niſi plus datum ſit [r].

III. Ex lacu & ſtagno aquæductum concedi non poſſe, receptum erat [ſ], ſed poſteà ex quocunq; loco ſeruitus aquæducendæ vel hauriendæ conſtitui conſueuit [t]: quin & ita ſeruitus rectè conſtituitur, vt aquam quærere & inuentam ducere liceat [u]: ei verò cui iter ſeu ductus aquæ quotidianæ vel æſtiuæ, vel quæ interualla longiora habeat, per alienum fundum competit, licet fiſtulam ſuam vel fictilem vel cuiuslibet generis in riuo po-

i. d. l. qui ſ. ll. § qui viã.
k. d. l. cum p. in verſ. aquæductus & d. pr. in verſ. vlt.
l. l. 20. ſi vn. i. § fin. h. tit.
m. l. 37. Lucius. h. tit. l. 14. Mela ait. § quidam libertis. & § fin. ſ. De aliment. & cibar. legat.
n. l. 2. § 1. & § vlt. h. tit.
o. l. 3. § qui habet. cum § fin. h. tit.
p. l. 14. ſeruitutes. § publico ſ. De ſeruitutibus. & concordat. l. 1. § permittitur ſ. De aqua quotid. & æſtiua.
q. l. 17. Imperatores § fin. h. tit.
r. d. l. Imperatores. in prin.
ſ. l. 28. foramen. verſ. omnes autem & verſ. ſeq. ſ. De ſeruit. præd. vrban.
t. l. 9. ſeruitus h. tit.
u. l. 10. Labeo h. tit. l. vlt. ſ. Si ſeruit. vend. & ſ. tex. in l. 23. ſi ſeruitus impoſita. § fin. ſ. De ſeruit. præd. vrban.

 nere

VII. Si vaſorum vſusfructus relictus ſit, non erit cautio Senatusconſulti neceſſaria, ſed illa, boni viri arbitratu vſurum fruiturum: non enim traditione res eius fieri debent: ideoq; vaſa, cautione non data, vendicari poſſunt, quamuis condici non poſſint [a], & ipſa cautio conſtāte vſufructu, tantùm rectè condicatur [b]: veſtium vſufructu legato, quamuis hæres ſtipulatus ſit, finito vſufructu, veſtem reddi, non tamèn obligabitur promiſſor, ſi eam ſinè dolo malo attritam reddiderit [c].

a. l. vlt. b. tit.

b. d. l. & ſi vſusfruct. us. in prin: d. l. hoc Senatuſconſultum. § ſi pecuniæ.

c. d. l. ſi vſusfructus. § ſi veſtis. l. 15. ſed ſi quid. alias. l. ſed etſi quid. §. etſi veſtimentorum. ſ. De vſufructu. & quemad. quis vtat. fruat.

LIBER OCTAVVS.

Diſputat. I. Reſpond. Fridericus Daſypodius Menertshagenſis.

De Seruitutibus: Tit. I.

1. 2. 3. 4. 5. *Seruitus prædialis quid, & quomodò conſtituatur?*
6. 7. 8. 9. *In conſtitutione quid operetur conſtituentis voluntas, aut pactio vel factū?*
10. *Seruitus prædialis eſt vrbana aut ruſtica.*

I. SEruitutes igitur aut perſonarum ſunt, vt vſusfructus, vſus & habitatio &c. de quibus hactenus, aut rerum ſeu prædiorum, de quibus nunc tractandum [a]: Prædiales ſeu Reales appellamus ſeruitutes, quas in rebus ſeu prædijs alienis habemus, ratione prædiorum noſtrorum: ita videlicet alligata ſeruitute prædijs, vt vtrinq; cum prædijs alienetur, vel ad ſucceſſores transferatur, & ſemper qui prædium dominans habet, vſurpare ſeruitutem poſſit, qui prædium ſeruiens habet

a. l. 1. b. tit.

habet, pati ſeruitutem in ſuo fundo cogatur [b], etiamſi pignoris vel vectigalis iure fundum poſſideat [c].

II. Harum autem ſeruitutum prædialium, non ea natura eſt vt aliquid faciat quis, veluti viridaria tollat, aut amæniorem proſpectum præſtet, aut in hoc meo vel in ſuo pingat, ſed vt patiatur aut non faciat [d]: & ſinè prædijs hæ ſeruitutes neq; conſtitui nec conſiſtere poſſunt, nec quiſquam talem ſeruitutem acquirere vel habere vel debere poteſt, niſi qui prædium habeat [e]: vnde & illud eſt, quod vt pomum decerpere liceat, vt ſpaciari, vt cænare in alieno poſſimus, ſeruitus imponi non poſſit [f]: quamuis futuro ædificio ſeruitus imponi &, aquæ nondum inuentæ ſeruitus acquiri poſſit [*].

III. Vnus quoq; ex dominis communium ædium, ſeruitutem imponere non poteſt [g]: nec pro parte dominij acquiri ſeruitus poteſt: ideoq; ſi quis fundum habens viam ſtipuletur, & partem fundi ſui poſteà alienet, corrumpit ſtipulationem, in eum caſum deducendo, à quo incipere non poſſet: pro parte quoq; neq, legari neq; adimi ſeruitus poteſt, & ſi id factum ſit, neq; legatum neq; ademptio valet [h], nec ſeruitutis pars deduci in obligationem poteſt, q̃a vſus ſeruitutũ indiuidu9 eſt: & ideo ſi ſtipulator deceſſerit, pluribus hæredib9 relictis, ſinguli ſolidã ſeruitutem, puta viæ petent, vel ſi promiſſor deceſſerit, à ſingulis hæredibus ſolida petitio eſt [i]: Ad certam tamen fundi par-

b. l. 4. pecoris l. 6 veluti. §. fin. l. 23. via conſtitui § ſi fũdus cũ ſeq. l. 34. vnus §. fin. cũ l. ſeq. l. 36. cùm fundo. ſ. De ſeruitut. prædio. ruſtico. l. 1. & l. 12. cùm fundus. ſ. Commun. prædio. l. 3. iura prædiorum. ſ. Quemad. ſeruitu. amitt. l. 1. §. pen. ſ. De aqua quotid. & æſtiua. l. 3. C. De ſeruitut. & aqua. §. ideo. I. De ſeruitut. ruſt. & vrban. præd & vide ſ tit. De ſeruitut præd. ruſt. nu. 12. 13.

c. l. 16. ei qui pignori h. tit.

d. l. 15. quoties. § fin. h. tit.

e. d. § ideo I. De ſeruitut. ruſtico. & vrban. præd. l. 5. ergo. ſ. ſeruitut. prædio. ruſt.

f. l. 8 vt pomum. in pr. h. t.

*. l. 23. ſi ſeruitus impoſita § fin. ſ. De ſeruitut. vrban. præd l. 10. Labeo ſ. De ſeruitut præd. ruſt.

g. l. 2 h tit. l. 11. per fundũ & l. 19. ſi vnus. ſ. De ſeruitut. præd. ruſt. l. 10 ſi quis per fundum. ſ. De euict. & vide ſ. De ſeruitut prædior. ruſt. nu. 9. & 10.

h. l. 11. pro. parte h. tit. & ſa. l. 3. ſ. pro de relicto. l. 140. pluribus rebus § fin ſ. De verbo. oblig.

i. l. 17. viæ h. tit. d. l. pluribus rebus § fin.

partem ſeruitus tam remitti, quàm conſtitui poteſt [k]: & ſi prædium tuum mihi ſeruiat, ſiue ego partis prædij tui dominus eſſe cæpero, ſiue tu mei, in parte fundi ſeruitus retinetur, licet ab initio per partes acquiri non potuerit [l].

IIII. Sed & prædia vicina eſſe debent [m], nec locus intermedius, qui ſeruitutem impediat: vnde illud eſt, quòd publico loco interueniente vel via publica, hauſtus ſeruitus imponi poteſt, aquæductus non poteſt: à principe autem ſeu magiſtratu peti ſolet, vt per viam publicam aquam ducere ſinè incommodo publico liceat [n]: ſacri & religioſi loci interuentus, etiam itineris ſeruitutem impedit, quia ſeruitus per ea loca nulli deberi poteſt [o]: quanquàm ſeruitus itineris ad ſepulchrum in alieno loco priuato, priuati iuris manet, & ideò remitti domino fundi ſeruientis, & acquiri etiam poſt religionem ſepulchri hæc ſeruitus poteſt [p].

V. Item quoties nec hominum nec prædiorum ſeruitutes ſunt, quia nihil vicinorum intereſt, conſtitui non poſſunt, veluti ne per fundum tuum eas, ne ibi conſiſtas: & ideò ſi mihi concedas ius tibi non eſſe fundo tuo vti frui, nihil agitur, aliter atq; ſi concedas mihi ius tibi non eſſe in fundo tuo aquam quærere, minuendæ aquæ meæ gratia [q]: nam & vt voluptati tantum prædij noſtri commodetur ſeruitus conſtitui poteſt, veluti ſi aquam ducere non expediat, nihilominùs ea ſeruitus conſtitui.

k. *l. 6. ad certam. h. tit.*

l. *d. l. vt pomum. § fin. l. 38. ſi quis ædes § ſi partem ſ. tit. prox. l. 32. fundus. & l. 34 vnus ex ſocijs. ſ. De ſeruit. præd. ruſt.*

m. *l. 12. ſed an viæ ſ. De pigno. & hypothec. l. 38 ſi ædes meæ. cum ſeq. ſ. tit prox. l. 5. ergo ſ. De ſeruit. præd. ruſt.*

n. *l. 14. ſeruitutes prædiorum § publico h. tit. l. 1. § permittitur ſ. De aqua quotid. & æſtiua.*

o *d. l. ſeruitutes prædiorum § fin.*

p *d. l. ſeruitutes prædiorum. § ſeruitus.*

q. *d. l. 15. quoties in prin. h. t.*

tui poteſt, quia quædam habere poſſumus, quamuis ea nobis vtilia non ſint [r].

VI. Conſtitui & acquiri prædialis ſeruitus poteſt, ſicut perſonalis, non tantùm ex vltima voluntate: puta legato [ſ], ſed etiam contractibus, puta pactionibus & ſtipulationibus [t]: nam & ei fundo, quem quis vendit, ſeruitutem imponere poteſt [u]: ſed ſeruitute fortè empta, quia nulla eſt eiuſmodi iuris vacua traditio, ſi patiar te vti ſeruitute, vſus eius iuris pro traditione poſſeſſionis accipiendus eſt, ideoq; & interdicta velut poſſeſſoria conſtituta ſunt [x]: Ex conſtitutione verò ſeruitutis æſtimandum eſt, qualis ſit ſeruitus conſtituta: nam ſi tam anguſti loci demonſtratione facta, via conceſſa fuerit, vt neq; vehiculum neq; iumentum ea ire poſſit, iter magis quàm viam aut actum acquiſiuiſſe videbitur, ſed ſi iumentum ea duci poterit, non etiam vehiculum, actus videbitur acquiſitus [y].

VII. Si ſimpliciter via per fundum cuipiam cedatur vel relinquatur, in infinito per quamlibet eius partem ire agere licebit, ciuiliter modò: non enim per villam ipſam nec per medias vineas ire agere ſinendus eſt, cum idæquè per alteram partem facere poſſit minore ſeruientis fundi detrimento, & quà primùm viam direxit, eà demum ire agere debet, nec ampliùs mutandæ eius poteſtatem habebit, ſicut riuum primùm qualibet ducere licet, poſtquàm verò ductus eſt, transferre non licet [z]: ſed ſi iter legatum ſit, qua non niſi opere

r. *l. 19. ei fundo. h. tit.*

ſ. *l. 16. poteſt. ff. commun. præd.*

t. *§ fin. l. De ſeruitut ruſt. & vrbano prædio. l. 5. via in prin. h. tit.*

u. *d. l. ei fundo. h. tit.*

x. *l. vlt. h. tit. l. 3. § ſi iter. & l. 6. tenetur § ſi tibi. ff. De act empti & vend.*

y. *l. 13. ſi tam anguſti. h. tit.*

z. *l. 9. ſi cui h. tit. & concordat tex. in l. 13. certo generi §. ſi totus. cum 2. ſeqq. ff. De ſeruitut. præd ruſt.*

facto iri poſſit, licebit fodiendo ſubſtruendoq; iter facere [a].

VIII. Seruitutes autem hæ prædiales, ipſo quidem iure neq; ex tempore, neq; ad tempus, neq; ſub conditione, neq; ad certam vel incertam conditionem, veluti quàmdiu volent, conſtitui poſſunt, ſed tamen ſi hæc adijciantur, per pacti vel doli exceptionem occurretur, contra placita ſeruitutem vendicanti [b]: modus verò omnimodò ſeruitutibus adijci poteſt, veluti quo genere vehiculi vehatur, vel vt equo duntaxat, vel vt certum pondus vehatur, vel grex transducatur, aut carbo portetur [c]: interualla quoq; dierum & horarum conſtitui poſſunt [d], vt temporibus vſus ſeruitutum ſecernatur, forte vt quis poſt horam tertiam in horam decimam eo iure vtatur, vel vt alternis diebus vtatur [e].

IX. Seruitutes porrò prædiorum, vt ait I. C. Paulus, etiamſi corporibus accedunt, incorporales tamen ſunt, & ideò vſucapi eas non poſſe receptum erat, vel ideò, quia tales ſunt ſeruitutes, vt non habeant certam continuamq; poſſeſſionem: nemo enim tam perpetuò tamq; continenter ire poteſt, vt nullo momento poſſeſſio eius interpellari videatur: idemq; & in ſeruitutibus prædiorum vrbanorum obſeruabatur [f]: ſed id poſteà ab Imperatore Iuſtiniano eſt immutatum [g]: Si aditione hæreditatis confuſa ſit ſeruitus, doli exceptio nocebit legatario, ſi non patiatur eas iterum imponi [h]: fundo quoq; municipum per ſeruum

a. *l. 10. ſi iter. h. tit.*

b. *l. 4. in prin. h. tit. d. l. certo generi in prin. ſ. De ſeruit. præd. ruſt. & eſt dictum ibi. nu. 8.*

c. *d. l. 4. § modus.*

d. *d. l. 4. § finali.*

e. *d. l. 5. via. § fin. h. tit.*

f. *l. 14. ſeruitutes prædiorum in prin. h. tit. l. 28. foramen. cum l. ſeq. De ſeruitut. vrbanor. prædior.*

g. *l. pen. & vlt. in prin. C. De ſeruitut. & aqua, l. vlt. in fine. C. De præſcript. longi temp. 10. vel 20 anno. & vide ſ. tit. Quemad ſeruit. amitt. nu. vlt. dixi etiam ad tit ſeq. nu. 15.*

h. *l. 18. in omnibus. h. tit.*

num rectè ſeruitus acquiritur [i].

X. Conſiſtunt autem ſeruitutes prædiorum aliæ in ſolo, aliæ in ſuperficie [k]: vnde & vrbanas vel ruſticas, aut vrbanorum vel ruſticorum prædiorum eas eſſe eodem ſenſu dicimus [l]: Vrbana enim ſeruitus eſt, quam quis habet ratione vrbani ſui prædij: quippe cùm ædificia omnia vrbana prædia appellemus, & ſi in villa poſita ſint [m]: Ruſtica eſt, quàm occaſione ruſtici ſui prædij, quis habet: vtpote cùm fundos, agros, vineas &c. ruſtica prædia vocemus [n]. Sed de ſeruitutibus prædiorum vrbanorum priùs videndum.

i. l. 12 non dubito. h. tit.

k. l. 3. h. tit.

l. § fin. I. De reb. corp. & incorp. §. prædiorum. & 2. ſeqq. I. De ſeruit. ruſt. & vrban. præd. itemq; in rubr. 2. tit. ſeqq. & per tot.

m. d. §. prædiorum. l. 38. ſi ædes meæ. cum ſeq. ſ. tit. prox. l. 1 in prin. & l. 12. cùm fundus. ſ. communi prædio. l. 198 vrbana prædia. ſ. De verb. ſignif.

n. § ideò autem & § fin. I. De ſeruitut. ruſt. & vrbanor. prædio. l. 13. certo generi. in prin. & l. 32. via conſtitui. §. ſi lacus. cum ſeqq. ſ. De ſeruit. præd. ruſt. & d. l. vrbana prædia.

De Seruitutibus prædiorum vrbanorum: Tit. 2.

1.	*Species ſeruitutum vrbanarum.*
2. 3.	*Quomodò iure ſeruitutis vel extra ſeruitutẽ altiùs tolli ædes poſſint vel nõ?*
4. 5. 6.	*Ius luminum, & ne luminibus, vel proſpectui officiatur.*
7. 8. 9.	*Ius ſtillicidij immittendi quale ſit?*
10.	*Ius immittendi, itineris, & oneris ferendi quale ſit?*
11.	*In tradenda re quomodò ſeruitus rectè conſtituatur?*
12. 13. 14.	*Iure communionis vel proprietatis quatenus alteri incommodare liceat?*
15. 16.	*Seruitutes hæ vrbanæ quomodò retineantur, vel amittantur, vel alioqui impediantur?*

I. VRbanorum igitur prædiorum iura talia ſunt altiùs tollendi & officiendi luminibus vicini, aut non tollendi, itẽ ſtillicidium vel flumẽ auertendi in tectũ vel aream vicini, aut non auertendi, item im̃ittendi tigna in parietem vicini, proijciendi, protegendiuè, non officiendi proſpectui aut luminibus [a],

a. l. 2 & 3. l. 20 ſeruitutes § ſtillicidium. cum l. 28. foramen. h. tit.

cundi

- b. d l. ſeruitutes. § ſi domo.
- c. l. 18. ſi fiſtulæ. h. tit.
- d. d. l. foramen
- e. l. 33 eum debere h tit.
- f. l. 7. ius cloacæ ſ. tit. prox
- g. l. 9. ſi cui. l. 10. ſi iter & l. 13. ſi tam anguſti. ſ. tit. prox.
- h. l. 9. cum eo. h. tit.
- i. l. 14 imperatores h. tit
- k. l. 25. hoc quod dictum §. fin. h. tit.
- l. l. 24 cuius ædificium. h. t.
- m. l. 12. ædificia. h. tit.
- n. l. 11. qui luminibus §. fin h. tit.

eundi per aream alterius [b], fiſtulas habendi, aquæ ducendæ cauſa [c], foraminis habendi, proluendi pauimenti cauſa [d], oneris ferendi [e], cloacæ immittendæ [f]: atq; hæc quidem ſingula ex ſua proprietate, vel conſtitutionis ratione, certam habent obſeruationem [g].

II. Qui ius altiùs tollendi habet, vel cuius ædes iure altiùs non tollendi, aut luminibus non officiendi alteri non ſeruiunt, is ſi altiùs tollendo vicini ædes obſcurauerit, hoc nomine non tenetur [h], & in area, quæ nulli ſeruitutem debet, poteſt dominus vel alius voluntate eius ædificare, intermiſſo legitimo ſpacio a vicina inſula [i]: Si ex tribus ædibus in loco impari poſitis ædes mediæ ſuperioribus ſeruiant, inferiores autem nullis ſeruiant, & paries communis, qui ſit inter ædes inferiores & medias, altius a domino ædium inferiorum ſublatus ſit, iure altius habebit [k]: & cuius ædificium iure ſuperius eſt, eius eſt in infinito ſuper ſuum ædificium imponere, dummodò inferiora ædificia non grauiore ſeruitute oneret, quàm pati debent [l].

III. Quod ſi ædificia, ne altiùs tollantur, patiantur ſeruitutem, viridaria tamen ſupra eam altitudinem haberi poſſunt. at ſi de proſpectu eſt, eaq; obſtatura ſunt, non poſſunt [m]: ſed ſi inter te & vicinum tuum non conuenit, ad quam altitudinem extolli ædificia, quæ facere inſtituiſti, oporteat, arbitrum accipere poteris [n]: illud etiam cùm ad cæteras ſeruitutes, tum vero ad ſeruitutem altiùs tollendi vel non

non tollendi, proſpiciendi vel non proſpiciendi maximè pertinet, quòd ſi ædes meæ à tuis tantum diſtent, vt proſpici non poſſint, aut medius mons earum conſpectum auferat, ſeruitus imponi non poſſit. nemo enim ſuis ædificijs ſeruitutem imponere poteſt, niſi & is qui cedit, & is cui ceditur, in conſpectu habeant ea ædificia, ita vt officere alterum alteri poſſit [o].

o. l. 38 ſi ædes meæ. cum l. 39. nemo enim. h. tit.

IIII. Luminum ſeruitute conſtituta, id acquiſitum videtur, vt vicinus lumina noſtra excipiat: cùm autem ſeruitus imponitur, ne luminibus officiatur, hoc maximè adepti videmur, ne ius ſit vicino, inuitis nobis altiùs ædificare, atq; ita minuere lumina ædificiorum noſtrorum [p]: inuitumq; accipere debemus, non ſolùm eum, qui contradicit, ſed eum quoq; qui non conſentit, vt infans & furioſus, quia non ad factum, ſed ad ius ſeruitutis hoc refertur [q]: inter ſeruitutes quoq; ne luminibus officiatur & ne proſpectui officiatur, aliud & aliud obſeruatur, quòd in proſpectu plus quis habet, ne quid officiatur ei ad gratiorem proſpectum & liberum: in luminibus autem ne lumina cuiuſquàm obſcuriora fiant: quodcunq; igitur faciat ad luminis impedimentum prohiberi poteſt, opuſq; nouum nunciari poteſt [r].

p. l. 4. luminum. h. tit.

q. l. 5. inuitum. h. tit.

r. l. 15. inter ſeruitutes. h. t.

V. Lumen verò eſt vt cœlum videatur, atq; inter proſpectum & lumen hoc intereſt, quòd proſpectus etiam ex inferioribus ſit, lumen ex inferiori loco eſſe non poteſt [ſ]: ſi arborem

ſ. l. 16. lumen. h. tit.

Pp ponat

ponat vt lumini officiat, non ſecus ac ædibus poſitis, contrà impoſitam ſeruitutem factum erit [t]: ſi tamen id quod ponitur, lumen quidem nihil impediat, ſolem autem auferat, ſiquidem eo loci, quo gratum erat eum non eſſe, nihil contra ſeruitutem factum erit: ſin verò heliocamino vel ſolario ſol auferatur, vbi erat neceſſarius, contrà ſeruitutem factum erit: ſecus eſt ſi deponat ædificium vel arboris ramos, quia plus æquo luminis facit, niſi fortè κατ᾽ ἀντανάκλασιν vel preſſura quadã lumen in ædes deuoluatur [u].

t. l.17. ſi arborem. in prin. & d.l. luminum. h.tit.

u. d. l. ſi arborem. in prin. verſ. ſi tamen. & §. ſeq.

VI. Si ſeruitus impoſita fuerit, lumina, quæ nunc ſunt, vt ita ſint, de futuris luminibus nihil caueri videtur: quod ſi ita ſit cautum, ne luminibus officiatur, humanius eſt, verbo generali omne lumen ſignificari, ſiue quod in præſenti ſit, ſiue quod poſt tempus conuentionis contigerit [x]: ſi teſtamento damnatus hæres ne officeret vicini luminibus ſeruitutemq; præſtaret, depoſuit ædificium, concedenda erit legatario vtilis actio, qua prohibeatur hæres, ſi poſteà extollere ſuprà priorem modum ædificium conabitur [y]: forma enim & ſtatus antiquorum ædificiorum in tali ſeruitute ſeruari debet [z]: qui autem ius luminis non habuerunt, aperto pariete communi, nullo iure feneſtras immittunt [a].

x. l.23. ſi ſeruitus in prin. h tit. & fa. tex in l.33. cùm in lege. j. De contrah. empt.

y. l.31. ſi teſtamento. h.tit.

z. d.l.11. qui luminibus. in prin. h.tit.

a. l.40. eos qui ius. h. tit.

VII. Hæc lex traditionis, ſtillicidia vti nunc ſunt, vt ita ſint, hoc ſignificat, impoſitam vicinis neceſſitatem ſtillicidiorum excipiendorum, non illud, vt etiam emptor ſuſcipiat

piat ſtillicidia ædificiorum vicinorum: venditor itaq; qui ita paciſcitur, intendit ſibi quidem ſtillicidiorum ſeruitutem deberi, ſe autem nulli debere b: & quæ de ſtillicidio ſcripta ſunt, etiam in cæteris ſeruitutibus accipienda erunt, ſi in contrarium nihil nominatim actum eſt c.

VIII. Si ſublatum ſit ædificium, ex quo ſtillicidium cadit, vt eadem ſpecie & qualitate reponatur, idem intelligetur ſeruituſq; retinebitur d: domino autem ſeruientis areæ, non licet ibi ædificare, vbi caſitare ſtillicidium cœperit, & è contrà ſi antea ex tegula caſitauerit ſtillicidium, poſtea ex tabulato vel ex alia materia caſitare non poteſt e: altiùs tamen tolli poteſt, quia leuior fit ſeruitus, inferius demitti non poteſt, ne flumen pro ſtillicidio veniat: eadem cauſa retroduci poteſt, produci non poteſt: & omninò ſciendum eſt, meliorem vicini conditionem fieri poſſe, deteriorem non poſſe, niſi aliud nominatim in ſeruitute imponenda conuenit f.

IX. Qui in area, in qua ſtillicidium cadit, ædificat, vſq; ad eum locum perducere ædificium poteſt, vbi ſtillicidium cadit. : ſed etſi in ædificio cadit ſtillicidium, ſuprà ædificare ei conceditur, dum tamen ſtillicidium recte recipiatur g: ſi domus tua ædificijs meis vtramq; ſeruitutem deberet, ne altiùs tolleretur, & vt ſtillicidiũ ædificiorum meorũ reciperet, & tibi cõceſſero ius eſſe, inuito me altiùs tollere ædificia tua, quod ad ſtillicidiũ meũ attinet, ſic ſtatui debebit, vt ſi altiꝰ

b. *d. l. ſi arborem. § hæc lex.*
c. *d. l. ſi arborem. § fin.*
d. *d. l. 20. ſeruitutes. § ſi ſublatum.*
e. *d. l. ſeruitutes. § ſi ſeruitus.*
f. *d. l. ſeruitutes § ſtillicidium.*
g. *d. l. ſeruitutes. § fin.*

ſublatis ædificijs tuis, ſtillicidia mea cadere in ea non poſſint, ea ratione altiùs tibi ædificare non liceat: ſed ſi non impediantur ſtillicidia mea, liceat tibi altiùs tollere [h]: ſi fiſtulæ, per quas aquam ducis, ædibus meis applicatæ, damnum mihi dent, in factum actio mihi competit, itemq́, damni infecti a te ſtipulari potero [i].

X. Seruitus immittendi locum habet ex ædificio alio in aliud: nam & aliter ſuper alienum ædificium ſuperiùs habere nemo poteſt [k]: ſi domo mea altior tua area ſit, tuq́; mihi per aream tuam in domum meam ire conceſſiſti, nec ex plano aditus ad domum meam per aream tuam ſit, vel gradus vel cliuos propiùs ianuam meam iure facere poſſum, dum ne quid vltrà, quàm quod neceſſe eſt, itineris cauſa demoliar [l]: ſi oneris ferendi ſeruitus impoſita ſit, is columnam reſtituere debebit, cuius ſunt ædes ſeruientes: nam cùm ita lege ædium ſcriptum eſt, paries oneri ferundo, vti nunc eſt, ita ſit, ſatis aperte videtur ſignificari, vt eiuſmodi paries in perpetuum ſit [m]: ſed & reficere parietem aut columnam, ad proprietarium non ad fructuarium pertinebit [n].

XI. Qui duas areas habet, alteram tradendo, ſeruam alteri efficere poteſt [o]: ſi binarum ædium dominus dixerit, eas quas vendit ſeruas fore, melius eſt, in tradendis ædibus ſpeciem ſeruitutis exprimi, ne ſi generaliter ſeruitute dictum erit, aut nihil valere videatur, quia incertum ſit, quæ ſeruitus excepta ſit, aut omnis.

h. *l. 21. ſi domus tua. h.t.*

i. *d.l.18. ſi fiſtulæ h.tit.*

k. *l.25. hoc quod dictū. h.t.*

l. *d.l ſeruitutes. § ſi domo.*

m. *l. 33. cum debere. h tit. l. 6. & ſi fortè. § etiam. ſ. ſi ſeruitus vend. vbi dictum eſt. nu. 7. & 8.*

n. *l. 1. § fin. h tit.*

o. *l. 34 & qui duas. h tit.*

mnis ſeruitus imponi debere videatur [p]: ſi tamen in traditione ſeruitutem non expreſſerit, vel ex vendito agere poterit, vel incertum condicere [q]: ſed ſi duæ ædes vna contignatione tectæ, duobus legentur aut cedantur, non cenſebitur ſeruitus conſtituta, ſed magis placet tignum duorum eſſe, ita vt certæ partes ſint contignationis, & ex regione cuiuſq; domini tigna eſſe cenſeantur [r].

XII. Sed & in re communi nemo dominorum iure ſeruitutis neq; facere quicquam poteſt inuito altero, neq; prohibere quo minùs faciat, quia nulli res ſua ſeruit: itaq; propter immenſas contentiones plerumq; res ad diuiſionem peruenit: per communi diuidundo actionem tamen conſequi ſocius poteſt, quô minùs opus fiat, aut vt id quod fecit tollat, ſi modo ſocietati prodeſt, opus tolli [ſ]: incruſtare tamen parietem communem licet, ſicut & precioſiſſimas picturas in ea habere: cæterùm ſi à vicino demolitus ſit, & ex ſtipulatu de damno infecto agatur, non pluris quàm vulgaria tectoria æſtimari debent [t]: ſed & iuxta communem parietem cameram ex figulino opere factam habere licet, ſi modo ita habeatur, vt etiam ſublato pariete, maneat, & refectionem eius non impediat [u]: ſcalas quoq; ad communem parietem habere licet [x].

XIII. Fiſtulam iunctam parieti communi, quæ ex caſtello aut ex cœlo aquam capit, habere non licet, balneum habere licet: ſed rurſus tepidarium, cuius talis ſit vſus vt aſſiduum

p. l. 7. in tradendis. in pr. ſ. com. præd.

q. l. 35. ſi binarum. h. tit. & ſa. tex. in l. 22. ſed & ſi me. aliàs ſed ſi me. ſ. De condict. indeb. l. 8. ſi tibi liberum ſ. De act. empti.

r. l. 36. binas. cum l. ſeq. h. t.

ſ. l. 8. parietem l. 13. quidam in prin. l. 19. ſi fiſtulas. in prin. & l. 26. in re communi h. tit. l. 28. Sabinus. ſ. Com. diuid.

t. d. l. quidam § fin.

u. d. l. ſi fiſtulam § iuxta.

x. d. l. ſi fiſtulam § fin.

humorem habeat & noceat vicino, habere non licet [y]: ſed etſi inter me & te communes ſint Titianæ ædes, & ex his aliquid non iure in alias ædes meas proprias immiſſum ſit, tecum mihi agere licebit, aut rem perdere: idem fiet, ſi ex tuis proprijs ædibus in communes meas & tuas ædes quid ſimiliter ſit proiectum: mihi enim ſoli tecum eſt actio [z]: ſi in area communi ædificare velis ſocius prohibendi ius habet, quamuis tu ædificandi ius habeas a vicino conceſſum, quia inuito ſocio in re communi non habes ius ædificandi [a].

y. d.l.fiſtulam.in prin.

z. l.27.ſed ſi inter. in pr. h.tit.

a. d.l ſed ſi inter. § fin. cum d. l. parietem. d. l. quidam. in prin. d. l fiſtulam in prin d l in re communi, cum d.l.Sabinus.

XIIII. Hæres quoq; ſine iure ſeruitutis per domum, cuius habitatio alij legata eſt, & per quam ſemper ita aditus fuit, ad hortum & cænaculum ire poteſt, dum ne noceat legatario [b]: & rurſus ſi teſtator ex binis ædibus, quas habebat, alteras alicui legauit, poteſt ædificando alteras, officere luminibus legatarij, & obſcurare legatas ædes, dum tamen non penitus lumen recludatur, ſed tantùm relinquatur, quantum ſufficit habitantibus in vſus diurni moderatione [c]: ianuam etiam quis in publicum, quatenus ſtillicidij rigor & tignorum protectus competit, aperire poteſt, cum neq, luminibus vicini, neq, itineri, neq; ſtillicidio officit [d].

b. l.vlt.in prin h.tit.

c. l. 10. Gaurus. aliàs. l. Scaurus. h.tit.

d. d.l.vlt § vlt.

XV. Seruitutes porrò quæ in ſuperficie conſiſtunt, poſſeſſione retinentur, puta per cauſam

cauſā tigni immiſſi poſſideo habendi, cōſuetudinē quia in tuo aliquid eſt quo vtor, & quaſi facto quodam poſſideo [c]: ſeruitus autē, quæ perpetuam cauſam non haberet neq; naturalem cauſam, quæ pro perpetua æſtimaretur, puta ſeruitus foraminis in pariete, proluendi pauimenti cauſa, per vſum acquiri non poterat [f]: ſed id ſanctione Imperatoris Iuſtiniani mutatum eſt [g]: ſi quid ex eo foramine, ex quo ſeruitus non conſiſtit, damnum vicinus ſenſit damni infecti ſtipulatio locum habet [h]: confuſione amiſſa ſeruitus, cùm venditur rurſus prædium, reſtauranda eſt, alioqui liberè venit [i]: in parte tamen retinetur ſeruitus [k]: & vſusfructus in alterutro prædio acquiſitus, ſeruitutem non interrumpit [l].

e. d. l. 20 ſi ſeruitutes in prin. h. tit..
f. l. 28. foramen h. tit. & l 14. ſeruitutes prædiorum. ſ. tit. prox.
g. l. pen & vlt. in prin. C. De ſeruit. & aqua, l. vlt. in fine. C. De præſcript. longi temporis. 10 vel 20. an & vide. ſ. tit. Quemadm. ſeruit. amit. nu. vlt. dixi. ſ. ad tit. De ſeruit. nu. 9.
h. l 28. ſi quid igitur. h. tit.
i. l. 30. ſi quis ædes. in prin. h. tit.
k. d. l ſi quis ædes. § ſi partem. l. 8 vt pomum. § fin. ſ. tit prox.
l. d. l. ſi quis ædes § fin

XVI. Hæc autem iura ſimiliter vt ruſticorum quoq; prædiorum, certo tempore non vtendo pereunt, niſi quod hæc diſſimilitudo eſt, quòd non omnimodò pereunt non vtendo, ſed ita ſi vicinus ſimul libertatem vſucapiat, veluti ſi cùm is ſeruitute luminibus non officiendi, vel tignum immittendi per ſtatutum tempus non vteretur, tu feneſtras obſtruxeris, foramen obturaueris, vel ædificio nouo ſeruitutem eius impedieris [m]: non etiā ſi arborē tantùm ad impediēda lumina poſueris [n]: Solum autem publicū vel via publica intercedens quāuis neq; itineris actusuè neq; altiùs tollendi ſeruitutes impedit, impedit tamen

m. l. 6. hæc autem. & l 32. ſi ædes meæ. in prin. & §. fin. h tit.
n. l. 7. quod autem. h. tit.

tamen immittendi, protegendi, proijciendi, item fluminum & ſtillicidiorum ſeruitutem, quia cœlum, quod ſupra ſolum publicum vel viam publicam intercedit, liberum eſſe debet [o].

o. d.l.1.in prin.h.tit.l. vlt. in prin j.tit prox.

De Seruitutibus ruſticorum prædiorum: Tit. 3.

1.2.3 4.5. *Seruitutes ruſticæ quæ, & quæ ſit ratio itineris, actus, viæ, aquæductus, aquæhauſtus, pecoris paſcendi &c.*

6.7.8. *Si duæ ſeruitutes competant, vel duo fundi iuncti ſint?*

9.10.11. *Quæ ſit ratio ſeruitutis in prædijs communibus?*

12.13. *Seruitus quomodò cum prædio transferatur, vel prædium ſeruiens grauet?*

I. Seruitutes ruſticorum prædiorum ſunt hæ, iter, actus, via, aquæductus [a], aquæhauſtus, pecoris ad aquam appulſus, ius paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, aliæq; ſimiles [b]: Iter eſt ius eundi ambulandi hominis, non etiam iumentũ agendi vel vehiculum [c], attamen qui ſella vel lectica portatur ire non agere dicitur [d], & iter eſt quà quis pedes vel eques commeare poteſt [e]: Actus eſt ius agendi vel iumentum vel vehiculum: itaq; qui iter habet actum non habet, qui actum, & iter habet & ſine iumento [f], & qui actum habet, plauſtrum etiam ducere & iumenta agere poteſt, non tamen lapides aut ligna trahere [g]: viæ autem ratione non ſolùm ius vehendi, ſed & eundi & agendi & ambulandi competit, quia & iter & actum via in ſe continet [h], & quia viam habet, etiam lapides & ligna trahere atq;

a. *l. 1. in prin. h. tit. & concordat. tex. in prin. tit. I. De ſeruitut. ruſtico. & vrbanor. prædio.*
b. *d. l. 1 §, in ruſticis. §. inter ruſticorum. I. De ſeruitut. ruſt. & vrban. præd.*
c. *d. l. 1 in prin. verſ. iter & d. prin tit. verſ. iter. I. De ſeruitut. ruſt. & vrbano. prædior.*
d. *l. 7. qui ſella. in prin. h. tit.*
e. *l. 12. inter actum. h. tit.*
f. *d. l. 1. in prin. verſ. actus cùm verſ. ſeq. & d. prin. tit. verſ. actus, cum verſ. ſeq.*
g. *d. l. qui ſella. in prin. & d. l. inter actum*
h. *d. l. 1 in prin. verſ. via. & d. prin. tit. verſ. via.*

re, atq; ita onuſtum plauſtrum ducere poteſt, vt erecta ferri haſta poſſit, ſi modo fructus non lædat [i].

II. Aquæductus eſt ius aquam ducendi per fundum alienum [k]: aquæ quoq; hauriendæ ius non hominis ſed prædij eſt [l], niſi vſus aquæ ſingulariter perſonæ relictus fuerit [m]: poteſt autem aquæductus & aquæhauſtus per eundem locum etiam pluribus concedi, vt diuerſis diebus vel horis aqua ducatur, vel hauriatur, aut iiſdem diebus vel horis, ſi aqua ſufficiens eſt [n]: cui aquæhauſtus conceſſus eſt, ei iter quoq; conceſſum intelligitur, & è contra ſi iter ad fontem conceſſum ſit, aquæhauſtus quoq; conceſſus intelligitur, quamuis ad flumen publicum priuatus iter tantum rectè concedat, & hauſtum tantùm concedendo nihil agat [o]: vtpote cùm magiſtratus vel princeps id tantum permittat [p]: & quidem non aliter quàm ſinè iniuria alterius [q]: duciturq; de flumine publico ad irrigandos agros aqua, pro modo poſſeſſionum, niſi plus datum ſit [r].

III. Ex lacu & ſtagno aquæductum concedi non poſſe, receptum erat [ſ], ſed poſtea ex quocunq; loco ſeruitus aquæducendæ vel hauriendæ conſtitui conſueuit [t]. quin & ita ſeruitus rectè conſtituitur, vt aquam quærere & inuentam ducere liceat [u]: ei vero cui iter ſeu ductus aquæ quotidianæ vel æſtiuæ, vel quæ interualla longiora habeat, per alienum fundum competit, licet fiſtulam ſuam vel fictilem vel cuiuslibet generis in riuo po-

i. d. l. qui ſella. § qui viã.
k d. l. in prin. verſ. aquæductus & d. § r. tit. verſ vlt.
l. l. 20. ſi mihi. § fin. h. tit.
m l. 37. Lucius. h. tit. l. 14. Mela ait. § quidam libertis. & § fin. ſ. De aliment. & cibar. legat.
n. l. 2. § 1. & § vlt. h. tit.
o. l. 3. § qui habet. cum §. fin. h. tit.
p. l. 14 ſeruitutes. § publico. ſ. De ſeruitutibus. & concordat. l. 1. § permittitur ſ. De aqua quotid & æſtiua.
q. l. 17. Imperatores § fin. h. tit.
r d. l. Imperatores. in prin.
ſ. l. 28 foramen. verſ omnes autem. & verſ ſeq. ſ. De ſeruit. præd. vrban.
t. l. 9 ſeruitus h. tit.
u. l. 10. Labeo h. tit. l. vlt. ſ. Si ſeruit. vend. & ſa. tex. in l. 23. ſi ſeruitus impoſita. § fin. ſ. De ſeruit. præd. vrban.

nere, quæ aquam latiùs exprimat, & quod volet in riuo faciat, dum ne domino prædij aquagium deterius reddat [x].

x. l.15. Quintus Mutius. h.tit.

y. l.13.certo generi.§.ſi totus.& § fin.l.21 ſi mihi.h.t.

z. l.22.ſed quæ loca.& l.26 ſi via. & l.23. via conſtitui.in prin h.tit.

a. d. l.certo generi.§.latitudo.& § fin.

b. l.8.viæ latitudo.h.tit.

c. d. l.certo generi. §.latitudo..& § fin.

IIII. Si iter actuſuè aut aquæductus ſine vlla determinatione legetur, qua primum dirigitur, ſeruari debet [y]: dummodo iſtis locis, vbi ædificia, arbores, vineæ ſunt, abſtineatur, & nulla captio ſtruatur [z]: viæ autem actus itinerisq; ea latitudo eſt, quæ demonſtrata eſt: quòd ſi nihil dictum eſt, de actus itinerisq; latitudine per arbitrum ſtatuendum erit [a]: viæ autem latitudo, ex lege duodecim tabularum, in porrectum habebit octo pedes, in anfractum, id eſt vbi flexum eſt, ſedecim [b]: neq; opus erit hac in re arbitri ſententia, niſi in deſignatione loci, controuerſia ſit [c].

d. d.l.3. in prin. h.tit.

e. l.4 & 5.h.tit.

V. Item ſic poſſunt ſeruitutes imponi, vt boues per quos fundus colitur, in vicino agro paſcantur: vt fructus in vicini villa cogantur, coactiq; habeantur, pedamenta ad vineam ex vicini prædio ſumantur, vt ex lapidicinis in vicino fundo terram, rudus, ſaxa iacere, prouoluere, poſitaq; habere, & indè exportare liceat [d]: pecoris etiam paſcendi, item ad aquam appellendi, ſi prædij fructus maximè in pecore conſiſtat, prædij magis eſt quam perſonæ, vendicariq; poterit, niſi teſtator perſonam demonſtrauerit: ſed nec hæ, nec cretæ eximendæ calcisq; coquendæ ſeruitutes prædiales conſtituentur, niſi vicinum fundum quis habeat, & non vltra, quam quatenus ad ipſum fundum opus ſit [e], veluti vt vaſa aut amphoras in figu-

linis alterius facere liceat, ad fructus fundi exportandos, quaſi fierent vt venderentur, vſusfructus eſſet [f]: & nec ex meo aquæductu alterius prædio aquam concedere poſſum [g]: licet perſonæ hauſtus ex eo cedi poſſit [h]: nauigandi quoq; ſeruitus imponi poteſt [i]: medium tamen prædium, quod non ſeruit, in ruſticis prædijs ſeruitutem impedit [k].

f. l. 6. veluti in prin. & §. fin. h. tit.
g. l. 24. ex meo. h. tit.
h. d. l. 33. cùm eſſent § fin. h. tit.
i. d. l. 23. via conſtitui. § 1. h. tit.
k. d. l. 7. qui ſella. § fin.

VI. Si mihi eodem tempore conceſſeris & ire agere per tuum locum, & vti frui eo, ius eſſe, deinde ego vſumfructum remiſero, non aliter eo loco vteris frueris, quàm vt ire agere mihi rectè liceat: item ſi aquæductus mihi eſt per fundum tuum, & ne ibi inuito me ædifices, ſi tibi conceſſero ius eſſe ædificare, non aliter ædificabis, quàm vt ductus aquæ meus maneat totiuſq; eius rei talis conditio eſſe debet, qualis eſſet ſi vna dũtaxat conceſſio initio facta eſſet [l]. Si fundo Seiano confinis fons fuerit, ex quo per fundum Seianum aquam ducebam, meo facto fundo Seiano, manet ſeruitus aquæ ex fonte ducendæ.

l. l. 20 ſi mihi. in prin. h. t.
m. d. l. ſi mihi. § fin.

VII. Quòd ſi is, qui duo prædia confinia habebat, ſuperiorem fundum vendens, in lege venditionis dixerit, vt aquam ſulco aperto emptori educere in fundum inferiorem rectè liceat, nihil ampliùs quam quod ipſius fundi ſiccandi cauſa emptor deriuabit, venditor in ſuum fundum inferiorem recipere cogetur, nec ſi emptor ex alio fundo aquam acceperit, in inferiorem fundum eam deriuare licebit [n]: ſi duo prædia habens, in vnius venditione

n. l. 29. qui duo. h. t.

aquam, quæ in fundo naſcebatur, & circa eam aquam late decem pedes excepit, iter duntaxat, non etiam dominium eius loci excepiſſe videtur [o].

VIII. Illæ quoq; ſeruitutes, quæ in ædificijs in vrbibus conſtitui ſolent, nonnunquàm etiã in ædificijs, quæ ruri vel in pagis & villis ſũt, cõſtitui ſolent, veluti licere altius tollere & officere prætorio vicini, vel cloacam habere licere per domum eius, vel piatorium, aut protectum habere licere [p]: ſed & certo generi agrorum acquiri ſeruitus poteſt, magiſq; ad ſolùm quàm ſuperficiem relata cenſebitur, ideoq; ſublatis vineis, manebit: quanquàm ſi in contrahendo aliud actum ſit, doli mali exceptio erit neceſſaria [q]; per quem locum viam alteri ceſſero, per eundem alij aquæductum cedere non poſſum: ſed & ſi aquæductum conceſſero, iter per eundem locum vendere vel aliâs cedere non potero [r]: viaq; vna eſt per plures fundos, ideoq; ſi per legitimum tempus in nullo fundo via vſus ſim, tota amittitur, ſi in vno vſus ſim, tota ſeruatur [ſ].

IX. Cùm fundi mihi tecum communis, partem tuam mihi tradis, ad eundem per vicinum tuum proprium, viam rectè conſtitues [t]: & rurſus cùm duo fundos duos communes inter ſe diuidunt, alter alteri, vt per ſuũ fundum aquam ducat, rectè conſtituet [u]: quia proprio fundo ita ſeruitutem quærit [x]: maximè ſi pacto ſtipulatio ſubdita ſit [y]: vnus ex ſocijs

o. l. 30. qui duo prædia h. tit. & ſa. tex. in l. 205. qui fundum ſ. De verbo. ſign.

p. l. 2 in prin h. tit. cui iunge tex in l. 1. in prin & l. 12. cùm fundus. ſ. Com. præd.

q. d. l. 13. certo generi. in prin. h. tit & ſa. tex in l. 4. in prin ſ. De ſeruitutibus.

r. l. 14 per quem locum. h. tit.

ſ. l. 18. vna eſt h. tit.

t. l. 32. fundus mihi. h. tit.

u. d. l. 33. cum eſſent. in pr h. tit.

x. d. l. fundus mihi. in fine.

y. d. l. cùm eſſent. in prin.

ciјs fundi communis permittendo ius eſſe ire, agere, cæteris non præiudicat[z]: & per fundum qui plurium eſt, ius mihi eſſe eundi agendi, ſeparatim quidem cedi poteſt, ſed nouiſſima demum ceſſione ſuperiores omnes confirmabuntur, & antequam nouiſſimus ceſſerit, illi qui antè ceſſerunt vetare non poſſunt, reliqui poſſunt [a]. & ſi ab ijs ſeruitus denegetur, is qui conceſſit eam, euictionis nomine tenebitur [b].

z. l. 4. vnus ex ſocijs in pr. & l. 2. ſ. De ſeruitut.

a. l. 11. per fundum. h. tit. & d. l. vnus ex ſocijs in prin. cum d. l. 2.

b. l. 10. ſi quis per fundum. ſ. De euict.

X. Quòd ſi ex duobus prædijs, quæ mutuò ſeruiebant, agri fortè aliqui inter dominos communicati fuerint, manet nihilominùs in illis communibus propter fundos proprios ſeruitus, & ſi remittere ſibi inuicem velint ſeruitutes, in agris communicatis eos ſeparatim remittere non poterunt, ſed prædijs inuicẽ remitti debebũt [c]: nam etſi proprio meo & proprio tuo fundus Sẽpronianus ſeruiat, & cũ poſtea in cõmune redemerimus, manebit ſeruitus, quia proprio fundo per communem deberi ſeruitus poteſt [d]: quanquàm ſi communi fundo meo & tuo ſeruiat fundus Sempronianus, & eundem in commune redemerimus, ſeruitus extinguitur, quia propter conſolidationem par vtriuſq; domini ius in vtroq; fundo eſſe incipit [e].

c. d. l. vnus ex ſocijs. in pr. verſ. & ideo. & verſ. ſeq.

d. l. 27. ſi communi. § fin. h. tit.

e. d. l. ſi communi. in prin.

XI. Si vnus ex ſocijs ſtipuletur iter ad communem fundum, inutilis eſt ſtipulatio, quia nec dari ei poteſt: ſed ſi omnes ſtipulentur ſiue ſeruus communis, ſinguli ex ſocijs ſeruitutem petere poſſunt: nam & ſi ſtipula-

pulentur, ſiue ſeruus communis, ſinguli ex ſocijs ſeruitutem petere poſſunt: nam & ſi ſtipulator viæ plures hæredes reliquerit, inutilis non fit ſtipulatio [f]: item itinere ad prædium commune duorum legato, niſi vterq; de loco itineris conſentiat, ſeruitus neq; acquiritur neq; deperit [g]. Quod ſi tria prædia continua ſint trium dominorum, & imi prædij dominus ex ſummo ſeruitutem per medium habebat, quamuis imi prædij dominus prædium ſuũ ſummi prædij domino vẽdiderit, ſeruitutẽ tamẽ ille retinebit in medio fũdo, nec aliter eam amittet, quam ſi trium prædiorum ſimul dominus factus ſit, vel legitimo tempore per mediũ etiam fundum aquã ducere deſijſſet [h].

f. l.9 ſi vnus h. tit.
g. l.28 itinere h. tit.
h. l.31 tria prædia h. tit.

XII. Quæcunq; porrò ſeruitus fundo debetur, hæc omnibus eius partibus debetur, & ideò particulatim etiam fundo vendito omnes partes ſeruitus ſequetur, & ſinguli rectè agent, & ſi fundus certis regionibus diuiſus ſit, remotioribus per viciniores ad vſum ſeruitutis tranſitus concedendus eſt [i]: nam & ſi vna pars fundi precioſiſſima ſit, vel vſum eius ſeruitutis maximè deſideret, nihilominus pro modo agrorum, ſeruitutis admetietur diuiſæ vſurpatio [k]: ſicut & empto prædio quæſita ſeruitus, diſtractum rurſus prædium ſequitur, licet ſtipulatio, qua pœnam promitti placuit, ad perſonam prioris emptoris, ſi ei fortè frui non licuiſſet, fuerit relata [l]: quinimo etiamſi

i. d. l. 22 via conſtitui. § quæcunq; & § ho. h. tit.
k. l.25 ſi partem h. tit.
l. l.36 cum fundo h. tit.

tiamſi fundus vel ſeruiens, vel cui ſeruitus debetur, publicetur, vtroq; caſu durant ſeruitutes, q̃a cũ ſua conditione fundus publicatur [m].

XIII. Sicut autem ſine ratione ſeruitutis nec aucupium in alieno fundo exercere licet [n], ita quoq; ſeruitus naturaliter ſolummodò, & non manu facto, lædere fundum ſeruientem poteſt [o], nec ædificare quicquam in alieno pro ſeruitutis vſu conceditur, niſi ſeruitutis conditio id requirat [p]: & damnum tamen non detur [q]: ſi fons exaruit, ex quo aqua ducebatur, quia non negligentia aut culpa aquæductus amiſſus eſt, etiamſi poſt conſtitutum tempus ad ſuas venas, qui ſeruitutem habebat, redierit, tamen ſic illi id ius reſtituendum eſt, vt id habuerunt, cum primum ea aqua peruenire ad eos non potuit [r]: flumine quoq; interueniente, via conſtitui poteſt, ſi modo aut vado tranſiri poteſt, aut pontem habeat, vel pontonibus traijciatur [ſ].

m. d. l. via conſtitui. § ſi fundus.

n. l. 16. Diuus Pius h. tit.

o. d. l. 20. ſi mihi. h. tit.

p. l. 20 ſi iter ſ. De ſeruit.

q. l. 18. ſi fiſtulæ & l. 19. fiſtulam. in prin. & § ſeqq. ſ. De ſeruitut. præd. vrban.

r. d. l. 34. vnus ex ſocijs. § fin. cum l. 35. & A. Ilicinus. h. tit.

ſ. l. vlt h. tit. l. 1 in prin. ſ. tit. prox.

Communia prædiorum, tàm vrbanorum, quàm ruſticorum: Tit. 4.

1. 2. 3. 4. *Seruitutes prædiorum, & quomodò illæ conſtituantur vel non?*

5. 6. *Prædium vendens quomodò ſeruitutem rectè conſtituat?*

7. 8. *Ex duobus prædijs vnum vendens quomodo ſeruitutem rectè conſtituat?*

9. *Si plures vnius prædij domini ſint?*

10. *Si duo binas ædes communes habeant?*

11. *Prædium ſequitur ſeruitus, & reficere riuum licet.*

Quam-

I. QVamuis itaq; ædificia, vt dictum eſt, vrbana prædia appellemus [a]: nihilominus tamen etſi in villis ſint ædificia vrbanorum prædiorum ſeruitutes ijs deberi poſſunt [b]: neq; id mirum, quia ædificia quoq; fundis, & fundi ædificijs ſeruire poſſunt [c]: & vt conſtituatur ſeruitus, non tantùm pactionibus & ſtipulationibus, induci poteſt [d]; ſed etiam vltimis voluntatibus, puta teſtamento aut codicillis [e]: attamen prædiorum appellantur hæ ſeruitutes, quoniam ſine prædijs conſtitui non poſſunt, & nemo poteſt ſeruitutem acquirere vel vrbani vel ruſtici prædij, niſi qui habet prædium [f].

II. Sed ſi precariò vicinus in tuo maceriam duxerit, interdicto quod precariò agi non poterit, nec maceria poſita, donatio ſeruitutis perfecta intelligitur, nec vtiliter intendetur ius ſibi eſſe inuito te ædificatum habere, cùm ædificium ſoli conditionem ſecutum, inutilem faciat intentionem: cæterùm ſi in ſuo maceriam precariò, qui ſeruitutem debebat, duxerit, neq; libertas vſucapietur, & interdicto quod precariò vtiliter cum eo agetur: quod ſi donationis cauſa permiſeris, & interdicto agere non poteris, & ſeruitus donatione tollitur [g].

III. Iter ſic quoq; conſtitui poteſt, vt quis interdiu eat, quod ferè circa prædia vrbana etiam neceſſarium eſt [h]: qui per certum locum iter aut actum alicui ceſſit, pluribus per eundem locum, vel iter vel actum cedere poteſt, ſicut

a. § prædiorum. I. De ſeruit. ruſt. & vrban. præd. l. 198. vrbana prædia. ſ. De verb. ſignif. tex. hic in l. 1. in prin. & dixi. ſ. ad tit. De ſeruitut. nu. vlt.

b. tex hic in d. l. 1. in prin. & in l. 2. in prin. ſ. De ſeruitut. præd. ruſt. & ibi dixi nu. 8.

c. l. 12. cùm fundus. in pr. h. tit.

d. §. fin. I. De ſeruitut. ruſt. & vrban. præd. l. 5. via. ſ. De ſeruitut. l. 35. cùm eſſent. § fin. ſ. De ſeruitut. præd. ruſt.

e. d. § fin. I. De ſeruit. ruſt. & vrban. præd. l. 16. poteſt. h. tit. & dixi. ſ. ad tit. De ſeruitut. nu. 6.

f. d. l. 1. in fine h. tit. § ideò autem. I. De ſeruit. ruſt. & vrban. præd.

g. l. 17. ſi precariò. h. tit.

h. l. 14. iter. h. tit.

ſicut ædes ſuas multis ædibus ſeruas facere poteſt [i]. Si de aqua per rotam tollenda ex flumine, vel haurienda conuenerit, vel ſi quis ſeruitutem caſtello impoſuerit, licet ſeruitus iure non valeat, ſi tamen hac lege comparauit, ſeu alio quocunq; legitimo modo hoc ius acquiſiuit, tuendus erit, qui hoc ius poſſidet [k]; item ſi venditor fundi Geroniani ſundo Botroiano, quem retinebat, legem dederit ne contra eum piſcatio thynnaria exerceatur, quamuis mari, quod natura omnibus patet, ſeruitus priuata lege imponi non poteſt, tamen ſecundùm legem contractus perſonæ poſſidentium, aut in ius eorum ſuccedentium, obligantur [l].

i. l. 15. qui per ventum h. t.

k. l. 2 h. tit.

l. l. 13. venditor. in prin. h. t.

IIII. Quòd ſi in agro tuo lapidicinæ ſint, inuito te, nec priuato nec publico nomine quiſquam lapidem cædere poteſt: cui id faciendi ius non eſt, niſi talis conſuetudo in illis lapidicinis conſiſtat, vt ſi quis voluerit ex his cædere, non aliter hoc faciat, niſi prius ſolitum ſolarium pro hoc domino præſtet: ita tamen lapides cedere debet, poſtquam ſatisfaciat domino, vt neq; vſus neceſſarij lapidis intercludatur, neq; commoditas rei iure domino adimatur [m]: caueri vt ad certam altitudinem monumentum ædificetur, non poteſt, quia id, quod humani iuris eſſe deſijt, ſeruitutem non recipit, ſicut nec illa quidem ſeruitus conſiſtere poteſt, vt certus numerus hominum, in vno loco humetur [n].

m. d. l. venditor. § fin.

n. l. 4. caueri h. tit.

V. Proprium ſolum vendens ſi ſibi & vicino

Rr ſuo

ſuo ſeruitutem iniungere velit, quia ſeruitutem recipere niſi ſibi nemo poteſt, adiectio vicini pro ſuperuacua habetur, vt tota ſeruitus ad eum, qui recepit, pertineat, quia & ſolum commune vendens, vt ipſi & ſocio ſeruiat, efficere non poteſt, nec per vnum ſocium communi ſolo ſeruitus acquiri poteſt [o]: attamen qui in venditione dixit ſeruas ædes fore, quas vendidit, neceſſe non habet liberas tradere, ſed vel ſuis vel vicini ædibus ante traditionem eas ſeruas facere poteſt: planè ſi Titio ſeruas fore dixit, ſiquidem Titio ſeruitutem conceſſerit, abſolutum eſt, ſi vero alij conceſſerit, ex empto tenebitur [p].

o. l. 5. proprium. h. tit.

p. d. l. 6. ſi quis duas. §. ſi in venditione.

VI. Si quis in tradendo dixerit fundum Titio ſeruire, cùm ei non ſeruiret, eſſet autem obligatus venditor ad ſeruitutem præſtandã, agente venditore ex vendito, emptor nihilominùs pati cogetur imponi ſeruitutem prædio, quod mercatus eſt: itemq; ſi poſſit venditor Titio ſeruitutem vendere, & recipiendæ ſeruitutis gratia id in traditione expreſſum eſt, æquè agere permittendum erit: cæterùm ſi quis veritus ne ſeruitus Titio debeatur, ideò hoc excepit, non erit ex vendito actio ſi nullam ſeruitutem promiſit [q]. Si quis partem ædium tradat, vel partem fundi, non poteſt ſeruitutem imponere, quia per partes ſeruitus imponi non poteſt, nec acquiri: ſecus tamen eſt ſi fundum regionibus diſtinxit, vel ædes pariete, atq; ita duos fundos duasuè domos fecerit [r].

q. d. l. ſi quis duas. §. pen. & §. vlt. vbi aliàs eſt. l. 7 ſi quis in tradendo. h. tit.

r. d. l. ſi quis duas. § ſi quis partem. l. 11 pro parte. ſ. De ſeruit.

Duo-

VII. Duorum prædiorum dominus prædio, quod vendit, vel quod retinet, ſeruitutem imponere poteſt [s]: latiùs autem eſt, quicquid venditor ſeruitutis nomine ſibi recipere vult, id nominatim recipi, ne ſi generaliter dictum ſit prædium ſeruire, aut nihil valeat, quia incertum eſt, quæ ſeruitus excepta ſit, aut omnis ſeruitus imponi debeat [t]: nam & illa generalis receptio, quibus eſt ſeruitus vtiq; ſit, ad extraneos pertinet, quia nemo ipſe ſibi ſeruitutem debet: quinimò & ſi debita fuerit ſeruitus, deinde dominium rei ſeruientis ad me peruênit, ſeruitus extinguitur [u].

s. l.1. & l.6 ſi quis duas. in prin. h. tit.

t. l.7. in tradendis in prin. & l.10 quicquid. in prin h. t.

u. d. l. quicquid.

VIII. Parui autem refert, cùm ex binis ædibus vnas vendens, eaſq; ſeruas faciens, an vicinæ ſint ambæ, an non: idemq; eſt & in prædijs ruſticis: duas autem ædes ſimul tradendo, non poteſt efficere alteras alteris ſeruas, quia neq; acquirere ſeruitutem alienis ædibus neq; imponere poteſt, ſed ſuis ædibus rectè ſeruas faciet [x]: interpoſitis tamen alienis ædibus ſeruitus quoq; imponi poteſt, vt ſtatim ea valida ſit, ſi mediæ ædes iam ſeruiant, vel vt ita conualeſcat, ſi medijs ædibus ſeruitus poſteà impoſita fuerit, ſicut & is, q tria vel plura pdia habet, omnib9 ſuis, vel vni ex ſuis, vel ei prædio, quod tradit, ſeruitutẽ imponere poteſt, ſicut & per plurium prædia ſeruitus imponi diuerſis temporibus poteſt [y].

x. d. l. ſi quis duas. in prin. & l 8 ſi cùm duas. h. tit.

y. d. l. in tradendis. §. interpoſitis.

IX. Plures etiam vnius rei domini, pariter cedendo, vtiliter ſeruitutem conſtituent, vel nouiſſimi conceſſione ſeruitus confirmabitur, eodemq; modo ſi pluribus ſocijs ſimul ab vno domino rei ſeruitus concedatur, ſtatim ea conſtabit: ſi ſeparatim ex nouiſſima conceſſione: ergo & ex diuerſo ſi quis non ceſſit & ob id reliquorum ceſſiones inutiles factæ ſunt, vt conſtituatur ſeruitus, ex integro omnes cedere debebunt, quia primi temporis illa occaſio, quo vel pariter vel ſeparatim ſeruitutem conſtituere potuerant, ſemel intercidit, vno vel pluribus reſiſtentibus: idemq; dicendũ eſt ſi alter cedat alter leget ſeruitutem: nam ſi omnes ſocij legent ſeruitutem, & pariter eorum adeatur hæreditas, vtile erit legatum: ſi diuerſis temporibus, inutiliter dies legati cedet: nec enim ſicut viuentium ita defunctorum actus ſuſpendi receptum eſt [z].

[z] l. fin. h. tit.

X. Quod ſi duo binas ædes cõmunes habemꝰ ſimul tradendo idẽ efficere poſſumus, ac ſi ego ſolus proprias binas ædes haberem: ſed & ſi ſeparatim tradiderimus, nouiſſima traditio efficiet etiam præcedentem traditionem efficacem: ſi tamen alteræ vnius propriæ ſint, ædes alteræ cõmunes, neutris ſeruitutẽ vel acqrere vel imponere ego meo arbitrio poſſum, ſed meo prædio à cõmuni prædio volũtate ſocij mei, ſeruitutem ego acquirere debebo, & colmmuni prædio ex prædio meo proprio volũtate mea rectè ſocius ſeruitutẽ acquiret [a].

[a] d. l. ſi quis duas §. item ſi duo & dictum eſt. s. tit prox. nu. 9. 10 & 11.

XI. Quoties verò fundus fundo ſeruit, vendi-

vendito fundo ſeruitutes ſequuntur, etiamſi nihil dictum ſit [b]: item ſi ei, cuius prædium mihi ſeruiebat, hæres extiti, & eam hæreditatem tibi vendidi, reſtitui in priſtinum ſtatum ſeruitus debet, quia id agitur, vt quaſi tu hæres videaris extitiſſe [c]: refectionis porrò gratia accedendi ad ea loca, quæ non ſeruiunt facultas tributa eſt, his, quibus ſeruitus debetur & fabris, quà tamen accedere eis ſit neceſſe, niſi in ceſſione ſeruitutis nominatim præfinitum ſit, quà accederetur: & ideò nec ſecundùm riuum, nec ſupra eum, ſi fortè ſub terra aqua ducatur, locum religioſum dominus ſoli facere poteſt, ne ſeruitus intereat: ſed & deprimere vel alleuare & reficere riuum mihi licebit: & ſpacium igitur dominus fundi mihi relinquet, quo dextra & ſiniſtra ad riuum adeam, & quo terram, limum, lapidem, arenam, calcem iacere poſſim [d].

b. d. l. 12. c. im fundus. in pr. h. tit.

c. l. 9. ſi ei h. tit.

d. l. 11. refectionis. in prin. & §. fin. h. tit.

Si ſeruitus vendicetur, vel ad alium pertinere negetur: Tit. 5.

1. 2.	*Actio confeſſoria, & Negatoria aduerſus dominos prædiorum competit.*
3. 4. 5. 6. 7. 8.	*Per confeſſoriam quomodò ſeruitutes vendicentur?*
9. 10. 11. 12.	*Per Negatoriam quomodò ſeruitutes negentur?*
13. 14. 15. 16.	*Quid veniat in vtramq; actionem, & quis ſit vtriuſq; exitus?*

I. DE ſeruitutibus igitur hiſce prædialibus, in rem actiones nobis competunt, ad exemplum earum, quæ ad vſumfructum pertinent, tam Confeſſoria, quam Nega-

toria, Confeſſoria ei, qui ſeruitutes, ratione ſui fundi, ſibi competere contendit, Negatoria domino, qui negat ſeruitutem ex ſuo fundo deberi [a]: actiones enim hæ de ſeruitutibus ruſticis ſiue vrbanis, eorum ſunt, quorum prædia ſunt [b]: neq; vlli alij, quàm dominis fundorum vtrinq; hæ competunt, quia nemo ſeruitutem vendicare poteſt, quàm is, qui dominium in fundo vicino habet, cui ſeruitutem deberi dicit, neq; quiſquam ſeruitutem negare poteſt, quàm qui ex prædio ſuo ſeruitutem non deberi intendit [c].

a. l. 2. in prin. h. tit. §. æquè ſi agat. l. De act.

b. l. 1. in prin h. tit.

c. d. l. 2. §. hæc autem. l. 4. loci corpus. §. competit. l. 6. etſi fortè. §. hæc autem actio. h. tit.

II. Fructuarius quidem, cui medij loci vſusfructus relictus eſt, iter quoq; conſequi ad eum locum debet, quatenus ad fruendum neceſſarium eſt, ſed ſeruitutis vicem non obtinebit: neq, enim illi, qui vſumfructum tantùm habet, ſeruitus prædialis deberi poteſt, neq; hac Confeſſoria experiri poterit, quanquam ſi fundo debeatur, & ipſe vtetur [d]: & interdicto de itinere vti poterit, ſi hoc anno vſus eſt, quia in Confeſſoria de iure, in interdicto de facto quæritur: imò etiamſi teſtator vſus ſit itinere, vtile interdictum vſufructuario dabitur, ſicut hæredi vel emptori hæc interdicta competunt: ſed etſi partem fundi quis emerit, idem dicendum eſt [e].

d. d. l. 2 §. rectè & fa tex. in l. 1. § vſusfructus cum ſeq. ſ. Si vſusfr. pet. vel ad alium pertin. neg.

e. d. l. 2 § fin cum l. ſeq.

III. Per Confeſſoriã autem hanc, ſeruitutẽ in re nos habere, non etiam rem noſtram eſſe

eſſe intenditur [f]: quia loci corpus non eſt dominij ipſius, cui ſeruitus debetur, ſed tantùm ius eundi vel aliud ſimile in eo habet [g]: vteturq; Confeſſoria hac actione etiam is, qui iter ſinè actu, vel actum ſinè itinere habet [h]: de hauſtu quoq; quia ſeruitus eſt, competunt nobis in rem actiones [i]: & ius eſſe fumum ex taberna ad fumigandum parata, immittere, vel ius non eſſe fumum immittere, aut in ſuo fundo lapidem ita cedere, vt in meum fundum fragmenta cadant, agi poteſt: itemq; interdictum vti poſſidetis poterit locum habere, ſi quis prohibeatur, qualiter velit ſuo vti [k]: agi quoq; poteſt, ius eſſe per cuniculum pergentem in alterius prædium, vapores eò immittere, aut tale ius non eſſe: ſed non licere ignem, fumum grauem in ſuo foco facere, aut in ſuo ſedere vel lauare, agi non poteſt [l].

IIII. Si eo loco, per quem mihi iter debetur, tu ædificaueris, poſſũ intendere ius mihi eſſe ire, agere, quod ſi probauero, inhibebo opus tuum [m]: quòd ſi vicinus in ſuo ædificando, effecerit ne ſtillicidium meum reciperet, poſſum agere ius mihi eſſe immittendi ſtillicidium: eſt autem hic differentia inter ſeruitutem ꝑſonalẽ puta vſusfructus & prædialẽ puta itineris, actus, viæ, iuris iñittedi ſtillicidij: nam ſiquidem nondum ædificauit alter, ſiue vſumfructum quis habeat, ſiue iter, actum, aut viam, ius ſibi eſſe ire, agere, vehere, intendere

poteſt.

f. d § .æquè ſi agat. cum quo confer. § omnium. verſ. vlt. I. De act. l. 23. in rem actio in prin. ſ. De rei vend. l. 24. actionum genera. in pr. ſ. De oblig. & act.

g. l. 4 loci corpus. in prin. h. t.

h. d. l. loci corpus § 1.

i. d. l. loci corpus. § ſed & de hauſtu.

k. l. 8. ſicut autem § Ariſto h. tit.

l. d. l. ſicut autem § fin.

m. l. 9. ſi eo loco in prin. h. t.

poteſt: quòd ſi iam ædificauit dominus is, qui iter, actum, vel viam habet, adhuc poteſt intendere ius ſibi eſſe, fructuarius autem non poteſt, quia amiſit vſumfructum, & ideò de dolo actio ei hoc caſu danda eſt [n].

n. d.l.ſi eo loco.§. item Iulianus.

V. Qui latiore vel anguſtiore via vſus eſt, retinet ſeruitutem, ſicut qui aqua, ex qua ius habet vtendi, alia mixta vſus eſt: ideoq; his etiam Confeſſoria competit [o]: Si plures ex municipibus, qui diuerſa prædia poſſidebant, ſaltum communem, vt ius compaſcendi haberent, mercati ſunt, iſq; locus etiam à ſucceſſoribus eorum ita eſt poſſeſſus, ſed nonnulli ex his prædia ſua alijs vendiderunt, eauè aut eorum partem legârunt, ius quoq; compaſcui cum prædio aut eius parte pro rata transfertur, & ideò Confeſſoria competit: niſi aliud actum fuiſſe probetur [p]: quòd ſi fundo legato aut per fideicommiſſum relicto, caſæ iunctæ non accedant, hæres in traditione fundi ſeruitutem, puta itineris, caſis neceſſariam excipere debebit, atq; ita Confeſſoria deinceps vti poterit [q].

o. d.l.ſi eo loco.§ fin.

p. l. pen. §. plures. & ſeq. h.tit.

q. d.l.pen.in prin.

VI. Si à te emero, vt mihi liceat ex ædibus meis in ædes tuas ſtillicidium immittere, & poſteà te ſciente ex cauſa emptionis immiſſum habuerim, tam actione Confeſſoria quàm etiam exceptione tuendus ero [r]: ſi quis diuturno vſu & longa quaſi poſſeſſione, ius aquæducendæ nactus ſit, non eſt ei neceſſe docere de iure, quo aqua conſtituta eſt, veluti ex legato vel alio modo, ſed vtilem habet actionem vt oſtendat

r. l.16 ſi à te h.tit.

dat longiſſimo tempore vſum ſe ſeruitutis non vi, non clam, non precariò poſſediſſe [s].

VII. Etiam de ſeruitute oneris ferendi, vt & onera vicinus ferat, & ædificia reficiat ad eũ modũ, quo ſeruitute cõprehenſa eſt, agitur: quamuis enim regulariter fundi ſeruientis dominus cogi non poſſit, vt in ſuo aliquid faciat, ſed tantum ne ego faciam pati, meq; facientem non prohibere debeat, pertineatq́, refectio ad eum, qui ſibi ſeruitutem aſſerit, tamen in ſeruitute oneris ferendi receptum eſt, ita agi poſſe, vt dominus prædij ſeruientis, parietem reficere cogatur, quia non homo ſed res hanc ſeruitutem debet, & in rem ita concepta eſt, vt res ſemper talis eſſe haberiq; & ſeruari debeat [t]: ſicut autem refectio parietis ad vicinum pertinet, ita fultura ædificiorum, quibus ſeruitus oneris ferendi debetur, ad dominum pertinet, qui ſi non vult reficere, pariete fortè ruinoſo exiſtente, deponet, & reſtituet, cùm paries fuerit reſtitutus [u].

VIII. De ſeruitute item tigni immittendi actio Confeſſoria competit [x]: diſtant autem hæ actiones inter ſe, quòd ſuperior quidem locum habet, etiam ad compellendum vicinum reficere parietem: hæc verò locum habet vt tigna ſuſcipiat, quod non eſt contra genera ſeruitutum [y]: lis ſi quidem tigna immiſſa ſint, poſſeſſoris partes is ſuſtinebit, qui ſibi ſeruitutem deberi ait, & ſi is obtinuerit, non debet ei ſeruitus conſtitui, ſed per ſententiam ita declarabitur, iure eum immiſſum habere:

s. l. 10 ſi quis diuturno in prin. h. tit.

t. d. l. 6. etſi fortè. § etiam & § ſeq. cum §. modum. h. tit. l. 33. ſi ũ debere ſ. De ſeruitut. præd. vrban. & ibi dictum eſt nu. 10.

u. d. l. 8. ſicut autem in pr. h. tit.

x. d. l. ſicut. §. competit.

y. d. l. ſicut. §. diſtant.

quanquàm ſi non vtendo amiſit ſeruitutem dolo malo domini ædiũ, poſt litẽ conteſtatã, reſtitui ei debebit: ſi verò tigna non ſunt immiſſa, is qui negat ſeruitutem deberi, poſſeſſor habebitur, qui ſi vincetur, condemnabitur, vt conſtituat ſeruitutem & patiatur tigna immitti [z].

z. d. l. ſicut autem. § ſed ſi quæritur.

IX. Competit deinde de ſeruitute actio Domino prædij, neganti ſeruitutem ſe vicino debere, etiamſi ædes forte meæ non in totum liberæ ſint, ſed ei cum quo agitur ſeruitutem non debeant [a]: ſicut enim ſi inter meas & Titij ædes, tuæ intercedant, & Titij ædibus ſeruitus impoſita ſit altius non tollendi, tuis non ſit impoſita, quamdiu tu altiùs non tollis, (Si enim tu altiùs ædificares, fruſtra aduerſus Titium agerem, niſi tu intrà ſtatutum tempus tuas ædes rurſus depoſuiſſes) Confeſſoria agens intendere poſſum, ſeruitutem altiùs non tollendi Titij ædes meis ædibus debere [b]: ita quoq; ſi ædes meæ, ab altero latere poſitis Sempronianis ædibus ſeruitutem debeant altius tollendi, vicinis autem Scianis ædibus non ſeruiant, aduerſus Scium altiùs me tollere prohibentem, Negatoria experiri potero [c]: quia & proximioribus vel vlterioribus tantùm ædificijs iſtiuſmodi ſeruitutes deberi poſſunt: Si cui verò omnino altius tollere non liceat, is ab omnibus rectè prohiberi poteſt [d].

a. d. l. 4. loci corpus § competit. h. tit.

b. l 5. & ideò. cum d. l. & ſi forte. in prin. h. tit.

c. d. l. loci corpus. § compe- tit.

d. d. l. loci corpus. § pen. & vlt.

X. Quòd ſi tutor vel curator, ædes ſuas altiùs

tius tollens, minoris 25. annis, vel impuberis ædes, ædificando obſcurarit, quamuis actione tutelæ quoq; de hoc agi poſſit, tamen & aduerſus eum hæredemue eius poſſidentem, danda eſt impuberi vel minori actio ſeruitutis Negatoria, vt quod non iure factum eſt, tollatur [e]: etenim in his etiam ſeruitutibus, ſi non habeam altiùs ædificatum in meo, aduerſarius meus poſſeſſor eſt, quippe cùm nihil ſit innouatum, atq; eo caſu ille me ædificantem prohibere poteſt, & ciuili actione, & interdicto quod vi aut clam: idemq; eſt ſi lapilli iactu impedierit, ſed ſi patiente eo ædificauero, ego poſſeſſor ero effectus, & ſeruitutem eiuſq; poſſeſſionem actione Confeſſoria vel interdicto perſequi potero [f].

e. l. 15. alius. h. tit.

f. d. l. etſi fortè. §. ſciendum.

X I. Fiſtulas quibus aquam duco, in via publica habeo, & hæ ruptæ inundant parietem tuum, rectè tu mecum ages, ius mihi non eſſe, flumina ex meo in parietem tuum immittere [g]: ſi in parietem meum tigna te immittere paſſus ſim, quæ anteà habueris, & noua immittere velis, prohiberi a me potes, imò etiã agere tecũ potero, vt quæ noua immiſeris, tollas [h]: ſi inter ædes binas paries ſit, qui ita ventrem faciat, vt in vicini domum ſemipedem aut ampliùs procumbat, agi oportet ius non eſſe, illum parietem ita proiectum in ſuum eſſe, inuito ſe [i].

g. l. 13. fiſtulas. h. tit.

h. l. 14. ſi cùm meus. h. tit.

i. l. 17. ſi quando. in prin. h. tit.

X I I. Similiter ius non eſſe vicino poſitum

 haben-

k. d. l. ſi quando. §. cùm in domo.
l. d. l. ſi quando. § fin.
m. d. l. 8. ſicut autem. §. 1. h. tit.

habendi, agi poteſt[k]: & ſi ſecundùm parietem tuum vicinus ſterquilinium fecerit, ex quo paries tuus madeſcat, ſiquidem in loco publico illud fecerit, per interdictum cogi poteſt, vt tollat, ſed ſi in priuato, de ſeruitute agi oportebit: ſi damni infecti ſtipulatus ſis, potes per eam ſtipulationem, ſi quid ex ea re tibi damnum datum ſit, ſeruare[l]: eadem ratione actio Contraria ſeu Negatoria datur, quod paries meus onera ædium tuarum ferre non cogatur[m].

n. d. l. 10. ſi quis diuturno. §. fin. h. tit.
o. d. l. 4. loci corpus. § competit. & d. §. æquè ſi agat. l. De act.
p. d. l. loci corpus. §. 2. in confeſſoria. & §. ſed videamus.
q. d. l. 6. & ſi fortè. § fin. h. tit.

XIII. Porrò ſicut Confeſſoria agi poteſt non tantùm cum eo, ex cuius prædio ſeruitus nobis debetur, ſed generaliter cum omnibus, qui in vſurpatione ſeruitutis nos impediunt[n]: ita quoq; Negatoria aduerſus omnes dabitur, ſeruitutem indebitè vſurpare attentantes[o]: & ſicut in Confeſſoria etiam fructus veniunt, fructuumq; nomine computatur, ſi quid interfuit agentis ſeruitute non prohiberi, ita & in Negatoria actione fructus computantur, quanti intereſt petitoris non vſurpatam eſſe ſeruitutem[p]: atq; ita etiam in ſeruitute oneris ferendi id commodum veniet, quod haberet actor, ſi onera ædium vicinus ſuſtineret[q].

XIIII. Si quis mihi itineris, vel actus, vel viæ controuerſiam non faciat, ſed reficere, ſternereue non patiatur, aut impendentem arborem habeat, qua noceatur ſeruituti, Confeſſoria agere potero: quanquam de refectione viæ, interdicto etiam vti potero de itinere actuq; priuato: non tamen ſi ſilice quis ſternere

nere velit, niſi nominatim id conuenerit [r]: itemq́; dominus ædium ſeruientium, parietem, qui ſeruitutem debet oneris ferendi, meliorem facere poteſt, non deteriorem, alioqui aut hac actione, aut operis noui nunciatione prohibebitur [ſ].

XV. Si fundus, cui fortè iter debetur, plurium ſit, vnicuiq; in ſolidum competit actio, & vnius victoria alijs proderit, quamuis per vnum acquiri ſeruitus non poſſit: ſed in æſtimationem fructuum, aut damni, veniet id, quod intereſt eius, qui experitur: ſi duorum fundus ſit, qui ſeruit, aduerſus vtrumq; poterit ita agi, & ſi alter tantum defendit, ſolidum debet reſtituere, quia diuiſionem hæc res non recipit [t]: Si ſocius in loco communi ædificare velit, agi quoq; aduerſus illum poteſt, ius illi non eſſe [u]: ſed & ſi paries communis, abs te opere facto, in ædes meas ſe inclinauerit, potero tecum agere, ius tibi non eſſe, parietem illum ita habere [x]. Quod ſi verò de communi ſeruitute, quis benè quidem deberi intendit, ſed aliquo modo litem perdidit ſua culpa, non erit hoc cæteris damno, & ſi per colluſionem ceſſit litem, cæteris de dolo actio dabitur [y].

XVI. Harum igitur actionum euentus eſt, vt victori officio iudicis aut res præſtetur, aut cautio, vt in ſeruitute oneris ferendi iubeat iudex, aduerſarium emendare vicium parietis, & idoneum præſtare, vel vt hac de re caueat: ſi verò neq; rem præſtiterit, neq; cau-

r. d.l.loci corpus § ſi quis mihi.

ſ. d.l & ſi fortè.§ fin.

t. d l loci corpus.§ ſi fundus. & d. l. & ſi ſorte § ſi ædes.

u. l.11.an vnus.h.tit.

x. d l 14.ſi cum meus. in fine.h.tit

y. l 19.ſi de communi.h. t.

tionem, tanti condemnabitur, quanti actor in litem iurauerit [z]: quod ſi egi ius illi non eſſe tigna in parietem meum immiſſa habere, iudicis officio de futuro quoq; opere cauebitur [a]: ſi is cuius familia vicinum prohibebat aquam ducere, ſui poteſtatem non faciat, ne ſecum agi poſſet, Prætor cauſa cognita, iubebit bona eius poſſideri, vt non ante actor inde diſcedat, quam ei ſeruitus reſtituatur, reſarciaturq; damnum, quòd forte prohibitione paſſus eſt [b].

z. l. 7 harum. h. tit.

a. l. 12. egi h. tit.

b. l. 18. is cuius. h. tit.

Quemadmodum Seruitutes amittantur: Tit. 6.

1. 2. 3. *Remiſſione, confuſione, vel interitu rei, quomodo ſeruitus amittatur?*

4. 5. *Vſu quomodò ſeruitus retineatur?*

6. 7. *Non vtendo quomodo amittatur ſeruitus?*

I. Amittitur Seruitus prædialis in primis remiſſione: ſi enim ius habeam ſtillicidij immittendi in aream tuam, & permiſero ius tibi in ea area ædificandi, ſtillicidij immittendi ius amitto: & ſimiliter, ſi per tuum fundum via mihi debeatur, & permiſi tibi aliquid ibi facere, amitto ius viæ [a]: confuſione quoq; amittitur ſeruitus, ſi idem vtriuſq; prædij dominus eſſe cœperit [b]: quod ſi, cum ſeruitus mihi per plures fundos deberetur, medium fundum acquiſiui, manebit ſeruitus: quia toties tantum ſeruitus confunditur, quoties vti ea, is, ad quem pertineat, non poteſt: medio autem fundo acquiſito, iter poteſt conſiſtere, vt per primum & vltimum eatur [c].

a. l. 8. ſi ſtillicidij. in prin. h. tit.

b. l. 1. h. tit.

c. l. 15. ſi cùm ſeruitus. h. tit.

Interi-

II. Interitu etiam rei amittitur ſeruitus[d]: ſed ſi locus per quem via, iter, aut actus debebatur, impetu fluminis occupatus ſit, & intrà tempus, quod ad amittendam ſeruitutem ſufficit, alluuione facta reſtitutus eſt, ſeruitus quoq; in priſtinum ſtatum reſtituitur: quòd ſi id tempus prætericrit, dominus fundi ſeruientis renouare eam cogendus eſt[e]: ſed cùm via publica vel fluminis impetu, vel ruina amiſſa eſt, vicinus proximus viam præſtare debet[f]: Morte vero & capitis diminutione, iura prædiorum omninò non intereunt[g].

III. Vſu porrò retinetur ſeruitus, cùm ipſe, cui debetur, vtitur, quiuè in poſſeſſione eius nomine eſt, aut mercenarius, aut hoſpes, aut medicus, quiue ad viſitandum dominum venit, vel colonus, aut fructuarius, licet is ſua cauſa rei poſſeſſionem teneat[h]: denique quicunq; quaſi debita ſeruitute vſus fuerit, ſiue ad fundum noſtrum facit, vel ex fundo ſit[i]: proindeq; & per ſocium, & per bonæfidei vel malæfidei poſſeſſorem, ſeruitus retinebitur[k]: nam ſatis eſt fundi nomine ſeruitutem vſurpatam eſſe[l]: ſanè ſeruitute vſus non videtur, niſi is, q. ſuo iure vti ſe credidit: ideoq; ſi quis pro via publica, vel pro alterius ſeruitute vſus ſit, nec interdictum, nec vtilis actio competit[m].

IIII. Is etiam qui p partẽ itineris it, totũ ius vſurpare videtur[n]: & aqua ſi in partem agri

d. *l. 2. ſ. De vſufr. & quemad. quis vta frua. & concordat tex. in prin tit. I. De vſufr.*

e. *l. 14 ſi locus. in prin. h. t.*

f *d. l. ſi locus. § fin.*

g. *l. 3. h. tit.*

h. *l. 20 vſu. cum l ſeq. h tit.*

i. *l. 22. denique. cum l. ſeq. h. tit.*

k. *l. 5. & l 24. licet. h. tit.*

l. *l 6 nam ſatis in prin & tex. elegans. in l. 12 qui fundum. h tit.*

m. *l. vlt. h tit.*

n. *d. l. 8. ſi ſtillicidij. § fin. h. tit.*

agri fluxit, etiamſi non ad vltima loca peruenit, omnibus tamen partibus vſurpatur o: ſi aliter quis ſeruitute vſus eſt, quàm debebat, id tamen fecit quo grauaretur ſeruitus, puta ſi alio genere vehiculi, quàm debebat, vſus fuerit, ſi amplius oneris, quàm licuit, vexerit, ſi latiore itinere vſus ſit, ſi plura iumenta egerit, quàm licuit, aut aquæ admiſcuerit aliam, ſeruitus non amittitur, quamuis non liceat plus, quàm pactum eſt, in ſeruitute habere p: iter quoq; ſepulchro debitum non vtendo nunquam amittitur q.

o. *l. 9. aqua. h. tit.*
p. *l. 11. is cui. in prin. h. tit.*
q. *l. 4 h. tit.*

V. Qui iter & actum habet, is ſi ſtatuto tempore, tantùm ierit, actum retinebit r: ſed qui aquæhauſtum habet, ſi per ſtatutum tempus tantùm ierit ad fontem, nec aquam hauſerit, iter quoq; amittit ſ: & ſi quis alia aqua vſus ſit, quàm de qua in ſeruitute imponenda actum eſt, ſeruitus amittitur t: quod ſi autem ex fundo à pluribus ſeruitus debeatur, vel in fundo pluribus ſeruitus debeatur, vt cognoſcatur quomodo vtendo retineatur, vel amittatur, per vnum vel plures, diſtinguitur, vtrùm pluribus pro indiuiſo communis, an vero inter plures per regiones forte diuiſus ſit fundus u.

r. *l. 2 h. tit.*
ſ. *l. 17. Labeo h. tit.*
t. *l. 1. ſi quis h. tit.*
u. *d. l. 6. nam ſatis § 1. [illegible] h. tit. & l. 16. [illegible] C eo.*

VI. Illud autem ab Imperatore Iuſtiniano eſt conſtitutum, ſeruitutes, tam prædiales, quàm perſonales, & vtendo acquiri, & non vtendo amitti poſſe, per longi temporis præſcriptionem, ſicut dominium præſcriptione acquiritur vel amittitur, in rebus immobilibus

libus, vt veteribus differentijs exploſis ſit in omnibus huiuſmodi rebus cauſa ſimilis [x].

[x] *§ finitur. l. De vſufructu. l. 16. corruptionem. C. De vſufr. vſu & habitat. l. pen. & vlt. in prin. C. De ſeruit. & aqua. l. vlt. in fine. C. De præſcript. long temp. 10. vel 20. annor.*

LIBER NONVS.

Diſputat. I. Reſpond. Balthazar à Senden, Cellenſis.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur: Tit. 1.

1.2.3.4. *Noxalis actio de pauperie quando locum habeat?*
5.6.7. *Cui & aduerſus quem detur?*
8.9.10. *Vbi deficiat hæc actio?*

I. SI quadrupes pauperiem feciſſe dicetur, actio ex lege duodecim tabularum deſcendit, quæ voluit aut dari id quod nocuit, id eſt, animal quod noxiam commiſit, aut æſtimationem noxiæ offerri [a]: Pauperies eſt damnum ſinè iniuria facientis datum: nec enim poteſt dici, iniuriam feciſſe animal, quod ſenſu caret [b]: noxia autem eſt ipſum delictum: noxa eſt ipſum corpus, quod nocuit [c].

II. Generaliter autem Noxalis hæc actio de pauperie locum habet, quoties animalia bruta, quæ ratione carent, contra generalem naturam omnium iſtius generis animantium, commota, feritate ſua nocuerint, puta ſi equus calcitroſus, quales vtiq; non ſolent eſſe omnes equi, calce percuſſerit, aut bos cornu petere ſolitus, quod vtiq; non perinde omnes faciunt boues, cornu petierit [d].

[a] *l. 1. in prin. h. tit. & eſt text. ſimilis. in prin. tit. I. Si quadrup. pauper. feciſſe dicatur.*

[b] *d. l. 1. §. 1. & concordat text. in d. prin. tit. verſ. pen & vlt. I. eo.*

[c] *d. l. 1. in prin. verſ. noxia. & concordat text. in prin. tit. verſ. noxa autem. cum verſ. ſeq. I. De noxalibus action.*

[d] *d. l. 1. §. ait Prætor. & §. & generaliter. d. prin. tit. & §. 1. I. eo.*

III. Sed etſi cùm equum permulſiſſet aliquis, vel palpatus eſſet, calce eum percuſſerit, erit actioni huic locus: & ſi alia quadrupes aliam concitauit, vt damnum daret, eius nomine quę concitauit, agendum erit [e]: item ſi cùm agaſo fortè in tabernam equum deduceret, mulam equus olfecit, mula verò calcem reiecit, & crus agaſoni fregit, cum domino mulæ de pauperie agi poterit [f]: Quòd ſi cùm arietes vel boues commiſiſſent, alter alterum occidit, ſi quidem is qui agreſſus erat, perijt, ceſſat actio, ſi is qui non prouocauerat, competit actio [g].

e. d. l. 1. § & generaliter verſ. at ſi cùm equum.

f. l. vlt. h. tit.

g. d. l. 1. § cum arietes.

IIII. Siue autem contra generalem naturam feritate quadam commota, corpore ſuo pauperiem quadrupes dederit, ſiue per aliam rem, quam tetigit, hæc actio locum habet, vtpote ſi plauſtro bos obtriuit aliquem, vel alia re deiectas [h]: competitq; vtilis hæc actio, etſi non quadrupes, ſed aliud animal pauperiem fecit [i]: & liberarum perſonarum nomine, etiam ex hac lege agi poſſe non dubitatur, fortè ſi patremfamiliâs aut filiumfamiliâs vulnerauerit quadrupes, ſcilicet vt non deformitatis ratio habeatur, cùm liberum corpus æſtimationem non recipiat, ſed impenſarum in curationem factarum, & operarum amiſſarum, quaſq; amiſſurus quis ſit, inutilis factus [k].

h. d. l. 1. § ſiue autem.

i. l. pen. h. tit.

k. l. 3. h. tit.

V. Competit porrò hæc actio, non ſolùm domino, cuius rei nocitum eſt, ſed etiam ei, cuius intereſt, veluti ei, cui res cōmodata eſt, itē fulloni, cui veſtis fortè polienda vel curanda data,

data eſt: quia eò quòd tenentur, damnum videntur pati[l] hæredi quoq; cæteriſq; ſucceſſoribus, hanc actionem dari, nemo dubitauerit[m]. l. l. 2. in prin. h. tit m. d. l. 1 § fin.

VI. Sed cùm in quadrupedibus etiam noxa caput ſequatur, aduerſus dominum hæc actio datur, non cuius fuerit quadrupes, cùm nocerit, ſed cuius nunc eſt: planè ſi ante litem conteſtatam deceſſerit animal, extincta erit actio, quia noxæ dedere, eſt animal tradere viuum: demum ſi commune plurium ſit animal, aduerſus ſingulos erit in ſolidum noxalis actio, ſicut in homine[n]: aduerſus hæredes quoque cæteroſq; non iure ſucceſſionis, ſed eo iure, quo domini ſunt, competit[o]. n. d. l. 1. §. & cum etiam. o. d. l. 1. § fin.

VII. Interdum autem dominus in hoc non conuenietur, vt noxæ dedat, ſed etiam in ſolidum, vt puta ſi in iure interrogatus, an ſua quadrupes eſſet, reſponderit, non eſſe ſuam: nam ſi conſtiterit eſſe eius, in ſolidum condemnabitur: ſi poſt litem conteſtatam, ab alio ſit animal occiſum, quia Domino legis Aquiliæ actio competit, ratio eius habebitur, quamuis noxæ dedendæ amiſerit facultatem, debebitq; ex iudicio propoſito litis æſtimationem offerre, niſi paratus fuerit actionem mandare, aduerſus eum qui occidit[p]. p. d. l. 1. § interdum.

VIII. Quòd ſi propter loci iniquitatem, aut propter culpam mulionis, aut quia plus iuſto,

 onera-

onerata erat, quadrupes in aliquem onus euerterit, hæc actio ceſſabit, damniq; iniuriæ agetur [q]: & ſi canis cùm duceretur ab aliquo, aſperitate ſua euaſerit, & alicui damnum dederit, ſi contineri firmiùs ab alio potuerat, vel ſi per eum locum induci non debuit, hæc actio ceſſabit, & agetur cum eo de damno iniuria dato, qui canem tenebat [r].

IX. Sed etſi inſtigatu alterius animal damnum dederit, ceſſabit hæc actio [ſ]: & ſi equus dolore concitatus, calce petierit, ceſſat hæc actio: & is qui equum percuſſerit, aut vulnerauerit in factum magis, quàm lege Aquilia tenetur: vtiq; ideò, quia non ipſe ſuo corpore damnum dedit [t]: ſi quis aliquem euitans, magiſtratum fortè, in taberna proxima ſe immiſerit, ibiq; à cane feroce læſus ſit, non poterit agi canis nomine, ſi vinctus tenebatur, at ſi ſolutus fuerit, contrà [u].

X. In beſtijs propter naturalem feritatem hæc actio locum non habet: & ideò ſi vrſus fugit, & ſic nocuit, non poteſt quondam dominus conueniri, quia deſinit dominus eſſe, vbi fera euaſit: & ideò ſi eum occidi, corpus meum eſt [x]: cæterum ædilitio edicto prohibemur animalia, quæ noceant ſiue ſoluta ſint, ſiue alligata, ibi habere, qua vulgò iter fit, & ſi aduerſus ea fit, & nocitum libero homini eſſe dicatur, quod bonum & æquum iudici videtur, tanti dominus condemnatur: Cæterarum verò rerum, quanti damnum datum ſit, dupli: Sed cùm beſtia in dominio alterius exiſtens damnum

q. d. l. 1 § ait Prætor. ver. quòd ſi propter loci.

r. d. l. 1. §. ait Prætor. verſ ſed etſi canis.

ſ. d. l. 1. §. ait Prætor. verſ. ſed etſi inſtigatu.

t. d. l. 1 §. & generaliter.

u. l. 2. § fin. h. tit.

x. d. l. 1. § in beſtijs.

mnum dedit, etiam de pauperie actio locum habet: quia nunquam actiones præſertim pœnales, de eâdem re concurrentes, alia aliam conſumit y.

y. § fin. l. Si quadr. paup. ſee dic. l. 40. hi enim. cùm 2. ll. ſeqq. ſ. De ædilit. edicto vbi dictum eſt nu v!t l. 60. nunquam. ſ. De oblig. & act. l. 2. in prin. ſ. De priuat. delict. l. 130. nunquam. ſ. De reg. iur.

Ad legem Aquiliam: Tit. 2.

1. & ſeqq.	*Legis Aquiliæ primum caput, & quomodò ex eo actio detur?*
10. & ſeqq.	*Secundo capite obſoleto, quomodò ex tertio actio detur?*
19. 20 21.	*Cui detur Legis Aquiliæ actio?*
22. & ſeqq.	*Aduerſus quem detur?*
29. 30.	*Actio in factum quando locum habeat?*
31.	*Quid iuris ſit in hæredibus & in confitente?*
32. 33 34. 35.	*Vbi deficiat de damno actio?*

I. LEx Aquilia omnibus legibus, quæ ante ſe de damno iniuria locutæ ſunt, derogauit, ſiue duodecim tabularum, ſiue aliæ quæ fuerunt, quas nunc referre non eſt neceſſe: Lex autem Aquilia Plebiſcitum eſſe noſcitur, cùm eam Aquilius Tribunus plebis à plebe rogauerit a: huius legis primo capite cauetur, qui ſeruum ſeruamuè, alienum alienamuè, quadrupedem vel pecudem iniuria occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuit, vt tantum æs domino dare damnetur b: & infra deinde cauetur, vt aduerſus inficiantem in duplum actio ſit c, quæ alioqui in confitentem in ſimplum redditur d.

II. Seruis vt apparet, exæquat Aquilius quadrupedes, quæ pecudum numero ſunt, & gregatim habentur, veluti oues, capræ, boues.

a. l. 1 h. tit.

b. l. 2 in prin. h. tit & concordat tex in prin. tit I. De Lege Aquilia.

c. d. l. 2. in prin. verſ & infra l. 4. contra C. De Lege Aquilia.

d. l. 23. inde Neratius. §. hæc actio h. tit. § ex maleficiis. & §. in duplum. I. De action. & vide ſ. nu 31.

ues, equi, muli, aſini, ſues: canis inter pecudes non eſt, nec feræ beſtiæ: elephanti autem & cameli quaſi mixti ſunt: quamuis enim natura eorum fera ſit, tamen iumentorum operam præſtant, & ideò primo capite eos contineri oportet [e]: Seruus igitur ſeruàue ſi iniuria occiſus occiſauè fuerit, Lex Aquilia locum habet: ſed iniuria occiſum eſſe oportet [f].

e. d. l. 2 § ut igitur. & § fin. & d. prin. tit. l. eo.

f. l. 3 h tit. l. 3 C. eod.

III. Iniuriam accipimus non pro contumelia, vt in iniuriarum actione, ſed pro damno nō iure & culpa dato, etiam ab eo qui nocere noluit [g]: ita tamen vt leuiſſima etiam culpa in Legis Aquiliæ pœnam incidat [h]: adeò vt etiam magiſter in diſciplina ſeruum occidens hac actione teneatur [i]: occiſum autem accipere debemus ſine gladio, ſiue etiam fuſte, vel alio telo, vel manibus; ſi fortè ſtrangulauit eum, vel calce petijt, vel capite, vel qualiter qualiter [k]. ſi plus iuſto oneratus deiecit onus, & ſeruum occidit, aut ſi plus iuſto oneratus, aut negligentiùs per lubricum tranſiens, lapſus ſit, et ſeruum alterius onere preſſerit [l].

g. l. 5 ſed etſi quemcunq. §. iniuriam. l. 30. qui occidit. § fin. l. 49. ſi quis fumo. §. fin h tit. § iniuria I. eod.

h. l. 44. in Lege Aquilia. in prin h. tit.

i. d l. ſed etſi quemcunq. § fin. cum 2. reſponſis ſeq. h tit.

k. l. 7. qua actione. § occiſum h. tit.

l. d l quæ actione § ſed ſi quis. aliàs ſed etſi quis.

IIII. Sed & Aquilia tenebitur, ſi quis de ponte ſeruum præcipitauerit, ſiue ipſo ictu perierit, aut continuò ſubmerſus eſt, aut laſſatus vi fluminis victus perierit, ſi quis puerum ſaxo illiſit [m], ſi medicus ſeruum imperitè ſecuit [n], vel ſi cùm benè ſecuiſſet, curationem eius dereliquit, aut medicamento perperam vſus eſt [o], ſi cùm mulio propter imperitiam vel infirmitatem impetum mularum ſuſtinere non poſſet,

m. d. l qua ratione. § pen.

n d l. qua ratione. § fin.

o. l. 8 idem iuris. in prin. h. tit § præterea. I. eod.

ſet, alienum hominem mulæ obtinuerint: nam ſicut imperitia ita & infirmitas culpæ annumeratur, cùm affectare quiſq; non debeat, in quo vel intelligit vel intelligere debet, infirmitatem ſuam alij periculoſam futuram [p]: idemq; eſt, ſi quis impetum equi, quo vehebatur, propter imperitiam vel infirmitatem retinere non potuit [q].

p. d. l. idem iuris § mulionem & l. 52 ſi ex plagis §. in cliuo h tit. §. impetu quoque. l. eod.

q. d. l. idem iuris. § fin. & d. §. impetu quoq; verſ vlt.

V. Locum item habet Aquilia, ſi obſtetrix malum medicamentum mulieri ſuis manibus præbuit, vt ea inde perierit [r]: vel ſi quis alius, per vim vel ſuaſum, medicamentum ſeruo ancillæuè infudit, vel ore, vel clyſtere, vel ſi eum vnxit malo veneno [ſ], ſi per luſum iaculantibus ſeruis alter occiſus ſit, quia & luſus noxius in culpa eſt [t]: ſi, cùm pila quidam luderent, vehementiùs quis pila percuſſa, in tonſoris manus eam deiecerit, & ſic ſerui, quem tonſor radebat, gula ſit præciſa adiecto cultello: quanquam ſi ibi tondebat, vbi ex conſuetudine ludebatur, vel vbi tranſitus frequens erat, videndum erit quis magis in culpa ſit, an tonſor, qui in loco periculoſo ſellam habuit, an ſeruus, qui ſe ei commiſit [u].

r. l. 9. item ſi obſtetrix. in prin. h tit.

ſ. d. l. item ſi obſtetrix. §. ſi quis.

t. d. l. item ſi obſtetrix. §. fin. cum l. 8. nam luſus. h. tit.

u. l. 11 item Mela. in prin. h. tit.

VI. Clauſula autem iſta, quanti is homo in eo anno plurimi fuiſſet, æſtimationem habet damni, quod datum eſt: & quidem annus retrorſum computatur, ex quo quis occiſus eſt: quòd ſi mortiferè fuerit vulneratus, & poſt longum interuallum mortuus

ſit,

ſit, inde annum numerabimus, ex quo vulneratus eſt [x]: neq; ſolùm corporis fit æſtimatio, ſed etiam vtilitatis decedentis, eiuſq; quod intereſt, & cauſarum corpori cohærentium, puta ſi ſeruum occidiſti, quem ſub pœna tradendum promiſi, etiam pœnæ fiet æſtimatio, & ſi quis ex comœdis, aut ſymphoniacis, aut gemellis, aut quadriga, aut ex pari mularum vnum vel vnam occiderit, etiam eius habebitur ratio, quo cætera corpora deprecitata ſunt, & ſi ſeruo occiſo, acquirendæ hæreditatis adempta ſit occaſio, etiam hæreditatis fiet æſtimatio [y].

VII. Sed &, cùm æſtimatio referatur ad id tempus, quo plurimi fuit eo anno, illud veniet, ſi ſeruo pictori intrà iſtum annum fuerit pollex præciſus, poſtea autem occiſus, quanti fuit priuſquam artem cum pollice amiſiſſet [z], & ſi ſeruus ſit occiſus, qui magnas fraudes in rationibus domini commiſerat, quanti domini intereſt, fraudes commiſſas detegi: ſi bonæ frugi ſeruus mutatis poſtea moribus occiſus ſit, quanti valeret, priuſquam mores mutaret: omnia enim commoda, quæ intra annum precioſiorem ſeruum facerent, ad æſtimationem accedunt [a]: non tamen affectiones erunt æſtimandæ, ſed quanti res omnibus valet [b].

VIII. Si infans ſit occiſus nondum anniculus, æſtimatio refertur ad id tempus, quo intrà annum vixit [c]: ſi quadrupes, cuius nomine actio erat cum domino, quod pauperiem feciſſet, ab alio occiſa eſt, æſtimatio in actione

x. l. 21. ait lex. in prin. h. tit § his autem verbis. l. eod.

y. d. l ait Lex. § fin. cum l. 22 proinde. & l. 23. inde Neratius. in prin. & 2. §. ſeqq h. tit.

z. d. l. inde Neratius. §. idem Iulianus.

a. d l inde Neratius. §. ſed etſi ſeruus.

b. l 33. ſi ſeruum meum. in prin. h. t. l 63. precia rerũ. ſ. Ad leg. falcid.

c. d. l. inde Neratius. §. ſi infans.

ctione legis Aquiliæ,non ad corpus quadrupedis, ſed ad cauſam eius,in quo de pauperie actio eſt, referri debet, & tanti damnandus eſt is, qui occidit, quanti actoris intereſt, noxæ potiùs deditione defungi, quàm litis æſtimationem præſtare [d]: Sanè ſi dolo ſeruus occiſus ſit, etiam ex lege Cornelia criminalis accuſatio erit, nec ſi priùs ex Lege Aquilia dominus egerit, præiudicium legi Corneliæ fiet: quinimò ſi quod damnum contumelia datum ſit, concurret legis Aquiliæ & iniuriarum actio, & duæ erunt æſtimationes, alia damni, alia contumeliæ [e].

IX. Legis Aquiliæ ſecundum caput in deſuetudinem abijt: tertio autem capite legis Aquiliæ cauetur cæterarum rerum præter homines & pecudem occiſos, ſi quis alteri damnum fecerit, ſi vſſerit, fregerit, ruperit iniuria, quanti ea res fuit in diebus triginta proximis, vt tantum æs domino dare damnetur: Si quis igitur non occiderit hominem, ſed vſſerit, fregerit, ſinè dubio ex hoc capite legis agẽdum erit [f]: & in hoc quoq; capite dolus & culpa punitur [g]: & magiſter qui in diſciplina ſeruum vulnerauit, ex hoc capite tenebitur, quia leuis duntaxat caſtigatio conceſſa eſt docenti, nimia autem præceptoris ſæuitia culpæ aſſignatur [h].

X. Ex hoc quoq; capite tenebitur, ſi quis facem ſeruo meo obiecerit, & eum aduſſerit, ſi arbuſtum meum vel villam incenderit [i]: ſi cùm die ventoſo ſtipulæ ſuæ vel ſpinæ comburendæ

 cau-

d. l. 37. liber homo ſi iuſſu § fin. h. tit.

e. d. l. 5. ſed etſi quemcunq. in prin. verſ. ſin autem & d. l. inde Neratius. §. ſi dolo. h. tit. l. 11. circumcidere. § fin. ſ. Ad. leg. Corn. de ſica. §. ſed hoc tempore. I. De his qui ſui vel alie. iu. ſunt.

f. l. 27. ſi ſeruus ſeruum. § huius legis h. tit § capite tertio. I. eod.

g. l. 30. qui occidit. §. in hac quoq. h. tit.

h. d. l. ſed etſi quemcunq. § fin. cum l. ſeq.

i. d. l. ſi ſeruus ſeruum. § huius legis verſ. proinde. & verſ. item ſi l. 1. & 2 C. eod.

cauſa, ignem in agrum ſuum intuliſſet, is vlterius euagatus, & progreſſus alienam ſegetem vel vineam læſerit: nam & qui occaſionem præſtat, damnum feciſſe videtur, eſtq; in eodem crimine, & qui non obſeruauit, ne ignis longiùs procederet: at ſi omnia quæ oportuit obſeruauit, vel ſubita vis venti longiùs ignem produxit, caret culpa [k]: Si quis inſulam meam voluerit exurere, & ignis etiam ad vicini inſulam peruenerit, vicino quoq; de inſula ipſius & inquilinis, de rebus ipſorum exuſtis, tenebitur [l]; ſerui ſi prædium exuſſerint, inquilinus vel colonus domino prædij iudicio locati vel legis Aquiliæ tenentur, ita tamen vt alterius tantùm iudicij condemnationem patiantur [m]: ſic quoq; Aquilia teneberis, ſi cùm apes meæ ad tuas aduolaſſent, eas exuſſeris [n].

XI. Rupiſſe verbum ferè omnes veteres ſic intellexerunt, corruperit [o], fractumq; & vſtum continetur ea appellatione: neq; nouum eſt, vt lex ſpecialiter quibuſdam enumeratis, generale ſubijciat verbum, quo ſpecialia complectatur [p]: rupiſſe eum itaq; accipimus, qui vulnerauit, vel virgis, vel loris, vel pugnis cecidit, vel telo vel quo alio, vt ſcinderet alicui corpus, vel tumorem faceret, ſed ita demum ſi damnum iniuria datum eſt: cæterùm ſi nullo precio ſeruum viliorem deterioremuè fecerit, neq; ſumptus in ſalutem & ſanitatem eius facti ſunt, ceſſat Aquilia, iniuriarumq; erit agendum duntaxat [q]: corrupiſſe quoq, vinum dicitur, qui id ſpurcauit, vel effudit, vel acetum fecit vel alio modo vitiauit [r].

Ex

k. *d. l. qui occidit §. in hac quoq.*

l. *d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. huius legis. verſ. ſi quis inſulam.*

m. *d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornicarius & § Procudus.*

n. *d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi cùm apes.*

o. *d. l. ſi ſeruus ſeruum. § inquit lex.*

p. *d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. cum eo planè. d. §. capite tertio. verſ. ſi quid enim. & verſ. ſeq. l. eod.*

q. *d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. rupiſſe.*

r. *d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. cum eo planè.*

XII. Ex hoc deinde capite quaſi de rupto tenebitur, qui veſtimentum ſciderit vel inquinauerit [s]: qui pugno mulierem vel ictu equam percuſſerit, vt eijceret, quiue mulum plus iuſto onerauerit, vt membrum romperet [t], qui nauem venaliciarum mercium perforauerit [u]: qui oliuam immaturam decerpſerit, vel immaturam ſegetem deſecuerit, vel vineas crudas: ſed ſi maturas, ceſſat Aquilia, cùm videatur etiam donaſſe, quæ in collectionem huiuſmodi fructuum impendũntur, niſi in terram vuas proiecit, vt effunderentur: quod ſi collecta hęc ſuſtulit, furti tenetur. Sic quoq; qui ſyluam cæduam immaturam decidit, Aquilia tenetur, ſi maturam, furti tenebitur, & arborum furtim cæſarum: ſed ſi ſalictum maturum, ita ne ſtirpes læderes, tuleris, ceſſat Aquilia [x].

ſ. d. l. ſi ſeruus ſeruum §. ſi quis veſtimenta.

t. d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi mulier.

u. d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi nauem.

x. d. l. ſi ſeruus ſeruum §. ſi oliuam. d. l. 1. C. eod.

XIII. Competit etiam ex hoc capite actio, ſi aurifaber calicem diatretum imperitia fregit, quanquam ſi propter rimas vitioſas, erit excuſatus: & ideò plerumq; artifices conueniſe ſolent, cùm eiuſmodi materiæ dantur, non periculo ſuo ſe facere, quæ res ex locato tollit actionem & Aquiliæ [y]: Si mulier margaritas extricatas, quas à marito in vſu acceperit, perforauit [z]: ſi quis ædificij alieni fores confregit, vel ædes diruit, aut parietem vel aquæductum [a]. ſi malè compoſuerit plauſtrarius lapides, & lapis è plauſtro procidens quid ruperit, fregerit [b]: ſi quis imperitum locauerit alteri mulionem, qui cùm lorum

y. d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi calicem.

z. d. l. ſi ſeruus ſeruum. § ſi cum maritus.

a. d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis ædificij. l. 45 ſcientiam. §. fin b. tit. l. 2. C. eod.

b. d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi ex plauſtro.

ad pollicem alligaſſet, mulus erupit, ita vt pollicem ſeruo auelleret, & ſe præcipitaret, ex conducto & Aquiliæ ob mulum ruptum vel debilitatum actio erit, ſicut & aduerſus eum, qui mulum turbauit, Aquiliæ actio eſt [c].

XIIII. Erit item ex hoc capite actio, ſi quis foueam fecit vrſorum ceruorumq; capiendorum cauſa in itinere, eoq; aliquid decidit, factumq; eſt deterius, cùm neq; proclamatum eſſet, neq; qui iſtas res ferebat ſcire aut prouidere potuerit [d]: Si quis laqueos poſuerit, vbi ponendi ius non habebat, & pecus vicini in eos inciderit, ſitq; deterius factum [e]: ſi protectum meum, quod ſupra domum tuam nullo iure habebam, propria authoritate recidiſti: debuiſti enim, ius mihi non eſſe protectum habere, agere, nec eſt æquum damnum me pati reciſis à te meis tignis: quamuis is per cuius ædes aquæductus citra ſeruitutem proiectus eſt, iure ſuo eum intercidere poſſit, cùm in ſuo id faciat, tu verò in alieno [f]: item ſi nauis in ſcapham vel nauem alterius, culpa nautarum impacta, damnum dederit, aduerſus nautas Aquiliæ actio erit [g].

XV. Hac actione ex hoc legis Aquiliæ capite, de omnibus etiam animalibus læſis, quæ pecudes non ſunt, agitur, veluti de cane, itemquè de apro & leone, cæteriſq; feris & auibus [h]: ſed & qui alienum animal in ſuo paſci deprehenderit, ſic illud expellere debet, quomodo, ſi ſuum deprehendiſſet: quoniam ſi quid ex ea re damnum cœpit, habet proprias actio-

c. d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis ſeruum.

d. l. 28. qui foueas. h. tit.

e. l. 29 quemadmodum. in prin. h. tit.

f. d. l. quemadmodum. §. ſi protectum.

g. d. l. quemadmodum. § ſi nauis. cum. 2. §. ſeqq.

h. d. l. quemadmodum § hac actione.

actiones, & abigere debet ſinè damno, vel admonere dominum, vt ſuum recipiat, nec iure id includit [i], & ſi id abigens percuſſerit vel vehementiùs egerit, vt ruptum ſit, vel eiecerit, Aquilia tenebitur [k]: quòd ſi cùm equum tibi commodaſſem, & plures vnà equitarent, vnus ex his irruit in equum tibi commodatum, teq́, is deiecit, & eo caſu crura inſultantis equi fracta ſunt, tecum ita actio erit, ſi tua culpa id factum ſit [l].

i. l. 39. Quintus Mutius. § fin. h. tit. l. pen. & vlt. C. eod.

k. d. l. Quintus Mutius. in prin.

l. l fin. h. tit.

XVI. Quod autem dixit Aquilius, quanti in triginta diebus proximis fuit, hæc verba etſi non habent plurimi, ſic tamen accipienda conſtat [m]: Si deletum mihi ſit chirographum, in quo ſub conditione mihi pecunia promiſſa erat, & interim teſtibus quoq; id probare poſſim, qui teſtes poſſint non eſſe, eo tempore, quo conditio extitit, ſi ſummatim re expoſita, ad ſuſpicionem iudicem adducam, debebo quidem vincere, ſed tunc condemnationis exactio fiet, cùm conditio extiterit. quòd ſi defecerit, nullas vires habebit [n]: Qui tabulas teſtamenti depoſitas, aut alterius rei inſtrumentum ita delenit, vt legi non poſſit, depoſiti actione & ad exhibendum tenetur, & Aquilia, ſi corruptam rem reſtituerit, & iniuriarum vel in factum, ſi iniuriæ faciendæ cauſa, ſecreta iudiciorum publicârit, vel deleuerit [o].

m. d. l. quemadmodum. § fin.

n. l. 40. in lege Aquilia. h. tit.

o. l. 41. ſi quis teſtamentum. & l. 42. qui tabulas. h. tit. l. 27. qui tabulas. ff. De furt.

XVII. Poteſt verò lege Aquilia agi, & ſanato vulnerato ſeruo [p]: ſi vulnerato ſeruo lege Aquilia actum ſit, poſteà mortuo eo ex vulnere, agi ex lege Aquilia nihilominùs poteſt, ſed

p. d. l. 45. ſcientiam § 1. h. tit.

ſi priori iudicio, æſtimatio deteriorationis ex vulnere præſtita ſit, doli mali exceptione oppoſita, talis moderatio obtineri poterit alterius condemnationis, vt nihil ampiius conſequatur actor, quàm conſequi deberet, ſi ab initio de occiſo homine egiſſet [q]. Quòd ſi ex plagis ſeruus mortuus ſit, neq; id medici inſcitia aut domini negligentia acciderit, rectè de iniuria occiſo eo agitur [r].

XVIII. Competit autem legis Aquiliæ actio hero, hoc eſt domino [ſ]: quamuis ſeruus fugitiuus ſit [t] & ſi cùm Titio & Seio ſeruus legatus eſſet, deliberante Seio, ſeruus occiſus ſit, quia repudiante Scio legatum, retro accreuiſſe cenſetur dominium Titio, Titius in ſolidum de ſeruo occiſo legis Aquiliæ habebit actionem [u]: ſi in eo homine, quem redhibiturus ſum, damnum iniuria datum ſit, mihi legis Aquiliæ actio competit, egoq; cùm cœpero redhibere, tibi reſtituam [x]: ſi ſeruus hæreditarius iacente hæreditate occidatur, hæres, adita hæreditate Aquilia agere poterit [y]: ſi legatus ſeruus, iacente hæreditate occidatur, legatario actio competet, modò poſt mortem ſerui, legatum agnouit: quòd ſi repudiauit, hæredi dabitur [z]: ſed ſi ipſe hæres eum occiderit, dabitur legatario in eum actio [a].

XIX. Liber homo ſuo nomine habet vtilem actionem: directam non habet, quia dominus membrorum ſuorum nemo videtur [b]. pater etiam de filio ſuo in diſciplina cluſcato aut

q. l.46. ſi vulnerato. & l. 47. ſed ſi priore. h. tit.

r. d. l. 52. ſi ex plagis. in prin. h. tit.

ſ. d. l.11 item Mela §. legis autem. h. tit.

t. d. l.13. liber homo. in pr. verſ. fugitiui. h. tit.

u. l.34. Titio & Seio. cum 2. reſponſis ſeqq. h. tit.

x. d. l. item Mela. §. ſi in eo l. 43. bouem. § ſi quis ſeruum. ſ. De ædilit. edicto.

y. d. l. liber homo. § ſi ſeruus.

z. d. l. liber homo. § fin.

a. l.14 ſed ſi ipſe. h. tit.

b. d. l. liber homo in prin.

aut vulnerato agere poteſt, & conſequetur, quod minus ex operis filij ſit habiturus,& impendia, quæ pro curatione fecit [c]: fructuario quoq; & vſuario vtile iudicium competit de damno dato [d], & ſi proprietarius ſeruum vulnerauit vel occiderit, pro portione vſusfructus, dabitur in eum actio, vt etiam ea pars anni in æſtimationem veniat, qua nondum vſusfructus in eo competebat [e]: ſi ſeruus bona fide alicui ſeruiat, in factum actio poſſeſſori danda erit [f], etiamſi dominus eum occiderit [g].

XX. Pignori datus ſeruus ſi occiſus ſit, debitori actio competit: ſed ſi creditoris intereſt, propterea quod debitor non ſit ſoluendo, aut quia litem tempore amiſit, vtilis Aquiliæ actio, vſq; ad modum debiti, creditori datur, vt proſit hoc debitori: ipſi autem debitori in id quod debitũ excedit, actio reddetur [h]: quòd ſi ipſe creditor ſeruum pignori datum occidit vel vulnerauit, poterit & lege Aquilia & pignoratitia conueniri à debitore, ſed alterutra debitor contentus eſſe debet [i]: Is, cui veſtimenta commodata ſunt, ſi ea ſciſſa fuerint, non habebit Aquiliæ actionem, ſed ſolus dominus [k].

XXI. Aduerſus eum autem, qui damnum dedit, actio competit, vſq; adeò, vt ſi vnus ex dominis communem ſeruum occiderit, alter eum, pro qua parte is dominus eſt, conuenire poſſit [l]: ſerui autem occidentis nomine dominus tenetur, etiamſi ſeruus in fuga ſit, is cui bona fide ſeruit, non tenetur [m]. Si ſeruus communis meus & tuus, ſeruum meum occiderit, Aqui-

c. d. l. 5. ſed & ſi quemcunque. §. fin. cum 2. reſponſis ſeqq. h. tit.

d. d. l. item Mela. § fin.

e. l. 12 ſed & ſi proprietatis. h. tit.

f. d. l. item Mela. § ſed ſi ſeruus.

g. l. 17. ſi dominus. h. tit.

h. d. l. 30. qui occidit. §. 1. h. tit.

i. l. 18. ſed et ſi is. h. tit.

k. d. l. item Mela. § eum cui.

l. l. 19. ſed ſi communem. cum l. ſeq. h. tit.

m. d. l. 27. ſi ſeruus ſeruum. § ſerui autem. h. tit.

Aquiliæ locus eſt aduerſus te, ſi tua voluntate fecit, ſi ſinè voluntate tua, ceſſat noxalis actio, ne ſit in poteſtate ſerui, vt tibi ſoli ſeruiat [n]: ſi ſeruus communis meus & tuus ſit occiſus à ſeruo Titij, alter ex nobis Aquilia agens aut litis æſtimationem conſequetur pro parte, aut noxæ deditionem in ſolidum, quia hæc res diuiſionem non recipit [o]: ſi eo tempore, quo tibi meus ſeruus, quem bona fide emeras, ſeruiebat, ſeruus tuus eum vulnerauit, omnino tecum Aquilia agam [p].

XXII. Si ſeruus ſeruum alienum ſurripuerit & occiderit, & furti & Aquiliæ competit actio [q]: ſed quoties ſciente domino ſeruus occidit aut vulnerat, omninò dominus & in ſolidū obligatur, vt noxæ deditione defungi non poſſit, ſcientiamq; hîc pro patientia accipimus, vt qui prohibere potuit, teneatur, ſi non fecerit [r]: Si ſeruum meum, cùm liberum putares, occideris, Aquilia mihi teneberis [ſ]: ſi ſeruus ante aditam hæreditatem damnum in re hæreditaria dederit, & liber factus in ea re damnum det, vtraq; actione tenetur, & legis Aquiliæ, et ex edicto ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit [t]: quòd ſi liber homo bona fide mihi ſeruiat, ipſe lege Aquilia mihi tenebitur [u]: Si liber homo iuſſu alterius damnum dedit, actio legis Aquiliæ cum eo eſt, qui iuſſit, ſi modò ius imperandi habuit, quòd ſi non habuit, cum eo agendum eſt, qui fecit [x].

XXIII. Mulier quoq, ſi in rem viri damnum dederit, pro tenore legis Aquiliæ conuenie-

tur

n. d.l.ſi ſeruus ſeruum. §.1.

o. d l ſi ſeruus ſeruum §. item ſi ſeruus.

p. l.38 ſi eo tempore. h tit.

q. d.l ſi ſeruus ſeruum. in prin.

r. l. 44. in Lege Aquilia § fin. cum l. 45. ſcientiam. in pr in h tit. l. 2. 3. & 4 ac paſſim toto tit. ſ. De noxal. act.

ſ. d. l. ſcientiam § ſi meum.

t. l 48. ſi ſeruus antè. h. tit l. 1 ac toto tit. ſ. Si quis teſta. lib. eſſe iuſſus fu.

u. d l. 13. liber homo. § Iulianus. h. tit.

x. l. 37. liber homo ſi iuſſu h. tit.

tur [y]: ſi ita quis boues vendiderit, vt daret experiundos, poſteà experiundos dederit, & emptoris ſeruus in experiundo ab altero boue cornu percuſſus eſt, ſi quidem emptor boues emptos habebit, non tenebitur omninò venditor, ſi verò non habet emptos, & culpa hominis factum ſit, vt à boue feriretur, non debebit præſtare venditor, ſi vitio bouis debebit [z]: Debitori etiam contra creditorem legis Aquiliæ actio competit, ſi fortè Reus ſtipulandi ante moram promiſſum animal vulnerauerit vel occidit: quòd ſi poſt moram debitoris, id factum ſit, debitor quidem liberatur, lege autem Aquilia hoc caſu non rectè experietur, quia creditor ipſe ſibi potiùs, quàm alij iniuriam feciſſe videtur [a].

y. *l. pen. h. tit.*

z. *d. l. 52. ſi ex plagis. §. quidam boues. h. tit.*

a. *l. 54. Legis Aquiliæ. h. tit.*

XXIIII. Quòd ſi cùm Stichũ aut Pamphilũ tibi promiſiſſem, & Stichus eſſet decem, Pamphilus viginti, tu Stichum ante moram occideris, quia neceſſe poſtea habeo, Pamphilum dare, Aquilia agam & conſequar quanti mea intereſt, quòd cùm viliorem priùs dare potuiſſem, nunc precioſiorem dare cogar: & ſi Pamphilus quoq; deceſſerit ſinè mora, ſufficiet pluris fuiſſe cùm occideretur vel intrà annum: atque hac ratione, etiamſi poſt mortem Pamphili intrà annum Stichus occidatur, pluris videbitur fuiſſe [b]: Si quis alienum vinum vel frumentum conſumat, quoniam non videtur damnum iniuria dare, vtilis legis Aquiliæ danda eſt actio [c].

b. *d. l. 55. Stichum aut Pamphilum. h. tit.*

c. *d. l. 30. qui occidit. § ſi quis h. tit.*

XXV. Magiſtratus etiam municipales, ſi

 dam-

damnum iniuria dederint, Aquilia tenentur: nam & cùm pecudes aliquis pignori cepit, & fame eas enecat, dum non patitur ijs cibaria afferri, in factum actione tenetur: item ſi dum putat ſe ex lege capere pignus, non ex lege ceperit, & res tritas corruptaſq; reddat, vel etiamſi ex lege ceperit, & ita deteriores reddat, Aquilia tenetur: Si quid tamen Magiſtratus aduerſus reſiſtentem violentiùs fecerit, non tenebitur Aquilia: nam & cùm pignori ſeruum cepiſſet, ſi ille ſe ſuſpenderit, nulla datur actio [d].

XXVI. Si alius mortifero vulnere percuſſerit ſeruum, alius poſteà exanimauerit, prior quidem non tenetur, quaſi occiderit, ſed quaſi vulnerauerit, quia ex alio vulnere perijt, poſterior verò tenetur, quaſi occiderit [e]: Si ſeruus vulneratus mortiferè, poſteà ruina, vel naufragio, vel alio ictu maturiùs perierit, de occiſo agi non poteſt, ſed quaſi de vulnerato: attamen ſi vel in poteſtate manens; vel manumiſſus, vel alienatus ex vulnere perijt, quaſi de occiſo agetur, quia verum eſt, eum à te occiſum eſſe tunc, cùm vulnerabas, quod mortuo eo demum apparuit, quamuis paſſa ruina non appareat, an ſit occiſus: Sed ſi vulneratum mortiferè, liberum & hæredem eſſe iuſſero, deinde deceſſerit, hæres eius Aquilia agere non poteſt, quia in eum caſum res peruênit, à quo incipere non poteſt [f].

d. d. l. 27. ſi ſeruus ſeruum. §. pen. h. tit.

e. d. l. 11. item Mela. §. Celſus ſcribit. h. tit.

f. l. 15. huic ſcripturæ. §. fin. cum l. ſeq. h. tit.

Si plu-

XXVII. Si plures ſimul ſeruum percuſſerint, ſi quidem appareat, cuius ictu perierit, ille, quaſi occiderit, tenetur: quòd ſi non appareat, omnes quaſi occiderint, tenentur, & ſi cum vno agatur, cæteri non liberantur: nam ex lege Aquilia, quod alius præſtitit, alium non releuat, cùm ſit pœna [g]: idq; in illo caſu etiam expreſſum eſt, ſi plures trabem deiecerint, & hominem oppreſſerint [h], ſicut cùm plures trabem alienam furandi cauſa ſuſtulerunt, quamuis ſubtili ratione videri poſſit, neminem eorum teneri: multa enim Iure Ciuili contra rationem diſputandi, pro vtilitate communi recepta eſſe, innumerabilibus rebus probari poteſt [i]: attamen ſi familia ſeruorum damnum fecerit, quaſi ab vno factum punietur, ſicut & in furto [k].

XXVIII. Quòd ſi ab vno ita vulneratus ſit ſeruus, vt certum ſit eo ictu moriturum, medio deinde tempore hæres inſtitutus ſit, & poſteà ab alio ictus, deceſſit, vterq; quaſi de occiſo tenebitur: æſtimatio autem non eadem in vtriuſque perſona fiet: nam qui prior vulnerauit, tantum præſtabit, quanti in anno proximo, homo plurimi fuit, repetitis ex die vulneris trecentis ſexaginta quinque diebus: poſterior in id tenebitur, quanti plurimi homo venire potuit anno proximo, quo vita exceſſit, in quo precium quoque hæreditatis erit: atq; ita eiuſdem ſerui occiſi nomine, alius maiorem, alius minorem æſtimationem præſtabit, nec mirum, cùm

g. d.l. item Mela. § ſi plures.

h. d.l. item Mela. § ſed ſi plures.

i. l. 51. ita vulneratus. aliàs l. ſi ita vulneratus. § fin. h. tit.

k. l. 32. illud quæſitum. in prin. h. tit. l. 9. ſi familia. ſ. De iuriſdict. om. iud.

vterq; eorum ex diuerſa cauſa & diuerſis temporibus hominem occidiſſe intelligatur, neq; impunita maleficia eſſe oporteat [l]: ita enim is quoq;, qui primo ſeruum vulnerauit, poſteà occidit, tanquam de duobus delictis tenetur [m], ſed ſi vulneratus fuerit ſeruus non mortiferè, negligentia autem perierit, de vulnerato actio erit, non de occiſo [n].

XXIX. Quòd ſi quis ſeruum ægrotum leuiter percuſſit, quamuis occidiſſe eum non dicatur, ideoq, Aquilia locum non habeat, quia tamen mortis cauſam præſtitit, in factum actione tenetur, ſicut is, qui venenum pro medicamento dedit, qui furenti gladium porrexit [o]: ita enim in damnis, quæ lege Aquilia nõ continentur, in factum datur actio, pro varietate caſuum [p], puta ſi quis alium impulit, vt alicui damnum daretur [q], ſi obſtetrix malum medicamentum dederit, vt ipſa mulier ſibi offerret [r], ſi quis ſeruũ fame necauerit [ſ]: ſi quis concitato equo effecerit, vt ſeruus in flumen præcipitaretur & periret, vel ſi in inſidias eum deduxerit, vt periret [t], ſi quis ſeruum tenuit & alius occidit [u], ſi quis canem irritauerit & effecerit, vt aliquem morderet [x].

XXX. Item in factum actio datur, ſi à furno, quem quis ſecundùm parietem communem habebat, paries ſit exuſtus [z]: vel ſi quis lolium aut auenam in ſegetem alienam iniecerit: non ſolùm enim quòd vi aut clam, ſed in factum quoq; agi hîc poteſt, quia alia quædam ſpecies damni eſt, ipſum quid corrumpere & mutare,

l. d. l. 51. ſi ita vulneratus. aliis. l. ſi ita vulneratus. in prin. h. tit.
m. d. l. 32. illud quæſitum. § fin. h. tit.
n. l. 30 qui occidit. § fin. h. tit.
o. d. l. 7. qua actione. § ſed ſi quis ſeruum. h. tit.
p. d. l. 33. ſi ſeruum meum. § fin h. tit.
q. d. l. qua actione. § proinde.
r. d. l. 9. item ſi obſtetrix. in prin. h. tit.
ſ. d. l. item ſi obſtetrix. §. ſi quis hominem.
t. d. l item ſi obſtetrix. § ſi ſeruum.
u. d. l. 11. item Mela. §. ſi alius. h tit.
x. d. l. item Mela. §. item cum eo.
z. d. l. 27. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi furnum.

mutare, vt lex Aquilia locum habeat, alia nulla ipſius mutatione facta, applicare aliud, cuius moleſta ſeparatio ſit [a]: & rurſus in factum datur actio ſi quis de manu mihi nummos excuſſerit, vt in flumen, vel in mare, vel in cloacam ceciderint, quanquàm ſi ita excuſſerit, vt ad alium peruenirent, etiam de furto agi poteſt, quaſi ope & conſilio facto [b]: ſi tector, cui lacum locaueram vino plenum curandum, lacum pertudit, vt vinum ſit effuſum [c], ſi quis fumo apes meas fugauerit vel necauerit [d], ſi quis alienos boues in anguſtum locum coegerit, vt deijcerentur [e], ſi quid per iniuriam depaſtum ſit [f].

XXXI. Datur autem de damno actio & hæredi cæteriſq; ſucceſſoribus, ſed non in hæredem vel cæteros, cùm ſit pœnalis, niſi fortè ex damno locupletior hæres factus ſit [g]: ſed cùm in confitentem in ſimplum actio detur [h], fit vt eo caſu magis æſtimandæ, quàm iudicandæ rei iudex detur, altero parato, æſtimationem ſoluere, altero magni litem æſtimante: in confitentem enim nullæ ſunt partes iudicis, ideoq; iudex de æſtimatione tantùm pronunciabit [i]: ſi quis hominem viuum falsò confiteatur occidiſſe ſe aut vulneraſſe, & paratus poſteà ſit oſtendere hominem viuere, vel vulneratum à ſe non fuiſſe, audiendus erit: tantùm enim probandi neceſſitatem, hominem occiſum aut vulneratum eſſe, confeſſoria hæc actio remittit actori [k]: Si procurator aut tutor, aut curator,

a. *d. l. ſi ſeruus ſeruum §. inquit lex. & § ſi quis veſtimenta. verſ. item ſi quis.*

b. *d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis de manu.*

c. *d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. fin.*

d. *d. l. 49. ſi quis fumo. h. tit.*

e. *l. 53. boues alienos. h. tit.*

f. *l. vlt. C. h. tit.*

g. *d. l. 23. inde Neratius §. hanc. actionem. h. tit.*

h. *l. 2. in prin. d. l. inde Neratius. §. hæc actio h. tit. & concordat tex in prin. tit. I. eod §. ex maleficijs. & §. in duplum I. De act. l. 4 contra. C. h. tit. & dictum eſt. ſ. nu. 1.*

i. *l. 25. proinde. §. fin. cum l. 26 puto enim. h. tit.*

k. *d. l. inde Neratius. §. fin. cum 2. reſponſis ſeq. h. t.*

aut quiuis alius confiteatur, abſentem vulneraſſe, vtilis in eos actio datur [l].

XXXII. Sunt autem caſus aliquot, in quibus de damno dato, actio omninò denegatur, puta ſi furioſus vel infans aut impubes damnum dederit, niſi ſit iniuriæ capax & pubertati proximus [m], ſi quis adulterum deprehenſum, ſeruum alienum occiderit [n], ſi quis iuſto metu ductus ne ad ſe ignis perueniret, arcendi incendij gratia vicinas ædes intercidit, ſiue poſteà eò peruênit ignis, ſiue antè extinctus ſit [o]: ſi cum pila complures luderent, quidam ex his ſeruum, cùm pilam percipere conaretur, impulit, ſeruuſq; cecidit & crus fregit, quia caſu magis quàm culpa crus fregiſſe cenſetur [p]: item ſi puerum quis caſtrauerit, & preciosiorem fecerit, ceſſat Aquilia, ſed iniuriarum erit agendum, aut ex edicto Aedilium aut in quadruplum [q].

XXXIII. Ceſſat etiam legis Aquiliæ ſeu de damno dato actio, in eo, quod tuendi, non etiam vlciſcendi cauſa factum eſt: qui enim cùm aliter ſe tueri non poſſunt, damni culpam dederint, innoxij ſunt, quia vim vi defendere, omnes leges omniaq; iura permittunt [r], atque ita latronem inſidiantem, vel aggreſſorem impunè occidere licet, & naturalis ratio, aduerſus periculum ſeſe defendere permittit: lex quoq; 12. tabularum furem noctu deprehenſum, ita occidere permittit, vt tamen id ipſum cum clamore teſtificetur: interdiu deprehenſum, ita permittit occidere, ſi is ſe telo defendat,

l. *d. l. proinde. §. 1.*

m. *d. l. 5. ſed et ſi quemcunq; §. & ideò b. tit. l. 12. infans. ſ. Ad leg. Corn. de ſicar. l. iii pupil. um. in prin. ſ. De reg. iur. l. 1 & ſeqq. ſ. De delictis puerôr.*

n. *d. l. 30. qui occidit. in prin. h tit.*

o. *d. l. 49. ſi quis fumo. §. fin. h tit.*

p. *d. l. 52. ſi ex plagis. §. fin.*

q. *d. l. 27. ſi ſeruus ſeruum. § & ſi puerum. h. tit.*

r. *d. l. 45 ſcientiam. § qui cùm aliter. h. tit. l. 3. vt vim. ſ. De iuſt. & iur l. 12. ſed & paſſus. §. quæri. ſ. Quòd metus cauſa. l. 1. §. vim vi. & l. 3. §. eum igitur. ſ. De vi & vi armata. l. pen. § fin. ſ. Ad leg. Iul. de vi publica. l. 1. C. Vnde vi. Cicero latiſſimè & elegantiſſimè in oratione pro Milone.*

dat,

dat, vt tamen æquè cum clamore teſtificetur: ſi tamen cùm poſſet apprehendere, maluit occidere, iniuria feciſſe videbitur, & lege etiam Cornelia tenebitur [f].

f. l. 3. 4. & 5. in prin. h. tit. l. 2. l. 3. l. 4. ſi vt allegas. l. 5. liceat. C. Ad legem Cornel. de ſicar.

XXXIIII. Non habet etiam Aquilia locum, ſi cùm aliqui in campo per luſum iacularentur, ſeruus per eum locum tranſiens, occiſus ſit, niſi data opera id ſit factum [t]: ſi in colluctatione, vel in pancratiô, vel pugiles dum inter ſe exercentur, alius alium in publico certamine occiderit, quia gloriæ & virtutis non iniuriæ gratia videtur damnum datum: ſed hoc in filiofamiliâs ingenuo, nô in ſeruo procedit, quoniam ingenui certare ſolent: planè ſi filium cedentem vulnerauerit, aut non in certamine ſeruum occidit, Aquiliæ locus erit, niſi domino committente hoc factum ſit [u]: ſi tabernarius cum eo, qui lucernam ſuper lapidem noctu poſitam, eripiebat, certans, & vt mitteret, flagello, in quo dolo inerat, verberatus, oculum ei non data opera effodit, Aquilia non tenebitur, ſed ſi ab eo prior non vapulaſſet, tenebitur [x].

t. d. l. 9. item ſi obſtetrix. §. fin. h. tit.

u. d. l. 7. qua actione. §. ſi quis. h. tit.

x. d. l. 52 ſi ex plagis. §. 1. h. tit.

XXXV. Si putator, cùm ex arbore ramum, vel machinarius, cùm quid deijceret, hominem prætereuntem occidit, ita tenetur, ſi in publicum vel in priuatum locum deiecit, quò iter eſſet, nec proclamauit vt caſus euitari poſſet: Culpa enim eſt quòd cùm à diligente prouideri poteſt, non eſt prouiſum, aut ſi tum denunciatum ſit, cùm periculum non poſſet euitari: quòd ſi nullum iter erit, dolum

dun-

dunctaxat præſtabit, ne immittat in eum, quem viderit tranſeuntem: nam culpa ab eo exigenda non eſt, cùm diuinare non potuerit, an per eum locum aliquis tranſiturus ſit [y].

y. l. 31. ſi putator. & fa. l. 28 qui foueas. h. tit.

Diſputat. II. Reſpond. Criſpinus Beckſchleger, Bartenſteinenſis, Boruſſus.

De his qui deiecerunt vel effuderunt: Tit. 3.

1. 2. *De deiecto vel effuſo actio quomodò detur?*
3. 4. *Aduerſus quem detur?*
5. 6. *Ad quid, & cui detur?*
7. 8. *Actio de poſito & ſuſpenſo, quomodò & in quem detur?*

I. Actioni Legis Aquiliæ proxima eſt Actio de deiectis & effuſis: ſi quis enim ipſe damnum non dederit, ſed fortè ex cœnaculo eius, cuius habitationem habebat, alius in eum locum, quô vulgò iter fit, vel in quo conſiſtitur, cùm non eſſet priùs proclamatum, aliquid deiecerit vel effuderit, ita vt alicui noceretur, huic Actioni locus eſt [a]: is autem, qui deijcientis nomine conuentus & condemnatus eſt, aduerſus deijcientem habet actionem in factum, vel locati [b].

a. §. item is ex cuius. I. De oblig. quæ quaſi ex delict. naſ. l. 1. in prin. h. tit.

b. l. 5. ſi verò plures. §. cùm autem. h. tit.

II. Parui autem intereſt, vtrum publicus locus ſit, in quo alicui nocitum eſt, an verò priuatus, dummodò per eum vulgò iter fiat: publicè enim vtile eſt, ſinè metu & periculo per itinera commeari, & ſemper ea loca, per quæ vulgò iter fit, eandem ſecuritatem habere debent, iterq; facientibus non publicis vijs hac in re ſtudetur [c]: pertinetq; hæc actio, non tantùm ad ciuitates & vicos, ſed & ad vias, quâ vulgò iter

c. d. l. 1. in prin. & §. 1

iter fit, ſi interdiu deiectum ſit, non nocte [d]: Quod cùm ſuſpenderetur, quoduè ſuſpenſum decidit, pro deiecto quoq; haberi magis eſt: proinde etſi quid pendens, effuſum ſit, quamuis nemo hoc effuderit, Actioni huic locus erit [e].

d. d.l pen.h.tit.

e. d l.1.§ quòd cùm.

III. Pollicetur verò hanc in factum actionem Prætor, in eum, qui inhabitat, non in dominum ædium [f]: & habitare dicimus vel in ſuo, vel in conducto, vel gratuito: hoſpes planè hac actione non tenebitur, ſed is qui hoſpitium dederit [g]: Si quis gratuitas habitationes dederit libertis & clientibus, vel ſuis vel vxoris, ipſe eorum nomine tenebitur: idemq; eſt, ſi quis amicis ſuis modica hoſpitiola diſtribuerit [h]: Horrearius quoq; & conductor apothecæ, itemq; qui in hoc duntaxat conductum locum habebat, vt ibi opus faceret, vel doceret, ſi per operarios eorum vel diſcentes, vel alios deiectum aliquid fuerit, hac actione tenebuntur [i].

f. d.l.1. §. hæc in factum.

g. d.l.1.§ habitare.

h. l.5.ſi verò plures.§.1. h.tit.

i. d.l.ſi verò plures. §.ſi horrearius.

IIII. Si plures in eodem cænaculo habitent, vnde deiectum eſt, in quemuis hæc actio dabitur: & quidem in ſolidum, ſed ſi cum vno fuerit actum, cæteri liberabuntur perceptione, non litis conteſtatione: præſtaturi partem damni, ſocietatis iudicio, vel vtili actione, ei, qui ſoluit [k]: Si verò plures diuiſo inter ſe cænaculo habitent, actio in eum ſolum datur, qui inhabitabat eam partem, vnde effuſum eſt [l].

k. d.l.1.§.fin. cum 3.ll. ſeqq.

l. d.l.ſi verò. in prin. & §. interdum.

V. Datur autem Prætoria hæc in factum actio, de eo, quod deiectum effuſumuè eſt,

quantum ex ea re damnum datum factumuè erit, in duplum [m]: & hæc perpetua eſt, hærediq; competit: in hæredem verò non datur [n]: ob liberum hominem occiſum quinquaginta aureorum pœna conſtituta eſt [o]: atq, hoc caſu actio intrà annum duntaxat competit, ſed nec hæredi nec in hæredem, quia ſimpliciter pœnalis eſt, & popularis [p]: Ex pluribus tamen hanc actionem deſiderantibus, ei potiſſimùm dari debet, cuius intereſt, vel qui affinitate cognationeuè defunctum contingit [q].

VI. Si verò liber homo, cui nocitum ſit, viuat, quantum ob eam rem æquum iudici videtur, actio datur, computatis mercedibus, medicis præſtitis, cæteriſq; impendijs, quæ in curatione facta ſunt, præterea operis, quibus caruit aut cariturus eſt, ob id, quòd inutilis eſt factus: cicatricum tamen aut deformitatis nulla æſtimatione facta [r]: ſicut nec veſtimentorum ſciſſura vel corruptela huc pertinet [ſ]: atque hæc actio ipſi quidem libero homini, cui nocitum ſit, perpetua erit, ſed ſi alius experiri velit, annua erit: neq; hæredibus hæreditario iure competit, quippe cùm damnum hoc non ſit pecuniarium, ſed ex bono & æquo oriatur [t].

VII. Actioni autem illi de deiectis & effuſis, ſimilis eſt hæc in factum Prætoria actio, quæ aduerſus illos datur, qui ea parte, qua vulgò iter fieri ſolet, id poſitum ſuſpenſumuè habent, quod poteſt, ſi ceciderit, alicui nocere: quo caſu pœna decem aureorum conſtituta eſt:

m. d. l. 1. in prin. & §. hæc in factum. & eſt text. in §. de eo verò. I. De oblig. quæ quaſi ex contractu naſ.

n. d. l. ſi verò. §. hæc autem actio.

o. d. l. 1. in prin. & §. ſed cùm homo d. §. de eo verò. I. De obligat. quæ quaſi ex delict. naſ.

p. d. l. ſi verò. § hæc autem actio & § fin.

q. d. l. ſi verò. §. hæc autem actio. verſ. dummodò ſciamus.

r. d. §. de eo verò. verſ. ſi verò viuat. & l. vlt. h. tit.

ſ. d. l. 1. § hæc autem verba.

t. d. l. ſi verò. §. hæc autem actio. verſ ſed ſi libero.

eſt [u] daturq; hæc actio in pœnam decem ſolidorum, contra omnes vel inquilinos vel dominos ædium, ſiue inhabitent, ſiue non, qui tamen periculoſè aliquid poſitum habent, ſiue in habitationis vel cænaculi, ſiue etiam in horrei vel cuius alterius ædificij parte, ſiue nocuit, ſiue non [x].

VIII. Si id quod poſitum erat deciderit & nocuerit, in eum competit actio, qui poſuit, non in eum qui habitauerit, quaſi hæc actio non ſufficiat: quia poſitum habuiſſe non vtiq; [y] videtur qui poſuit, niſi vel dominus fuit ædium, vel habitator [y]: Si filiusfamiliâs ſeorſim à [z] patre habitauerit, & quid ex cænaculo eius deiectum effuſumuè fuerit, ſiue quid poſitum periculoſè ſuſpenſumuè habuerit, cum ipſo filio agendum eſt [z]: Si ſeruus habitator ſit, extra ordinem corrigitur [a]: ſed aliâs ſi ſeruus inſciente domino feciſſe dicatur, noxalis actio eſt [b].

u. § cui ſimilis. I. d. tit. De obligat. quæ quaſi ex delict. naſc. & d. l. ſi verò. §. Prætor ait cum 2. ſeqq.

x. d. §. cui ſimilis. & d. l. ſi verò. §. Prætor ait. cum 2. ſeqq.

y. d. l. ſi verò. §. ſi id quod poſitum.

z. l. 1. §. ſi filiusfamiliâs. h. tit. § ſi filiusfa. I. d. tit. De obl. quæ quaſi ex delict. naſ.

a. d. l. 1. §. cùm ſeruus.

b. d. l. 1. in prin. & §. Prætor ait.

De noxalibus actionibus: Tit. 4.

1. *Noxalis actio quare introducta?*
2. 3. *Aduerſus quem, & quomodò detur?*
4. *Quomodò ex ſcientia dominus in ſolidum teneatur?*

I. NOxales actiones appellantur, quæ non ex contractu, ſed ex noxa atque maleficio ſeruorum aduerſus nos dantur, quarum vis & poteſtas hæc eſt, vt ſi damnati fuerimus, liceat nobis, deditione ipſius corporis, quod deliquerit, euitare litis æſtimationem [a].

a. l. 1. h tit.

ſi priori iudicio, æſtimatio deteriorationis ex vulnere præſtita ſit, doli mali exceptione oppoſita, talis moderatio obtineri poterit alterius condemnationis, vt nihil amplius conſequatur actor, quàm conſequi deberet, ſi ab initio de occiſo homine egiſſet [q]: Quod ſi ex plagis ſeruus mortuus ſit, neq; id medici inſcitia aut domini negligentia acciderit, recte de iniuria occiſo eo agitur [r].

XVIII. Competit autem legis Aquiliæ actio hero, hoc eſt domino [ſ]: quamuis ſeruus fugitiuus ſit [t] & ſi cùm Titio & Seio ſeruus legatus eſſet, deliberante Seio, ſeruus occiſus ſit, quia repudiante Seio legatum, retro accreuiſſe cenſetur dominium Titio, Titius in ſolidum de ſeruo occiſo legis Aquiliæ habebit actionem [u]. ſi in eo homine, quem redhibiturus ſum, damnum iniuria datum ſit, mihi legis Aquiliæ actio competit, egoq; cùm cœpero redhibere, tibi reſtituam [x]: ſi ſeruus hæreditarius iacente hæreditate occidatur, hæres, adita hereditate Aquilia agere poterit [y]: ſi legatus ſeruus, iacente hæreditate occidatur, legatario actio competet, modò poſt mortem ſerui, legatum agnouit: quod ſi repudiauit, hæredi dabitur [z]: ſed ſi ipſe hæres eum occiderit, dabitur legatario in eum actio [a].

XIX. Liber homo ſuo nomine habet vtilem actionem: directam non habet, quia dominus membrorum ſuorum nemo videtur [b]. pater etiam de filio ſuo in diſciplina eluſcato aut

q. *l. 46. ſi vulnerato. & l. 47. ſed ſi priore. h. tit*

r. *d. l. 52 ſi ex plagis. in prin. h. tit.*

ſ. *d. l. 11 item Mela §. legis autem. h tit.*

t. *d. l. 13. liber homo. in pr. verſ fugitiui. h. tit.*

u. *l. 34. Titio & Seio. cum 2. reſponſis ſeqq. h. tit.*

x. *d. l. item Mela. § ſi in eo l. 43. bouem. § ſi quis ſeruum. 5. De ædilit edicto.*

y. *d. l. liber homo. § ſi ſeruus.*

z. *d. l. liber homo. § fin.*

a. *l. 14 ſed ſi ipſe. h. tit.*

b. *d. l. liber homo in prin.*

aut vulnerato agere poteſt, & conſequetur, quod minus ex operis filij ſit habiturus,& impendia, quæ pro curatione fecit [c]: fructuario quoq; & vſuario vtile iudicium competit de damno dato [d], & ſi proprietarius ſeruum vulnerauit vel occiderit, pro portione vſusfructus, dabitur in eum actio, vt etiam ea pars anni in æſtimationem veniat, qua nondum vſusfructus in eo competebat [e]: ſi ſeruus bona fide alicui ſeruiat, in factum actio poſſeſſori danda erit [f], etiamſi dominus eum occiderit [g].

XX. Pignori datus ſeruus ſi occiſus ſit, debitori actio competit: ſed ſi creditoris intereſt, propterea quod debitor non ſit ſoluendo, aut quia litem tempore amiſit, vtilis Aquiliæ actio, vſq; ad modum debiti, creditori datur, vt proſit hoc debitori: ipſi autem debitori in id quod debitũ excedit, actio reddetur [h], quòd ſi ipſe creditor ſeruum pignori datum occidit vel vulnerauit, poterit & lege Aquilia & pignoratitia conueniri à debitore, ſed alterutra debitor contentus eſſe debet [i]: Is, cui veſtimenta commodata ſunt, ſi ea ſciſſa fuerint, non habebit Aquiliç actionem, ſed ſolus dominus [k].

XXI. Aduerſus eum autem, qui damnum dedit, actio competit, vſq; adeò, vt ſi vnus ex dominis communem ſeruum occiderit, alter eum, pro qua parte is dominus eſt, conuenire poſſit [l]: ſerui autem occidentis nomine dominus tenetur, etiamſi ſeruus in fuga ſit, is cui bona fide ſeruit, non tenetur [m]. Si ſeruus communis meus & tuus, ſeruum meum occiderit, Aqui-

c. d.l.5.ſed & ſi quemcunque. § fin. cum 2. reſponſis ſeqq. h. tit.
d. d.l. item Mela. § fin.
e. l 12 ſed & ſi proprietatis.h.tit.
f. d l. item Mela. § ſed ſi ſeruus.
g. l 17. ſi dominus. h.tit.
h. d. l 30. qui occidit. § 1. h. tit.
i. l. 18. ſed et ſi is. h. tit.
k. d. l. item Mela. § cum cui.
l. l. 19 ſed ſi communem. cum l. ſeq. h tit.
m. d l. 27. ſi ſeruus ſeruum. § ſerui autem. h. tit.

Aquiliæ locus eſt aduerſus te, ſi tua voluntate fecit, ſi ſinè voluntate tua, ceſſat noxalis actio, ne ſit in poteſtate ſerui, vt tibi ſoli ſeruiat [n]: ſi ſeruus communis meus & tuus ſit occiſus a ſeruo Titij, alter ex nobis Aquilia agens aut litis æſtimationem conſequetur pro parte, aut noxæ deditionem in ſolidum, quia hæc res diuiſionem non recipit [o]: ſi eo tempore, quo tibi meus ſeruus, quem bona fide emeras, ſeruiebat, ſeruus tuus eum vulnerauit, omnino tecum Aquilia agam [p].

XXII. Si ſeruus ſeruum alienum ſurripuerit & occiderit, & furti & Aquiliæ competit actio [q]: ſed quoties ſciente domino ſeruus occîdit aut vulnerat, omninò dominus & in ſolidũ obligatur, vt noxæ deditione defungi non poſſit, ſcientiamq; hic pro patientia accipimus, vt qui prohibere potuit, teneatur, ſi non fecerit [r]: Si ſeruum meum, cùm liberum putares, occideris, Aquilia mihi teneberis [ſ]: ſi ſeruus ante aditam hæreditatem damnum in re hæreditaria dederit, & liber factus in ea re damnum det, vtraq; actione tenetur, & legis Aquiliæ, et ex edicto ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit [t]: quòd ſi liber homo bona fide mihi ſeruiat, ipſe lege Aquilia mihi tenebitur [u]: Si liber homo iuſſu alterius damnum dedit, actio legis Aquiliæ cum eo eſt, qui iuſſit, ſi modò ius imperandi habuit, quòd ſi non habuit, cum eo agendum eſt, qui fecit [x].

XXIII. Mulier quoq, ſi in rem viri damnum dederit, pro tenore legis Aquiliæ conuenietur

n. d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. 1.

o. d l ſi ſeruus ſeruum §. item ſi ſeruus.

p. l. 18 ſi eo tempore. h tit.

q. d. l ſi ſeruus ſeruum. in prin.

r. l. 44. in Lege Aquilia § fin. cum l. 45. ſcientiam. in pr in h tit. l. 2. 3. & 4 ac paſſim toto tit. ſ. De noxal. act.

ſ d. l. ſcientiam § ſi meum.

t. l 48. ſi ſeruus antè. h. tit l. 1 ac toto tit. ſ. Si quis teſta. lib. eſſe iuſſus fu.

u. d l. 13. liber homo. §. Iulianus. h. tit.

x l. 37. liber homo ſi iuſſu h. tit.

tur y: ſi ita quis boues vendiderit, vt daret experiundos, poſteà experiundos dederit, & emptoris ſeruus in experiundo ab altero boue cornu percuſſus eſt, ſi quidem emptor boues emptos habebit, non tenebitur omninò venditor, ſi verò non habet emptos, & culpa hominis factum ſit, vt à boue feriretur, non debebit præſtare venditor, ſi vitio bouis debebit z: Debitori etiam contra creditorem legis Aquiliæ actio competit, ſi fortè Reus ſtipulandi ante moram promiſſum animal vulnerauerit vel occidit: quòd ſi poſt moram debitoris, id factum ſit, debitor quidem liberatur, lege autem Aquilia hoc caſu non rectè experietur, quia creditor ipſe ſibi potiùs, quàm alij iniuriam feciſſe videtur a.

y. *l. pen. h. tit.*

z. *d. l. 52. ſi ex plagis. §. quidam boues. h. tit.*

a. *l. 54. Legis Aquiliæ. h. tit.*

XXIIII. Quòd ſi cùm Stichũ aut Pamphilũ tibi promiſiſſem, & Stichus eſſet decem, Pamphilus viginti, tu Stichum ante moram occideris, quia neceſſe poſtea habeo, Pamphilum dare, Aquilia agam & conſequar quanti mea intereſt, quòd cùm viliorem priùs dare potuiſſem, nunc precioſiorem dare cogar: & ſi Pamphilus quoq; deceſſerit ſinè mora, ſufficiet pluris fuiſſe cùm occideretur vel intrà annum: atque hac ratione, etiamſi poſt mortem Pamphili intrà annum Stichus occidatur, pluris videbitur fuiſſe b: Si quis alienum vinum vel frumentum conſumat, quoniam non videtur damnum iniuria dare, vtilis legis Aquiliæ danda eſt actio c.

b. *d. l. 55. Stichum aut Pamphilum. h. tit.*

c. *d. l. 30. qui occidit. § ſi quis h. tit.*

XXV. Magiſtratus etiam municipales, ſi

damnum iniuria dederint, Aquilia tenentur: nam & cùm pecudes aliquis pignori cepit, & fame eas enecat, dum non patitur ijs cibaria afferri, in factum actione tenetur: item ſi dum putat ſe ex lege capere pignus, non ex lege ceperit, & res tritas corruptaſq; reddat, vel etiamſi ex lege ceperit, & ita deteriores reddat, Aquilia tenetur: Si quid tamen Magiſtratus aduerſus reſiſtentem violentiùs fecerit, non tenebitur Aquilia: nam & cùm pignori ſeruum cepiſſet, ſi ille ſe ſuſpenderit, nulla datur actio [d].

d. d. l. 27. ſi ſeruus ſeruum. §. pen. h. tit.

XXVI. Si alius mortifero vulnere percuſſerit ſeruum, alius poſteà exanimauerit, prior quidem non tenetur, quaſi occiderit, ſed quaſi vulnerauerit, quia ex alio vulnere perijt, poſterior verò tenetur, quaſi occiderit [e]: Si ſeruus vulneratus mortiferè, poſteà ruina, vel naufragio, vel alio ictu maturiùs perierit, de occiſo agi non poteſt, ſed quaſi de vulnerato: attamen ſi vel in poteſtate manens; vel manumiſſus, vel alienatus ex vulnere perijt, quaſi de occiſo agetur, quia verum eſt, eum à te occiſum eſſe tunc, cùm vulnerabas, quod mortuo eo demum apparuit, quamuis paſſa ruina non appareat, an ſit occiſus: Sed ſi vulneratum mortiferè, liberum & hæredem eſſe iuſſero, deinde deceſſerit, hæres eius Aquilia agere non poteſt, quia in eum caſum res peruênit, à quo incipere non poteſt [f].

e. d. l. 11. item Mela. §. Celſus ſcribit. h. tit.

f. l. 15. huic ſcripturæ. §. fin. cum l. ſeq. h. tit.

Si plu-

XXVII. Si plures ſimul ſeruum percuſſerint, ſi quidem appareat, cuius ictu perierit, ille, quaſi occiderit, tenetur · quòd ſi non appareat, omnes quaſi occiderint, tenentur, & ſi cum vno agatur, cæteri non liberantur: nam ex lege Aquilia, quod alius præſtitit, alium non releuat, cùm ſit pœna [g]: idq; in illo caſu etiam expreſſum eſt, ſi plures trabem deiecerint, & hominem oppreſſerint [h], ſicut cùm plures trabem alienam furandi cauſa ſuſtulerunt, quamuis ſubtili ratione videri poſſit, neminem eorum teneri: multa enim Iure Ciuili contra rationem diſputandi, pro vtilitate communi recepta eſſe, innumerabilibus rebus probari poteſt [i]: attamen ſi familia ſeruorum damnum fecerit, quaſi ab vno factum punietur, ſicut & in furto [k].

g. d.l. item Mela. § ſi plures.

h. d.l. item Mela. § ſed ſi plures.

i. l. 51. ita vulneratus. aliàs l. ſi ita vulneratus. § fin. h. tit.

k. l. 32. illud quæſitum. in prin. h tit. l. 9. ſi familia. ſ. De iuriſdict. om. iud.

XXVIII. Quòd ſi ab vno ita vulneratus ſit ſeruus, vt certum ſit eo ictu moriturum, medio deinde tempore hæres inſtitutus ſit, & poſteà ab alio ictus, deceſſit, vterq; quaſi de occiſo tenebitur: æſtimatio autem non eadem in vtriuſque perſona fiet: nam qui prior vulnerauit, tantum præſtabit, quanti in anno proximo, homo plurimi fuit, repetitis ex die vulneris trecentis ſexaginta quinque diebus: poſterior in id tenebitur, quanti plurimi homo venire potuit anno proximo, quo vita exceſſit, in quo precium quoque hæreditatis erit: atq; ita eiuſdem ſerui occiſi nomine, alius maiorem, alius minorem æſtimationem præſtabit, nec mirum, cùm

vterq; eorum ex diuerſa cauſa & diuerſis temporibus hominem occidiſſe intelligatur, neq; impunita maleficia eſſe oporteat [l]: ita enim is quoq;, qui primo ſeruum vulnerauit, poſteà occidit, tanquam de duobus delictis tenetur [m], ſed ſi vulneratus fuerit ſeruus non mortiferè, negligentia autem perierit, de vulnerato actio erit, non de occiſo [n].

XXIX. Quòd ſi quis ſeruum ægrotum leuiter percuſſit, quamuis occidiſſe eum non dicatur, ideoq́, Aquilia locum non habeat, quia tamen mortis cauſam præſtitit, in factum actione tenetur, ſicut is, qui venenum pro medicamento dedit, qui furenti gladium porrexit [o]: ita enim in damnis, quæ lege Aquilia nõ continentur, in factum datur actio, pro varietate caſuum [p], puta ſi quis alium impulit, vt alicui damnum daretur [q], ſi obſtetrix malum medicamentum dederit, vt ipſa mulier ſibi offerret [r], ſi quis ſeruũ fame necauerit [ſ]: ſi quis concitato equo effecerit, vt ſeruus in flumen præcipitaretur & periret, vel ſi in inſidias eum deduxerit, vt periret [t], ſi quis ſeruum tenuit & alius occidit [u], ſi quis canem irritauerit & effecerit, vt aliquem morderet [x].

XXX. Item in factum actio datur, ſi à furno, quem quis ſecundùm parietem communem habebat, paries ſit exuſtus [z]: vel ſi quis lolium aut auenam in ſegetem alienam iniecerit: non ſolùm enim quòd vi aut clam, ſed in factum quoq; agi hîc poteſt, quia alia quædam ſpecies damni eſt, ipſum quid corrumpere & mutare,

l. d. l. 51. ſi ita vulneratus. aliis. l. ſi ita vulneratus. in prin. h. tit.

m. d. l. 32. illud quæſitum. § fin. h. tit.

n. l. 30. qui occidit. § fin. h. tit.

o. d. l. 7. qua actione. § ſed ſi quis ſeruum. h. tit.

p. d. l. 33. ſi ſeruum meum. § fin. h. tit.

q. d. l. qua actione. § proinde.

r. d. l. 9. item ſi obſtetrix. in prin. h. tit.

ſ. d. l. item ſi obſtetrix. § ſi quis hominem.

t. d. l. item ſi obſtetrix. § ſi ſeruum.

u. d. l. 11. item Mela. § ſi alius. h. tit.

x. d. l. item Mela. § item cum eo.

z. d. l. 27. ſi ſeruus ſeruum. § ſi furnum.

mutare, vt lex Aquilia locum habeat, alia nulla ipſius mutatione facta, applicare aliud, cuius moleſta ſeparatio ſit [a]: & rurſus in factum datur actio ſi quis de manu mihi nummos excuſſerit, vt in flumen, vel in mare, vel in cloacam ceciderint, quanquàm ſi ita excuſſerit, vt ad alium peruenirent, etiam de furto agi poteſt, quaſi ope & conſilio facto [b]: ſi tector, cui lacum locaueram vino plenum curandum, lacum pertudit, vt vinum ſit effuſum [c], ſi quis fumo apes meas fugauerit vel necauerit [d], ſi quis alienos boues in anguſtum locum coegerit, vt deijcerentur [e], ſi quid per iniuriam depaſtum ſit [f].

XXXI. Datur autem de damno actio & hæredi cæteriſq; ſucceſſoribus, ſed non in hæredem vel cæteros, cùm ſit pœnalis, niſi fortè ex damno locupletior hæres factus ſit [g]: ſed cùm in confitentem in ſimplum actio detur [h], fit vt eo caſu magis æſtimandæ, quàm iudicandæ rei iudex detur, altero parato, æſtimationem ſoluere, altero magni litem æſtimante: in confitentem enim nullæ ſunt partes iudicis, ideoq; iudex de æſtimatione tantùm pronunciabit [i]: ſi quis hominem viuum falſò confiteatur occidiſſe ſe aut vulneraſſe, & paratus poſteà ſit oſtendere hominem viuere, vel vulneratum à ſe non fuiſſe, audiendus erit: tantùm enim probandi neceſſitatem, hominem occiſum aut vulneratum eſſe, confeſſoria hæc actio remittit actori [k]: Si procurator aut tutor, aut curator, aut

a. d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex. & § ſi quis veſtimenta. verſ. item ſi quis.

b. d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis de manu.

c. d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. fin.

d. d. l. 49. ſi quis fumo. h. tit.

e. l. 53. boues alienos. h. tit.

f. l. vlt. C. h. tit.

g. d. l. 23. inde Neratius §. hanc. actionem. h. tit.

h. l 2. in prin d l inde Neratius. §. hæc actio h. tit. & concordat tex in prin tit. I. eod §. ex maleficijs. & §. in duplum I. De act l 4 contra. C. h tit & dictum eſt. ſ. nu. 1.

i. l. 25. proinde. §. fin cum l 25 puto enim h. tit.

k. d. l. inde Neratius. §. fin. cum 2. reſponſis ſeq h. t.

aut quiuis alius confiteatur, abſentem vulneraſſe, vtilis in eos actio datur [l].

l. d. l proinde. §. 1.

XXXII. Sunt autem caſus aliquot, in quibus de damno dato, actio omninò denegatur, puta ſi furioſus vel infans aut impubes damnum dederit, niſi ſit iniuriæ capax & pubertati proximus [m], ſi quis adulterum deprehenſum, ſeruum alienum occiderit [n], ſi quis iuſto metu ductus ne ad ſe ignis perueniret, arcendi incendij gratia vicinas ædes intercidit, ſiue poſteà eò peruênit ignis, ſiue antè extinctus ſit [o]: ſi cum pila complures luderent, quidam ex his ſeruum, cùm pilam percipere conaretur, impulit, ſeruuſq; cecidit & crus fregit, quia caſu magis quàm culpa crus fregiſſe cenſetur [p]: item ſi puerum quis caſtrauerit, & precioſiorem fecerit, ceſſat Aquilia, ſed iniuriarum erit agendum, aut ex edicto Aedilium aut in quadruplum [q].

m. d. l. 5. ſed et ſi quemcunq; §. & ideò h. tit. l. 12. infans. ff. Ad leg. Corn. de ſicar. l. iii pupillum. in prin. ff. De reg. iur. l. 1 & ſeqq. x. De delictis puerôr.
n. d. l. 30. qui occidit. in prin. h tit.
o. d. l. 49. ſi quis fumo. §. fin. h tit.
p. d. l. 52. ſi ex plagis. §. fin.
q. d. l. 27. ſi ſeruus ſeruum. §. & ſi puerum. h. tit.

XXXIII. Ceſſat etiam legis Aquiliæ ſeu de damno dato actio, in eo, quod tuendi, non etiam vlciſcendi cauſa factum eſt: qui enim cùm aliter ſe tueri non poſſunt, damni culpam dederint, innoxij ſunt, quia vim vi defendere, omnes leges omniaq; iura permittunt [r], atque ita latronem inſidiantem, vel aggreſſorem impunè occidere licet, & naturalis ratio, aduerſus periculum ſeſe defendere permittit: lex quoq; 12. tabularum furem noctu deprehenſum, ita occidere permittit, vt tamen id ipſum cum clamore teſtificetur: interdiu deprehenſum, ita permittit occidere, ſi is ſe telo defendat,

r. d l 45 ſcientiam. § qui cùm aliter. h. tit. l. 3. vt vim. ff. De iuſt. & iur l. 12. ſed & paſſus. §. quæri. ff. Quòd metus cauſa. l. 1. §. vim vi. & l. 3. §. eum igitur. ff. De vi & vi armata. l. pen. § fin. ff. Ad leg. Iul. de vi publica. l. 1. C. Vnde vi. Cicero latiſſimè & elegantiſſimè in oratione pro Milone.

dat, vt tamen æquè cum clamore teſtificetur: ſi tamen cùm poſſet apprehendere, maluit occidere, iniuria feciſſe videbitur, & lege etiam Cornelia tenebitur [f].

XXXIIII. Non habet etiam Aquilia locum, ſi cùm aliqui in campo per luſum iacularentur, ſeruus per eum locum tranſiens, occiſus ſit, niſi data opera id ſit factum [t]: ſi in colluctatione, vel in pancratiô, vel pugiles dum inter ſe exercentur, alius alium in publico certamine occiderit, quia gloriæ & virtutis non iniuriæ gratia videtur damnum datum: ſed hoc in filiofamiliâs ingenuo, nō in ſeruo procedit, quoniam ingenui certare ſolent: planè ſi filium cedentem vulnerauerit, aut non in certamine ſeruum occidit, Aquiliæ locus erit, niſi domino committente hoc factum ſit [u]: ſi tabernarius cum eo, qui lucernam ſuper lapidem noctu poſitam, eripiebat, certans, & vt mitteret, flagello, in quo dolo inerat, verberatus, oculum ei non data opera effodit, Aquilia non tenebitur, ſed ſi ab eo prior non vapulaſſet, tenebitur [x].

XXXV. Si putator, cùm ex arbore ramum, vel machinarius, cùm quid deijceret, hominem prætereuntem occîdit, ita tenetur, ſi in publicum vel in priuatum locum deiecit, quô iter eſſet, nec proclamauit vt caſus euitari poſſet: Culpa enim eſt quòd cùm à diligente prouideri poteſt, non eſt prouiſum, aut ſi tum denunciatum ſit, cùm periculum non poſſet euitari: quòd ſi nullum iter erit, dolum

dun-

f. l. 3. 4. & 5. in prin. h. tit. l. 2. l. 3. l. 4. ſi vt allegas. l. 5. liceat C. Ad legem Cornel. de ſicar.

t. d. l. 9. item ſi obſtetrix. §. fin. h. tit.

u. d. l. 7. qua actione. §. ſi quis. h. tit.

x. d. l. 52 ſi ex plagis. §. 1. h. tit.

duntaxat præſtabit, ne immittat in eum, quem viderit tranſeuntem: nam culpa ab eo exigenda non eſt, cùm diuinare non potuerit, an per eum locum aliquis tranſiturus ſit *y*.

y. l. 31. ſi putator. & fa. l. 28 qui foucas. h. tit.

Diſputat. II. Reſpond. Criſpinus Beekſchleger, Bartenſteinenſis, Boruſſus.

De his qui deiecerunt vel effuderunt: Tit. 3.

1. 2. *De deiecto vel effuſo actio quomodò detur?*
3. 4. *Aduerſus quem detur?*
5. 6. *Ad quid, & cui detur?*
7. 8. *Actio de poſito & ſuſpenſo, quomodò & in quem detur?*

I. ACtioni Legis Aquiliæ proxima eſt Actio de deiectis & effuſis: ſi quis enim ipſe damnum non dederit, ſed forte ex cœnaculo eius, cuius habitationem habebat, alius in eum locum, quô vulgò iter fit, vel in quo conſiſtitur, cùm non eſſet priùs proclamatum, aliquid deiecerit vel effuderit, ita vt alicui noceretur, huic Actioni locus eſt [a]: is autem, qui deijcientis nomine conuentus & condemnatus eſt, aduerſus deijcientem habet actionem in factum, vel locati [b].

a. §. item is ex cuius. I. De oblig. quæ quaſi ex delict. naſ. l. 1. in prin. h. tit.

b. l. 5. ſi verò plures. §. cùm autem. h. tit.

II. Parui autem intereſt, vtrum publicus locus ſit, in quo alicui nocitum eſt, an verò priuatus, dummodò per eum vulgò iter fiat: publicè enim vtile eſt, ſinè metu & periculo per itinera commeari, & ſemper ea loca, per quæ vulgò iter fit, eandem ſecuritatem habere debent, iterq; facientibus non publicis vijs hac in re ſtudetur [c]: pertinetq; hæc actio, non tantùm ad ciuitates & vicos, ſed & ad vias, quâ vulgò iter

c. d. l. 1. in prin. & §. 1

iter ſit, ſi interdiu deiectum ſit, non nocte [d]: Quod cùm ſuſpenderetur, quoduè ſuſpenſum decidit, pro deiecto quoq; haberi magis eſt: proinde etſi quid pendens, effuſum ſit, quamuis nemo hoc effuderit, Actioni huic locus erit [e].

d. d. l. pen. h. tit.

e. d. l. 1. § quòd cùm.

III. Pollicetur verò hanc in factum actionem Prætor, in eum, qui inhabitat, non in dominum ædium [f]: & habitare dicimus vel in ſuo, vel in conducto, vel gratuito: hoſpes planè hac actione non tenebitur, ſed is qui hoſpitium dederit [g]: Si quis gratuitas habitationes dederit libertis & clientibus, vel ſuis vel vxoris, ipſe eorum nomine tenebitur: idemq; eſt, ſi quis amicis ſuis modica hoſpitiola diſtribuerit [h]: Horrearius quoq; & conductor apothecæ, itemq; qui in hoc duntaxat conductum locum habebat, vt ibi opus faceret, vel doceret, ſi per operarios eorum vel diſcentes, vel alios deiectum aliquid fuerit, hac actione tenebuntur [i].

f. d. l. 1. §. hæc in factum.

g. d. l. 1. § habitare.

h. l. 5. ſi verò plures. §. 1. h. tit.

i. d. l. ſi verò plures. § ſi horrearius.

IIII. Si plures in eodem cænaculo habitent, vnde deiectum eſt, in quemuis hæc actio dabitur: & quidem in ſolidum, ſed ſi cum vno fuerit actum, cæteri liberabuntur perceptione, non litis conteſtatione: præſtaturi partem damni, ſocietatis iudicio, vel vtili actione, ei, qui ſoluit [k]: Si verò plures diuiſo inter ſe cænaculo habitent, actio in eum ſolum datur, qui inhabitabat eam partem, vnde effuſum eſt [l].

k. d. l. 1. § fin. cum 3. ll. ſeqq.

l. d. l. ſi verò. in prin. & §. interdum.

V. Datur autem Prætoria hæc in factum actio, de eo, quod deiectum effuſumuè eſt,

eſt [u] daturq́; hæc actio in pœnam decem ſolidorum, contra omnes vel inquilinos vel dominos ædium, ſiue inhabitent, ſiue non, qui tamen periculoſè aliquid poſitum habent, ſiue in habitationis vel cænaculi, ſiue etiam in horrei vel cuius alterius ædificij parte, ſiue nocuit, ſiue non [x].

VIII. Si id quod poſitum erat deciderit & nocuerit, in eum competit actio, qui poſuit, non in eum qui habitauerit, quaſi hæc actio non ſufficiat: quia poſitum habuiſſe non vtiq; videtur qui poſuit, niſi vel dominus fuit ædium, vel habitator [y]: Si filiusfamiliâs ſeorſim à patre habitauerit, & quid ex cænaculo eius deiectum effuſumuè fuerit, ſiue quid poſitum periculoſè ſuſpenſumuè habuerit, cum ipſo filio agendum eſt [z]: Si ſeruus habitator ſit, extra ordinem corrigitur [a]: ſed aliâs ſi ſeruus inſciente domino feciſſe dicatur, noxalis actio eſt [b].

u. *§. cui ſimilis. I. d. tit. De oblig at. quæ quaſi ex delict. naſc. & d. l. ſi verò. §. Prætor ait cum 2 ſeqq.*

x. *d. §. cui ſimilis. & d. l. ſi verò. §. Prætor ait. cum 2. ſeqq.*

y. *d. l. ſi verò. §. ſi id quod poſitum.*

z. *l. 1. §. ſi filiusfamiliâs. h. tit. § ſi filiusfa. I. d. tit. De obl. quæ quaſi ex delict. naſ.*

a. *d. l. 1. §. cùm ſeruus.*

b. *d. l. 1. in prin. & §. Prætor ait.*

De noxalibus actionibus: Tit. 4.

1. *Noxalis actio quare introducta?*
2. 3. *Aduerſus quem, & quomodò detur?*
4. *Quomodò ex ſcientia dominus in ſolidum teneatur?*

I. NOxales actiones appellantur, quæ non ex contractu, ſed ex noxa atque maleficio ſeruorum aduerſus nos dantur, quarum vis & poteſtas hæc eſt, vt ſi damnati fuerimus, liceat nobis, deditione ipſius corporis, quod deliquerit, euitare litis æſtimationem [a].

a. *l. 1. h tit.*

II. Aduerſus dominum autem noxalis actio datur, ſi apud eum ſeruus ſit [b]: alioqui dabitur aduerſus bonæ fidei vel malæ fidei poſſeſſorem [c]: quòd ſi quis neget, ſeruum in ſua poteſtate eſſe, ad electionem actoris, vel deierare cogitur, vel ſinè noxæ deditione, iudicium in eum redditur [d].

III. Sunt autem noxales actiones perpetuę & tamdiu locum habent quàm diu ſerui dedendi facultatem habemus: & ſucceſſoribus dantur, itemq; aduerſus ſucceſſores locum habent [e]: ibiq; defendi & exhiberi debet ſeruus, vbi deliquit [f]: De delicto filij cum patre noxaliter non agitur: ſed ſi à patre non defendatur, in ipſum filium iudicium redditur [g].

IIII. Sanè ſi ſciente domino, & cùm poſſet, non prohibente, noxam ſeruus commiſit, in ſolidum dominus tenetur [h], etiamſi alienauerit ſeruum vel manumiſerit, vel mortuus ſit ſeruus: ſed ſi ipſe dominus deceſſerit, hæres ex ſcientia eius non tenetur [i]: & alioqui cum altero iudicio actum eſt, in altero Rei iudicatæ exceptio obſtat [k].

b. l. 7. noxalis autem. h. tit.
c. l. 11. bonafide. cum 2. ſeqq. h. tit.
d. l. 21. quoties. §. Prætor ait. cum aliquot reſponſis ſeqq. h. tit.
e. l. pen. h. tit.
f. l. vlt. h. tit.
g. § fin. I. De noxal. act. l. 33. noxali iudicio. cum 3. ſeqq. h. tit.
h. l. 2 in prin. cum reſponſis aliquot ſeqq. h. tit.
i. l. 7 ſi plurium. § fin. h. tit.
k. l. 4 in delictis §. cùm dominus & 2. ſeqq. h. tit.

LIBER DECIMVS.

Diſputat. I. Reſpond. Iacobus Ritter, Bokelwitzenſis.

Finium regundorum: Tit. 1.

1. 2. 3. *Actionis finium regundorum quæ ſit natura, & ad quæ prædia pertineat?*
4. 5. 6. 7. *Quid conſequamur hac actione?*

Actio

I. Actio finium regundorum eſt, qua prædium noſtrum eiuſuè partem, in terminis ſuis eſſe nobis reſtituendū [a], & quòd eius ratione nobis debetur, perſequimur [b]: Eſt enim hæc actio mixta, partim rei ipſius perſecutionem, partim debiti perſecutionem continens [c]: & concipitur quoq; in perſonam, licèt pro vendicatione rei eſt [d].

II. Pertinet autem Finium regundorum actio ad prædia ruſtica, non ad vrbana: imò etſi in agris ædificia iuncta ſunt, locus huic actioni non erit, quia hæc communibus parietibus ita plerumq; diſterminantur, vt in ijs non oriantur hæ ad agendum cauſæ [e]: poteſt tamen in vrbe etiam hortorum latitudo talis contingere, vt etiam Finium regundorum agi poſſit [f].

III. Ad prædia autem ruſtica pertinet hæc actio, quamuis ædificia interueniant, vel arbores [g]: idemq; eſt ſi priuatus riuus interueniat [h]: ſecus verò ſi via publica vel flumen interueniat [i]: Poteſt ſanè Finium regundorum actio & inter plures fundos [k], & in agris vectigalibus, & inter eos, qui vſum fructum habent, vel fructuarium & Dominum proprietatis vicini fundi, & inter eos, qui iure pignoris poſſident, competere [l].

IIII. Quòd ſi igitur irruptione fluminis fines agri confudit fortè inundatio, ideoq; vſurpandi loca, in quibus ius non habent, occaſionem quibuſdam præſtitit, aditus magiſtratus alieno eos abſtinere, domino ſuum reſtituere, terminosq; per menſorem declarari iubebit [m]:

a. l. 1. l. 2. in prin. l. 4. ſed & loci. in prin b. tit.
b. d l. 4 ſed & loci. § 1. & 2.
c. §. quædam actiones. I. de act.
d. d l. 1. b. tit.
e. d. l. ſed & loci. § hoc iudicium.
f. d. l. ſed & loci. §. hoc iudicium verſ. & in vrbe.
g. d. l. 2. in prin. b tit.
h. l 6. ſed ſi riuus. h. tit.
i. d l. ſed & loci. § fin. cum l. ſeq. h. tit.
k. d l. ſed & loci. §. non ſolum.
l. d. l. ſed & loci. § finium.
m. l. 8. ſi irruptione. in prin b. tit.

Ad officium enim Iudicis de finibus cognoſcentis pertinet, arbitros menſores mittere & per eos dirimere ipſam finium quæſtionem, vt æquum eſt, & ita vt res oculis eius ſubiecta exigit [n].

V. Habetur autem ratio in iudicio finium regundorum, etiam eius, quod intereſt, itemq; expenſarum, ſi quis fortè aliquam vtilitatem ex eo loco percepit, quem vicini eſſe appareat: ſi menſor ab altero ſolo conductus ſit [o]: poſt litem autem conteſtatam etiam fructus omninò venient in hoc iudicio, itemq; dolus & culpa [p].

VI. Terminos porrò fundorum eos obſeruari oportet, quos is, qui vtriuſq; prædij dominus fuit, demonſtrauit, cùm alterum venderet [q]: itemq; vetera monumenta, & cenſus authoritas ante litem inchoatam ordinati ſequenda erunt [r]: & vbi aliter non poteſt, adiudicatione & condemnatione Iudex controuerſiam dirimet [ſ].

VII. Si dicantur termini deiecti vel exarati, Iudex, qui de crimine cognoſcit, etiam de finibus cognoſcere poteſt [t]: iudicia verò hæc Communi diuidundo, Familiæ herciſcundæ, Finium regundorum, talia ſunt, vt in ijs ſingulæ perſonæ duplex ius habeant, & agentis, & eius cum quo agitur: attamen placuit eum videri actorem, qui prius ad iudicium prouocauit [u]: nunc de actione Familiæ herciſcundæ videndum.

n. *l.7. de modo. & d.l. ſi irruptione. § fin.*

o. *d. l. ſed & loci. § in iudicio.*

p. *d. l. ſed & loci. § poſt litem.*

q *l.12 eos terminos. h. tit.*

r *l.11. in finalibus. h tit.*

ſ. *l.2. § fin. & l.3. cum d. l.4. ſed & loci. in prin.*

t. *d l. ſed & loci. § ſi dicantur.*

u. *l.10. iudicium communi. h. tit. l 2 §. in familiæ. ĵ. famil. herciſ. l.2. § fin ĵ. com. diuid.*

Fami-

Familiæ hercíſcundæ. Tit: 2.

1. *Quæ ſit natura huius actionis?*
2.3 4. *Quibus & aduerſus quos competat?*
5.6.7. *Quid præter ipſam hæreditatem in hanc actionem veniat, vel non?*
8. *Quod ſit iudicis in hac vel in finium regundorum aut communi diuidundo actione, officium?*
9. *Cum cohærede etiam communi diuidundo agi poteſt.*
10. *Quomodò iudicata tueatur in his actionibus magiſtratus?*

I. Actio Familiæ hercíſcundæ eſt, qua ex communi hæreditate noſtrum [a], & quod eius ratione nobis debetur [b], perſequimur: nam & hæc actio ex duobus conſtat, rebus atq, præſtationibus, quamuis in perſonam dirigatur [c].

II. Inter eos itaq;, ad quos hæreditas pertinet, ex teſtamento vel ab inteſtato, de diuidenda hæreditate, partiendiſq; lucris & damnis hæreditarijs, hæc actio locum habet [d]: etiamſi non poſſideat quis hæreditatem: quanquàm is, qui non poſſidet & hæres eſſe negatur, excludi ab hac actione poteſt [e].

III. Illis qui veri hæredes non ſunt, ad quos tamen hæreditas aut eius portio pertinet, veluti arrogato, cui quarta debetur ex conſtitutione Diui Pij [f]: itemq; bonorum poſſeſſoribus, & cui ex Senatuſconſulto Trebelliano reſtituitur hæreditas, vtile Familiæ hercíſcundæ iudicium redditur [g].

IIII. De pluribus autem hæreditatibus, quæ inter eoſdẽ ex diuerſis cauſis cõmunes ſunt, vnũ etiam familiæ hercíſcundę iudiciũ ſumi poteſt [h]: daturq; hæc actio de omnib⁹ rebus hęreditarijs,

a. l 1. & l. 2. in prin. h. tit.
b. l. 16 & puto. §. deniq. l. 17. damno. l. 18. his conſequenter §. ſumptuum. cum ſeqq. l. 22. item Labeo. in pr. & §. vlt. l. 25. hæredes eius. §. non tantum l. 39. ex parte. in prin. l. 44. inter cohæredes § fructus. & §. quod ex facto. cum ſeqq. l. 52. Mæuius. in prin & l pen. h. tit.
c. d. l 22. item Labeo. § 3. familiæ. h. tit.
d. d. l. 2 in prin. & d. l. & puto. §. deniq. cum concordantibus.
e. l 1. h. tit.
f. d. l. 2. § ſi quarta h tit.
g. l. 24. ſed & eius. l. 40 ſi ex aſſe. h. tit.
h. d. l. 25. hæredes eius. §. de pluribus. h. tit.

ditarijs, tam mobilibus & ſeſe mouentibus, quàm immobilibus [i], quamuis pignoris tantùm titulo in hæreditate ſint [k], vel bona fide pro ſuis dominus eas poſſederit [l].

V. Sed & præteriti temporis fructus in hanc actionem veniunt [m], itemq; reparatio factorũ ſumptuum [n], & damni dolo vel culpa dati [o]: & ſingulariter illud etiam officio iudicis conuenire dicitur, vt iubeat rem hæreditariam venire, vnam pluresuè, pecuniamq; ex precio redactam, ei numerari, cui legata ſit [p].

VI. Non veniunt autem in hoc iudicium nomina, quia ex lege 12. tabul. diuiſa ſunt [q]: neq, in malis medicamentis, vel venenis, aut libris improbatæ lectionis, Iudex ſuum officium interponere debet, ſed hæc protinus corrumpenda ſunt [r]: itemq; ſi quid ex peculatu vel alio delicto acquiſitum erit, non veniet in diuiſionem [ſ].

VII. Sed nec illud in hoc iudicium veniet, quod fortè vni cohæredi prælegatum eſt [t], vel ſi quid defunctus illi debuit [u], aut ſi quid fortè pater filio emancipato, ſtudiorum cauſa peregrè agenti, non credendi cauſa, ſed pietate debita ductus, ſubminiſtrauerit [x].

VIII. Quoties verò aliter lis expediri nequit, poterit in hoc quoq; iudicio res vni adiudicari, & is inuicem alteri condemnari certa pecunia [y]: tabulas quoq; teſtamenti & cæteras

cauti-

i. l. 8. Pomponius. §. Pomponius. cum aliquot reſponſis ſeqq & paſſim toto h. tit.

k. l. 28. rem pignori. cum l. 1 ſeq h. tit.

l. l. 10. item prædia. h tit.

m d l 44 inter cohæredes. § fructus & l. pen. h. tit.

n. d l. 18 his conſequenter. §. ſumptuum. cum ſeqq. l. 25. hæredes §. vnus. l. 39 ex parte in prin h. tit.

o. d l. 16. & puto. §. deniq. l. 17 damno l. 25 hæredes eius § non. tantum l. 44. inter cohæredes. § quod ex facto. cum. ſeqq. h. tit.

p. l. 26. officio. h. tit.

q. l. 2 § fin l. 3. & l. 4. in prin & d. l. 25 hæredes eius. in prin. h. tit. l. 6 ea quæ in nominibus. C. eo. l. 26. pacto ſucceſſorum. C De pact. l. 2. C. de hæredita. act.

r. l 4. §. 1. h. tit.

ſ. d. l. 4. ſed etſi quid.

t. d. l 8 pomponius. in pr. & l. 42 ſi ita legatum. h tit.

u. l. 20. ſi filia. § 1. & l. 51. fundus. in prin. h. tit.

x. l. 50 quæ pater. h. tit. & Dd. in auth. ex teſtamento. C. De collat.

y. l. 55. ſi familiæ herciſcundæ h. tit. l. 2. in fine cum l 3 ſ. fam. herciſ. l 3. C. Com. diuid. §. quædam. I. De act. § ſi familiæ. & 2. ſeqq. I. De offic. iud.

cautiones hæreditarias apud eum iudex deponi iubebit, qui maiori ex parte hæres eſt, vel qua poterit alia meliori ratione proſpiciet [a].

a. *l. 4. §. fin. cum 2. ll ſeqq.*
b. *l. l. vlt. C. De fide inſtrum.*

IX. Inter cohæredes etiam communi diuidundo agi poteſt, vt res duntaxat, quæ eorum communes ſunt, occaſione hæreditatis, puta fructus rerum hæreditariarum, aliæq́; cauſæ, ex his rebus pendentes, in iudicium veniant: de cæteris verò, ipſis nimirum rebus hæreditarijs, ipſaq́; hæreditate vt, in integro ſit familiæ herciſcundæ iudicium [a].

a. *d. l 44. inter cohæredes. in prin. h. tit. l. 4. in prin. ff com. diuid.*

X. Siue autem Finium regundorum, ſiue Familiæ herciſcundæ, ſiue communi diuidundo actum ſit, adiudicationes tuebitur magiſtratus, exceptiones dando, ſi is, cui adiudicatum eſt, poſſideat, aut actiones, ſi non poſſideat [b]: ſed nunc de actione communi diuidundo, ſingulariter videndum.

b. *d. l. inter cohæredes. §. 1.*

Diſputat. II. Reſpond. Paulus Toekius, Kiloníenſis, Holſatus.

Communi diuidundo: Tit. 3.

1.	*Actionis huius quæ ſit natura?*
2. & ſeqq.	*Quarum rerum nomine hoc iudicium detur, vel non?*
11. 12. 13.	*Quid præter ipſas res in hoc iudicium veniat?*

I. ACtio communi diuidundo dicitur, qua ex cõmunibus rebus noſtrum [a], & quod eius ratione nobis debetur [b], perſequimur: etenim in hanc quoq; actionem, ſicut

a. *l. 3. l. 4 in prin. h. tit.*
b. *d. l. 3. l. 4. § ſicut autem.*

 ipſius

ipſius rei diuiſio venit, ita & præſtationes veniũt [c]: locuſq; eſt huic iudicio etſi nõ omnes inter quos communio eſt, diuiſionem petant, ſed tantùm quidam ex his [d].

II. Fit autem per hoc iudicium diuiſio inprimis corporalium rerum, ſingularium ſcilicet, etiamſi plures ſint, quarum dominium habemus, non etiam hæreditatis [e]: attamen rerum, quæ ex hæreditate prouenerunt, hoc iudicio diuiſio rectè petitur [f].

III. Deindè verò inter hos communi diuidundo iudicium locum habet, qui vectigales habent agros [g], qui in vſucapiendi conditione conſtituti, publiciana in rem actionẽ habent [h]. Quinimò vtile etiam dabitur Communi diuidundo iudicium, ſi duo ex cauſa indebiti ſoluti, rem poſſideant [i]: ſi duo rem pignori acceperunt [k]: ſi de vſufructu vel vſu inter duos controuerſia ſit [l], ſi duo miſſi ſint in poſſeſſionem legatorum [m], ſi duo ventres in poſſeſſionem miſſi ſint [n].

V. Si incertum ſit an lex Falcidia locum habeat, inter legatarium etiam & hæredem Communi diuidundo agi poteſt, aut incertæ partis vindicatio datur [o].

VI. Seruitutes quoq; prædiorum, interdum in iudicium Communi diuidundo veniunt, puta cùm fundus, qui vnius morientis fuit, & cui ſeruitus debetur, inter plures hæredes diuiditur, ſeruitus quoq; puta, aquæhauriendæ, menſura aut temporibus diuidi debet [p].

c. d.l.4 § ſicut autem

d. l.8. etſi non omnes in prin. h. tit.

e. d.l.4 in prin.

f. l.44. inter cohæredes. in prin. ff. fam. herciſc.

g. d.l.7. communi in prin. h. tit.

h. d.l.7. communi § qui in rem.

i. d.l.7. communi § qui in rem in fine.

k. d l.7 communi. § ſi duo ſint. & §. inter eos. cum §. ſeq.

l. d l.7. communi. § ſi duo ſint verſ. ſed etſi. & §. cum de vſufructu, l 10. item quamis. §. 1. l 23 ſi conuenerit h. tit.

m. d.l.7. communi § ſi duo. ſint. verſ. item ſi duo.

n. n.l.7. communi § 1 item ſi duo verſ ergo etſi.

o. l.8. etſi non omnes. § 1. h. tit. l.76. quæ de tota. § fin. ff. De rei vend.

p. l.19. arbor. § fin. h. tit.

Veni-

VII. Veniunt autem in iudicium Communi diuidundo omnes res, niſi ſi quid fuerit ex communi conſenſu exceptum nominatim, ne veniat q: ſed de ea re, quæ fortè præter opinionē indiuiſa manſit, iudiciū hoc competit r.

VIII. In prædijs porrò & alijs diuidundis, quod omnibus vtiliſſimum eſt, vel quòd malint litigatores, iudicem ſequi conuenit ſ: ſed cùm ſocij fortè ſocietatem diuidunt, de eo quod ſub conditione debetur, cautiones interuenire ſolent t.

IX. De veſtibulo ſanè communi binarum ædium, inuito vtrolibet, hoc iudicium non datur u: prædoni x quoq; &, vel ei, qui vi y, vel clam z, vel precariò poſſidere dicitur a, hoc iudicium non datur, neq; colonis, neq; ijs, qui depoſitum ſuſceperunt b.

X. Arbor etiam quæ in confinio nata eſt, item lapis qui per vtrumq; fundum extenditur, quamdiu cohærent fundo, è regione cuiuſque finium, vtriuſq; ſunt, nec in hoc iudicium veniunt: ſed ſi eruantur vel ſuccidantur venient c.

XI. Præter diuiſionem autem ipſarum rerum etiam præſtationes, in communi diuidundo iudicium veniunt d, nimirum vt reſarciatur damnum dolo vel culpa datum e, vt pro rata refundantur impenſæ, quas actor ſolus fecit f, vt reſtituantur pro rata fructus, quos tempore communionis Reus ſolus percepit g.

XII. Quòd ſi ſinè dolo aut culpa Rei,

q. l. 13 in iudicium h. tit.
r. d. l. 4. § hoc iudicium h. tit.
ſ. l. 21. iudicem. h. tit.
t. l. 16. cum ſocij h. tit.
u. d. l. 19. arbor. § de veſtibulo h. tit.
x. d. l. 7. communi. § inter prædones.
y. d. l. 7. communi. § inter prædones. verſ. vlt & d. § Iulianus.
z. d. l. 7. communi § inter prædones. verſ. nec ſi clam. & d. § Iulianus, verſ. ſed etſi clam.
a. d. l. 7. communi. verſ. nec ſi precariò. & d. § Iulianus verſ. etſi precariò.
b. d. l. 7. communi. § neq; colonis.
c. d. l. 19. arbor. in prin.
d. d. l. 3 & l. 4. in prin. & § ſicut autem. h. tit.
e. d. l. 3. l. 8. etſi non omnes. § venit. l. 10. item quamuis. in prin. l. 20. ſi is cum quo. l. 26. communis ſeruus. l. 28. Sabinus. h. tit.
f. d. l. 3. & l. 4. § ſicut autem. cum § fin. l. 5. l. 6. ſi quis putans. in prin. & § ſeqq. d. l. 8 etſi non omnes. § pen. & vlt. l. 14. in hoc iudicium. in prin. & § 1. l. 15 ſi ſocius ſerat. l. 25 ſi Stichus. l. 29. ſi quis cum. h. tit.
g. d. l. 4. § ſicut autem. & d. l. 6. ſi quis putans. § ſi quid poſt.

res communis interierit, nihilominùs ad reliquas illas perſonales præſtationes, puta impenſarum vel fructuum, vtilis communi diuidundo actio dabitur[h].

XII. Agitur autem hoc iudicio, etiamſi neuter rem poſſideat[i], neq; intereſt ex ſocietate, an ſinè ea, res communis ſit[k]: quoties autem vni res adiudicatur, iuſto precio res æſtimanda, & de euictione quoque cauendum erit[l]: Sed nunc de actione ad exhibendum videre oportet, quæ propter vendicationes introducta eſt[m].

h. *l. 9. ſed poſtquam. l. in ſumma. h. tit.*
i. *l. pen. h. tit.*
k. *l. 2. in prin. h. tit.*
l. *d. l. 10. item quamuis. §. fin. h. tit.*
m. *l. 1. & l. 3. § eſt autem. h. tit.*

Ad exhibendum: Tit: 4.

1. *Quæ ſit natura huius actionis?*
2. 3. *Cui detur?*
4. 5. *Aduerſus quem?*
6. 7. *Exhibitio quomodò fieri debeat?*

I. ACTio ad exhibendum eſt, qua vt in publico poteſtatem nobis quis faciat eius, quod noſtrum[a], aut è bonis noſtris eſt[b], perſequimur: qui enim ad exhibendum agit, non vtiq; ſe dominum dicere, aut oſtendere debet, cùm ſatis multæ ſint ad exhibendum cauſæ[c].

II. Datur autem hæc actio ei, qui qualicunq; in rem actione acturus eſt, etiam Pignoratitia, Seruiana, ſiue Hypothecaria, ſiue vſumfructum petiturus, ſiue interdictum propoſiturus ſit[d], ſiue actionem noxalem[e]: item ſi ſeruum optare velim[f], ſi inſtrumenta petam quæ mei iuris ſunt[g]. Omni-

a. *l. 2. h. tit.*
b. *l. 3. § 1. & §. eſt autem. h. tit.*
c. *d. l. 3. § 1. h. tit.*
d. *d. l. 3. § eſt autem.*
e. *d. l. 3. § ſi quis noxali. h. tit.*
f. *d. l. 3. §. item ſi optare.*
g. *l. 16. ſolutione. h. tit. l. 4. non ignorabis. l. 6. inſtrumenta. C. eod.*

III. Omnibus enim illis ad exhibendum actio datur, quorum pecuniariter intereſt exhiberi: ideoq; Iudex ſummatim cognoſcere debebit, an iuſtam & probabilem cauſam quis habeat, propter quam exhiberi deſiderat [h]: intereſſe autem eius vtroque tempore oportet, & quo litem aduerſarius conteſtatur, & quo fit condemnatio [i].

IIII. Aduerſus eum ad exhibendum agitur, qui exhibendi habent facultatem, ſiue ciuiliter, ſiue naturaliter tantùm incumbat poſſeſsioni, etiamſi ei res oppignorata ſit, vel commodata, vel locata, vel apud eum depoſita [k].

V. Neq; is tantùm hac actione tenetur, ſed etiam is, qui dolo fecit, quô minùs exhibere poſſit, puta ſi animal, quod poſſidebat, occiderit, ſiue ad alium tranſtulerit poſſeſſionem eius, ſiue ita corruperit, ne haberi poſſet [l].

VI. Exhiberi autem ibi res debet, vbi eſt litis conteſtatæ tempore, periculoq; deinde & impendijs actoris ad locum iudicij perferri [m]; & exhiberi res debet in eâdem cauſa, in qua fuit, cùm iudicium acciperetur: ideoquè fructuum quoq;, & partus, & vtilitatis & acceſſionum, & ſi quid occaſione exhibitionis non factæ amiſſum ſit, in hoc iudicio habebitur ratio [n]: idemq; eſt, ſi dolo malo in aliud corpus res ſit tranſlata [o].

VII. Sed ſi rem deteriorem exhibet, quamuis ad exhibendum agi non poſſit, Legis tamē Aquiliæ actio vel in factum datur [p]: aduerſus eum autem qui per contumaciam non exhi-

h. *d. l. 3. § ſciendum & § ſi mecum. verſ. eleganter igitur. cum § ſeq. l. 13. ſi liber. h. tit.*

i. *l. 7. tigni. § ſi quis non poſſideat. cum ſeqq. h. tit.*

k. *d. l. 3. § fin. cum reſponſis aliquot. ſeqq. h. tit.*

l. *l. 9. Iulianus. in prin. & § ſi quis rem. h. tit. l. 5. ad exhibendum, C. eod.*

m. *l. 11. ſed etſi hæreditas. § 1. & ſeqq. h. tit.*

n. *d. l. Iulianus. § quantum autem. cum § reſponſit ſeqq. h. tit.*

o. *d. l. Iulianus. § ſi quis rē.*

p. *l. 17. ſi quis hominem. h. tit. l. 9. exhibitionis. C. eod.*

q. d. l. 5. § præterea & l. 6. § Celſus. § idem Iulianus. h tit.

bet, vel dolo malo fecit, quo minus exhiberè poſſit, in litem iuratur, Iudice quantitatem taxante q.

LIBER VNDECIMVS.

Diſputat. I. Reſpond. Theodoricus Meÿer, Humlingius.

De interrogatorijs actionibus: Tit. 1.

§. 1. 2. 3. *Interrogationum & reſponſionum qualis olim fuerit vſus?*

4. 5. 6. 7. *Quomodò hodiè reſponſiones fiant?*

I. SI quis cum altero in perſonam a, ratione tamen hæreditatis b, vel bonorum c, aut ſerui d, aut animalis alicuius, vel ædium e, acturus erat, & certum petiturus f, interrogationes vt in Iure fierent, Prætor introduxerat g.

II. Interrogatus enim reſpondere cogebatur, an & pro qua parte hæres eſſet h, an bonorum poſſeſſor eſſet & pro qua parte i, an bona ei ex fidei commiſſo reſtituta eſſent, & pro qua parte k, an ſeruus pertineret ad ipſum, qui noxali actione petebatur l, an animal ipſius eſſet, quod pauperiem fecerat m, an ædes ipſius eſſent, qui de damno infecto cauere debebat n, an poſſideret fundum & pro qua parte o, cuius ætatis ipſe Reus eſſet p.

III. Ex confeſſione autem ſua q, aut ſi per contumaciam non reſpondiſſet r, vel in reſpondendo mentitus eſſet ſ, dabatur Actio, quæ ex interrogatione interrogatoria dicta eſt t

a. l. 1. §. 1 h tit. b. d. l. 1. in prin. & § 1. l. 2. cum 4 ſeqq. l. 9. ſi ſine interrogatione. l. 11 de ætate. §. 1. cum ſeqq. l. 12 ſi filius in pr. l. 18. qui ex parte. l. 20 qui ſeruum. § in iure. & l. vlt. h tit. c. d l. 2. d l. 9 ſi ſine interrogatione § fin. d. l. 8. ſi quis interrogatus. l. 13. confeſſionibus. §. fin. l. 14 ſi is cuius. cum 3 ſeqq. d. l. 20 qui ſeruum. in prin. h. tit. e. l. 7. ſi quis in iure. l. 10. non alienum cum 4 ſeq. in prin. d. l. 20. qui ſeruum. § in iure h. tit. f. d. l. 1. § 1. h. tit. g. d. l. 2. & l. 4. h. tit. h. d. l. 1. in prin. & §. 1. cum concord. ad lit. b. i. d. l. 2. [illegible] d. l. 9 ſi ſine interrogatione § fin. k. d. l. 8. ſi quis interrogatus cum concord. ad lit. d. m. d. l. 7. ſi quis in iure cum l. 10 qui ſeruum. § in iure. h. tit. n. l. 10. an alienum h. tit. o. d. l. qui ſeruum. § in iure. p. d. l. de ætate. in prin. h. tit. q. d. l. 4. in prin. & d. l. 11. de ætate. § qui interrogatus h. tit. r. d. l. de ætate. § qui tacuit cum 3. ſeqq. ſ. d. l. de ætate. § ſi eum eſſet.

eſt [t], alibi tamen ex confeſſione confeſſoria vocatur [u].

IIII. Sed his actionibus hodie non vtimur, quia nemo cogitur ante iudicium de ſuo iure aliquid reſpondere, ſed tantummodò ad probationes litigatoribus ſufficiunt ea, quæ ab aduerſa parte expreſſa fuerint apud Iudices, vel in hæreditatibus, vel in alijs rebus quæ in cauſis vertuntur [x], reſponſionibus ſcilicet poſt litem conteſtatam, ad articulatas poſitiones datis [y].

V. Extra hoc tamen; quæ in illis, eadem ferè in hiſce reſponſionibus locum habent: ad reſponſiones enim etiamnum tempus quis impetrat ne perperam confeſſus incommodo afficiatur, & ne præcipitetur; dum iuſtè deliberat [z].

VI. Qui omnino non reſpondet contumax eſt, & contumaciæ hanc pœnam fert, quòd poſitiones in contumaciam pro confeſſis accipiantur [a]: omnino autem non reſpondiſſe is etiam exiſtimatur, qui ad poſitiones non reſpondit [b]: & interdum plenius quoq; reſpondere Iudex iubet [c].

VII. In totum autem confeſſiones ita ratæ ſunt, ſi id quod in confeſſionem venit, & ius & naturam recipere poteſt [d]: allegationi quoq; iuſti erroris locus erit [e], & pœnitere reſponſi licebit, ſi nulla captio ſit, & fortè plenius inſtructus poſtea aliter reſpondere velit [f].

Sed hæc & alia [illegible]rius accuratiusq; ſubminiſtrat vſus practicus [g].

De

t. d.l.1.2.3 & 4.h.tit.

u. l. 23. Inde Neratius. §. fin et reſponſis aliquot ſeqq. ſ Ad leg. Aquil.

x. d l.1.§.fin.h tit.

y. c un.x. De lit cont.

z. l 5. qui interrogatur. cum l.ſeq.h.tit.

a. d l.11. de ætate § qui tacuit.

b d.l.de ætate §.quod autē.

c. d.l.9. ſi ſine interrogatione § illud quæritur. verſ. ſummatim igitur & d.l.de ætate § nihil intereſt.

d. d l.13 confeſſionibus. in prin. & l. 14 ſi is cuius. in prin & § fin.h tit.

e. d.l.de ætate. §.qui iuſſo

f. d.l.de ætate §.vlt.

g. vide Camergerichts ordnung parte 3.tit.13.von zweiten termin in erſter Inſtanz tit 14. von dem dritten termin in erſter Inſtanz tit. 15. von vierdten termin in erſter inſtanz vide Illuſtriſſimi Julij F. B. Hoffgerichts ordnung tit. 16. was nach geleiſtem Eide Calumniæ gehandelt werden ſol cum 4. ſeqq. vide Myns. obſeruat. Cam. imp. cent. 5. obſ. 88. de poſitionibus ſiue articulis. And. Gail. obſeruat. practic. lib. 1. obſ. 79. De poſitionibus & articulis. cum 5. obſeruat. ſeqq. VVrmſer. tit. 15. De poſit. & tit. ſeq.

De quibus rebus ad eundem iudicem eatur: Tit. 2.

1. *Continentia cauſa vbi non diuidatur?*

I. SI inter plures familiæ herciſcundæ agetur, & inter eoſdem communi diuidundo, aut finium regundorum, idem iudex ſumendus erit, ſicut & plures cohæredes, vel ſocij, vel tutores, vnius hæreditatis, ſocietatis, tutelæ, ad eundem iudicem vocantur [a], ne continentia cauſæ diuidatur [b].

a. *l. 1. & 2. h. tit. l. 48. ſi familia ſ. herciſcunda. ſi. Fam. hercisc.*

b. *l. 10. nulli. C. De iudic.*

De ſeruo corrupto: Tit. 3.

1. 2. *Seruum corrupiſſe quis dicatur?*
3. *Quomodò fiat duplatio in hac actione?*
4. 5. *Quæ actiones cum hac concurrant?*
6. 7. *Perpetua & tranſitoria quomodò ſit, & quid in liberis corruptis?*

I. QVi ſeruum ſeruamuè, alienum alienamuè recepiſſe, perſuaſiſſeuè qd ei dicitur, dolo malo, quo eum eamuè deteriorem fecerit, in eum quanti ea res eſt, in duplum iudicium datur [a].

a. *l. 1. in princ. h. tit.*

II. Recepiſſe dicitur, qui receperit ad ſe abſcondendi cauſa [b]: & rurſus perſuadendo corrupiſſe dicitur, qui ſollicitat ad aliquid vel faciendum vel cogitandum improbè [c], etiamſi malo ſeruo monſtrauerit, in quem modum delinqueret [d].

b. *d. l. 1. §. quod autem. h. tit.*

c. *d. l. 1. § perſuadere.*

d. *d. l. 1. § ſed vtrum.*

III. In duplum autem eſt hæc ſerui corrupti actio, etiam in fatentem [e]: referturq; ad tempus ſerui corrupti vel recepti, non ad præſens, quia præteritæ vtilitatis æſtimatio in hoc iudi-

e. *l. 5. doli. §. hæc Actio. h. tit.*

iudicium venit [f], & quanti ea res erit in duplum agitur [g]: ita tamen vt omne damnum dupletur [h].

IIII. Rerum tamen per ſeruum ſubtractarum nomine, competit etiam Furti Actio, nec altera alteram minuit: hoc ampliùs & condictionis nomine tenebitur: quamuis enim condictione hominem, pœnam autem Furti actione conſecutus ſit, tamen & quod intereſt debebit conſequi Actione ſerui corrupti [i].

V. Electio autem domino datur, ſiue ſeruum detinere cupit, & damnum quanti deterior ſeruus factus eſt, in duplum accipere, vel ſeruo reſtituto, ſi copiam eius habeat, precium conſequi: quod ſi non habeat, precium quidem ſimili modo accipere debet, cedere autem ſollicitatori periculo eius de dominio ſerui actionibus [k].

VI. Hæc actio perpetua eſt, non temporaria, & hæredi cæteriſq; ſucceſſoribus competit, in hæredem non dabitur, quia pœnalis eſt [l].

VII. De filio filiauè familiâs corruptis, huic edicto locus non eſt, ſed vtilis Actio competit officio iudicis æſtimanda, quoniam intereſt noſtra animum liberorum noſtrorum non corrumpi [m]: idemq; hodie in libero famulitio corrupto probandum erit [n].

f. *d l. doli. §. fin. cum l. ſeq.*
g. *l. 9. ſi quis ſeruum. §. fin. h. tit.*
h. *l. 10. in hoc iudicium. & l. 11. Neratius. in prin. & §. 1. l. 14. vt tantum. §. æſtimatio. cum § fin. h. tit.*
i. *d. l. Neratius. §. quamuis. cum. § fin.*
k. *d. l. vt tantùm. § æſtimatio cum. § ſeq. h. tit.*
l. *l. 13. hæc actio. in prin. h. tit.*
m. *d. l. vt tantum. §. 1*
n. *faciunt quæ notat Bart. in l. 37. ſi communis ſeruus ita. nu 3. ff. De ſtipulat. ſeruo. Mynſ. poſt alios in § fin. I. De ſtipulat. ſeruo.*

De ſeruis fugitiuis: Tit. 4.

1. 2. *Qui non reſtituit fugitiuum, aut inquiſitionem eius impedit, quomodò puniatur?*

I. QVi fugitium celauit, fur eſt, furtiq́; tenetur [a]: ſed & SCto. cautum eſt, ne fugitiui admittantur in ſaltus, neq; protegantur à villicis, vel procuratoribus poſſeſſionum, & mulctam ſtatuit: his tamen venia conceſſa, qui intrà viginti dies fugitiuos reddidiſſent [b].

II. Item cautum eſt, vt inquirere eos liceat, denturq́; ad hoc literæ: multa etiam centum ſolidorum in eum qui prohibuit inquirere, & in magiſtratum qui non adiuuauit, ſtatuta, vtq́; cuſtodiantur donec dominis reſtituantur [c]: De liberis etiam noſtris & libero famulitio vtiliter hodie ita agi poterit [d].

a. l. 1. in prin. h. tit. l. pen. in prin. ff. Ad leg. flau de plagia.

b. d. l. 1. in prin.

c. d l 1 §. 1. cum reſponſ. ſeqq. h. tit. & C. De furtis & ſeruo corrupto.

d. d l. 14 vt tantum. §. 1. ſ. tit. prox.

De aleæ luſu & aleatoribus: Tit. 5.

§ 2. Luſus aleæ quatenus actionem impediat vel non?

§ 4. Aleæ luſus quomodò prohibitus?

I. SI quis ſuſceptorem, apud quem alea luſum eſt, verberauerit, damnumuè ei dederit, ſiue quid eo tempore de domo eius ſubtractum eſt, impunè id factum habetur, neque iudicium de eo redditur, licèt luſor non fuerit, qui quid eorum fecerit [a].

II. Si rapinas fecerint inter ſe colluſores, vi bonorum raptorum non denegatur Actio [b]: in eum quoq; qui aleæ ludendæ cauſa vim intulerit, quia vel ab initio cogit ad luſum, vel victus dum retinet, animaduertitur, vt aut mulctetur, aut in latumias vel vincula publica ducatur [c].

a. l. 1. in prin. & §. item notandum. h. tit.

b. d l. 1 § 1.

c. d l 1. in prin & §. fin. cum reſponſo ſeq. h tit.

Sed

III. Sed & vetitum eſt in pecuniam ludere, vel ſponſionem hoc nomine facere, præterquàm ſi quis certet haſta, vel pilo iaciendo, vel currendo, ſaliendo, luctando, pugnando, quod virtutis cauſa fiat [d].

IIII. Rurſus ſancitum eſt, quòd nulli liceat in publicis vel priuatis domibus, vel locis alea ludere nec inſpicere, & ſi contrà factum fuerit, nulla ſequatur condemnatio, ſed ſolutum reddatur, & actionibus competentibus repetatur, ab his qui dederunt, aut eorum hæredibus, aut his negligentibus à procuratoribus, vel patribus, ſeu defenſoribus, non obſtante niſi quinquaginta annorum præſcriptione [e].

d. l. 1. & 3. h. tit.

e. l. vlt. C. De religioſ. & ſumpt. fun. & aleæ luſu & aleato. aliàs. l. vlt. C. De aleatoribus & alearum luſu.

Si menſor falſum modum dixerit: Tit. 6.

1. 2. 3. 4. 5. *In factum hæc actio aduerſus quem, & cui detur?*
6. *Quid veniat in hanc actionem?*
7. 8. *Quomodò extendatur hæc actio, vel agatur deficiente ea?*

I. ADuerſus menſorem agrorum Prætor in factum actionem propoſuit: intereſt enim noſtrâ, ne fallamur in modi renunciatione, ſi fortè vel de finibus contentio ſit, vel emptor aut venditor modum ſcire velit: nec crediderunt veteres, inter tales perſonas locationem eſſe, ſed magis operam beneficij loco præberi, & honorarium remunerandi loco dari [a].

a. l. 1. in prin. h. tit.

II. Is autem tenetur hac actione, qui

renunciauit: ſed renunciaſſe & eum accipere debêmus, qui per alium renunciauit, vel per literas: quòd ſi ego cùm eſſem menſor, mandauerim vt menſuram agri ageres, & tu id Titio delegaueris, & ille dolo malo quid in ea re fecerit, tu teneberis, quia dolo feciſti, quòd tali homini hoc negocium credideris [b].

b. d. l. 1. §. fin. cum. l. ſeq. h. tit.

III. Si duobus mandauero, et ambo doloſè fecerint, aduerſus ſingulos in ſolidum agi poterit, ſed altero eorum conuento, ſi ſatisfactū ab eo fuerit, in alterum actionem denegare oportebit [c]: quòd ſi propter iudicium adhibitus menſor fraudauerit me, in renunciatione tenebitur, ſi ob hoc iudicio minus tuli: quinimò & ſi à iudice adhibitus contra me renunciauerit dolo malo, tenebitur mihi [d].

c. l. 3. in prin. h tit.

d. d. l. 3. §. idem Pomponius.

IIII. Competit autem hæc actio ei, cuius interfuit falſum modum renunciatum non eſſe, hoc eſt vel emptori, vel venditori, cui renūciatio obfuit: ſed ſi vel emptor à venditore, quod minus erat in modo, quàm renunciatum eſſet, empti iudicio, vel venditor ab emptore quod plus erat in modo, quàm renunciatum eſſet, venditi iudicio conſecutus ſit, vel conſequi & condicere poſſit, ceſſat hæc actio: quanquàm ſi ſoluendo non ſit cum quo agitur, omnimodò menſor tenebitur [e].

e. d. l. 3. §. competit. & §. ſed ſi venditor. cum l. 5. ſi menſor. §. ſi cùm falſus. h. tit.

V. Datur hæc actio hæredi ſimilibuſq; perſonis, ſed in hæredem ſimileſq; perſonas deneganda eſt: ſerui nomine magis noxaliter agetur, quamuis ciuilis actio de peculio competat [f]: perpetua autem eſt hæc actio, quia initium

f. d. l. 3. §. pen & vlt.

nitium rei non à circumſcriptione, ſed à ſuſcepto negocio originem accepit g.

g. *l.4. hæc actio. h. tit.*

VI. Venit in hanc actionem dolus malus, duntaxat, & lata culpa quæ dolo comparatur, etiamſi honorarium menſor acceperit h: agiturq; ad hoc, vt quanti intereſt noſtra, falſum modum renunciatum non eſſe, menſor præſtet i.

h. *d l.1. § hæc actio.*
i. *d. l. 3. §. competit. & d. l. ſi menſor. § ſi cùm falſus.*

VII. Latiùs verò hoc iudicium porrigens Prætor, dat etiam actionem hanc, ſi in ædificij, frumenti, vini, itineris, ſeruitutiſuè immittendi proijciendiq; vel in cuius alterius rei menſura menſor fefellit, & ſi menſor machinarius fefellit, ſi is qui menſor non fuit fefellit, ſi architectus, ſi redemptor, ſi tabularius in computatione fefellit k.

k. *d. l. ſi menſor. § fin. cum l pen. & vlt. h. tit.*

VIII. Si menſor non falſum modum renunciauerit, ſed traxerit renunciationem, & ob hoc euenerit, vt venditor liberaretur, qui aſſignaturum ſe modum intrà certum diem promiſit, hæc actio locum non habet, nec vtilis actio dabitur, ſed ad actionem de dolo erit decurrendum l.

l. *d. l. ſi menſor. in prin.*

Diſputat. II. Reſpond. Gregorius Maeß, Crempius, Holſatus.

De religioſis & ſumptibus funerum, & vt funus ducere liceat: Tit. 7.

1. & ſeqq. *Vbi non liceat mortuum inferre, & quomodò locus religioſus fiat?*
8. 9. 10. 11. *Quæ ſit conditio ſepulturæ & locorum religioſorum?*
12. 13. 14. *Actio in factum aduerſus quem, cui, & ad quid competat?*
15. 16. 17. 18. *De ſumptibus funerum, quis eos, & vnde facere debeat?*

19. 20. *Alius ſumptum funeris faciens, aduerſus quem funeraria agat?*
21. & ſeqq. *Qui ſumptus funeris, & qua ratione repetantur, vel non?*

I. HAc Parte prætor primùm edixit, ſi quis hominē mortuū, oſſauē hominis mortui, in locum alterius purum, aut in ſepulchrum, in quo ius ei non fuerit inferendi, intuliſſet, vt pœnæ pecuniariæ is ſubiiceretur, propoſita in factum actione, qua conueniri poſſet [a].

II. Locus intelligendus eſt extra pomarium ciuitatis: in eos enim, qui in ciuitate ſepelirent, pœna conſtituta fuit [b]: purus autem locus dicitur, qui neq; ſacer, neq; ſãctus, neq; religioſus eſt, ſed ab omnibus huiuſmodi nominibus vacat: Sepulchrum eſt, vbi corpus oſſauē hominis condita ſunt [c].

III. Neq; tamen totus locus ſepulturæ deſtinatus religioſus cenſetur, ſed quatenus corpus humatum eſt: Monumentum eſt, quod memoriæ ſeruandæ gratia exiſtit, quódq; cauſa muniendi eius loci factum eſt, in quo corpus impoſitum eſt: atq; hoc mortuo illato, religioſum factum cenſetur [d]: cenotaphium ex reſcripto Diuorum fratrum pro loco religioſo non habetur [e].

IIII. Mortui itaq; illatione, etiamſi ſerui cadauer inferatur, locus religioſus fit [f]: ſed ſi in diuerſis locis corpus ſepultum ſit, vterq; locus religioſus non fit, neq; vna ſepultura plura ſepulchra efficere poteſt, ſed is locus religioſus fiet, vbi quod eſt principale, conditum eſt, id eſt caput, vtpote cuius imago ſit, vnde cognoſcimur:

a. *l. 2. §. Prætor ait. h. tit.*

b. *l. 3. §. Diuus. ſ. De ſepulchro violato.*

c. *d. l. 2. §. Prætor ait. verſ. purus.*

d. *d. l. 2 §. Prætor ait verſ. ſepulchrum. & 2. ſeqq. l. 36 funeris ſumptus. §. fin. & l. 42. monumentum. h. tit.*

e. *l. 6. vel quod. §. fin. & d. l. monumentum. h. tit. l. 6. in tantum. §. fin. cum l. ſeq. ſ. De rer. diuiſ.*

f. *d. l. 6. in tantum. §. religioſum. ſ. de rer. diuiſ. vbi dictum eſt nu. 10. 11. 12. 13. §. religioſum. I. eod. tit. l. 2. in prin. h. tit.*

ſcimus: cùm autem impetratur, vt reliquiæ transferantur, deſinit locus religioſus eſſe [g].

V. Locum ſuum verò, mortuum inferendo, vnuſquiſq; religioſum facit: in alienum locum, niſi conſentiente domino, inferre non licet [h]: ſi plures ſint domini eius loci, vbi mortuus infertur, omnes conſentire debent, cùm extranei inferuntur: Sed ex ipſis dominis quemlibet rectè ibi ſepeliri conſtat, etiam ſinè aliorum conſenſu, maximè cùm alius non ſit locus, in quo ſepeliatur [i].

VI. Qui vſumfructum habet vel nudam proprietatem, locum religioſum non facit, niſi eum, qui vſumfructum reliquit, intulerit. Quo caſu tamen hæres damnum vſufructuario reſarcire debet [k]: & locum qui ſeruit, religioſum nemo facit [l]: quamuis is, qui pignori dedit agrum, mortuum ſuum inferendo religioſum eum faciat [m], & ex conſenſu eorum, quorum non inferri mortuum intereſt, alia etiam loca iſta religioſa fieri poſſint [n].

VII. Hæres priuſquã hæreditatẽ adeat, patremfamiliâs mortuum inferendo, locum religioſum facit: idemq; eſt ſi ceſſante, vel abſente, vel vetante hærede, quiuis alius eum intulerit, ſi tamen defuncti is locus fuit, ſiue eum locum defunctus ipſe deſtinauit, ſiue etiam in locum legatum illatus ſit defunctus, cùm alio loco ita commodè ſepeliri non

g. l 44. cùm in diuerſis. h. tit.

h. d. § religioſum. & d. l. in tantum. § religioſum.

i. l. 41 ſi plures. h. tit.

k. d. l. 2 § ſi vſumfructum. & l. vlt. in prin. h. tit.

l. d. l. 2 § locum.

m. d l. 2. § fin.

n. l. 3 h. tit.

non poſſet: quamuis alioqui mortuum etiam in eum locum, qui ſub conditione alicui legatus ſit, inferre hæredi non liceat [o].

o. l. 4. ſcriptus. & l. 34. ſi locus. h. tit.

VIII. Sunt autem familiaria etiam ſepulchra, quæ quis ſibi, familiæq; ſuæ conſtituit, & hæreditaria, quæ quis ſibi hæredibuſq; ſuis conſtituit [p], vel quæ paterfamiliâs iure hæreditario acquiſiuit: in vtriſq; & hæredibus & cæteris ſucceſſoribus, qualeſcunq; fuerint, licet ſepelire, & mortuum inferre, etiamſi vt indignis hæreditas ablata ſit: liberis etiam cuiuſcunq; ſexus vel gradus filijsfamiliâs vel emancipatis, ſiue hæredes extiterint, ſiue non, niſi teſtator iuſto odio commotus vetuerit, eos ibi ſepulturam habere, idem ius conceſſum eſt: ſed libertis non aliter, niſi hæredes extiterint [q].

p. l. 5. familiaria b. tit.

q. l. 6. vel quod. in prin. & 2. §. ſeqq. l. 30. ſi quis fuit. b tit.

IX. Si adhuc monumentum purum eſt, poterit quis hoc & vendere, & donare, ſicut cenotaphium [r]: ſed ſepulchrorum vſus nec permutationibus pollui debet [ſ]: nec iuſtæ ſepulturæ traditum, hoc eſt terra conditum corpus, inquietari oportet, ſi tamen hoc animo terra & in arcula conditum ſit, vt non aliô transferatur [t].

r. d. l. vel quod. § fin.

ſ. l. 12 ſi quis ſepulchrum. § Senatuſconſulto b. tit.

t. l. 39. Diui fratres. in pr. b. tit.

X. Arculam enim ipſam, ſi res exigat, in locum commodiorem licet transferre [u], & ſi quis eo animo corpus intulerit, quòd cogitaret inde aliô poſteà transferre, magiſq; temporis gratia deponere, quàm quòd ibi ſepeliret mortuum, & quaſi æternæ ſedi dare deſtinauerit, manebit locus profanus [x]: ſicut cùm impetratur vt reliquiæ transferantur, locus religioſus eſſe deſinit [y]. Sed &

u. d. l. Diui fratres. in fin.

x. l. 40. ſi quis enim. b. tit.

y. d. l. 44. cùm in diuerſis. § fin. b. tit.

XI. Sed & cùm loca capta ſunt ab hoſtibus, omnia deſinunt religioſa vel ſacra eſſe, ſicut homines liberi in ſeruitutem perueniunt: quòd ſi ab hac calamitate fuerint liberata, quaſi quodam poſtliminio reuerſa, priſtino ſtatui reſtituuntur [z]: cum autem maiores minimè lugendum, puta verunt, qui ad patriam delendam, & parentes & liberos interficiendos venit, quem ſi filius patrem, aut pater filium occidiſſet, ſinè ſcelere, etiam præmio afficiendum omnes conſtituerunt [a].

z. l.35. cum loca. h. tit.

XII. Qui itaq; in alienum locum, agrum puta vel ædificium mortuum intulerit, in factum actione ex hoc edicto tenebitur: neq; ſolùm dominus loci hanc actionem habet, ſed is quoq; qui eiuſdem loci habet vſumfructum, vel aliquam ſeruitutem, quia ius prohibendi etiam hi habent: & rurſus aduerſus hos etiam agitur, ſi inuito domino mortuum intulerint, quamuis aduerſus ſocios potiùs familiæ herciſcundæ, vel communi diuidundo agatur [b].

a. l.35. minimè. h. tit.

XIII. Is autem qui intulit mortuum in alienum locum, aut tollere id quod intulit, aut loci precium præſtare cogitur per in factum actionem, quæ tam hæredi, quàm in hæredem competit, & perpetua eſt [c]; oſſa tamen ab alio illata ſinè decreto effodere vel eruere quis non poteſt, alioqui iniuriarum tenebitur [d].

b. d. l. 2. § qui mortuum. & § ſeq. h. tit.

c. l.7. is qui intulit. in pr. h. tit.

d. l.5. oſſa in prin. h. tit.

XIIII. Aduerſus eum, qui in alterius arcam lapideam, in qua adhuc mortuus non erat conditus, mortuum intulit, vtilis actio in

factum datur, quia non propriè vel in ſepulchrum, vel in locum alterius intuliſſe dicitur [e]: ſi in locum publicis vſibus deſtinatum, dolo intulerit quis mortuum, dabitur in eum iudicium, & extra ordinem modicè cohercebitur: ſed ſi ſinè dolo abſoluetur [f].

e. d. l. is qui intulit. § fin.

f. d. l. oſſa. § ſi in locum.

XV. Deinde verò edixit hac parte Prætor, ſe de recuperandis ſumptibus, funeris cauſa factis, iudicium daturũ in eũ, ad quem ſumptuum iſtorum onus pertineret: nam & illud ſibi curandum eſſe, iuſtè Prætor exiſtimauit, ne inſepulta corpora iacêrent, neuè quis de alieno funeraretur [g].

g. l. 12. ſi quis ſepulchrum. § Prætor ait. h. tit.

XVI. Funus eum facere oportet, quem decedens elegit: neq; tamen is punitur ſi non fecit, niſi amiſſione eius quod ei relictum eſt: ſi nihil hac de re defunctus cauit, ad hæredes ſcriptos vel legitimos, quoſq; ſuo ordine, quo ſuccedunt, hoc pertinebit [h]: ſi is cui funeris ſui curam teſtator mandauit, accepta pecunia funus non duxit, de dolo actio in eum dabitur, vel extra ordinem funus ducere compellętur [i].

h. d. l. ſi quis ſepulchrum. § funus autem.

i. l. 14. & ſi quis aliàs. l. at ſi quis. § ſi cui. h. tit.

XVII. Magiſtratus autem ad funus ſumptus decernere debet, ſi quidem eſt pecunia in hæreditate, ex pecunia, ſi non eſt, diſtrahere debet ea, quæ tempore peritura ſunt, quorum retentio onerat hæreditatem: ſin minùs, ſi quid auri argentiq; fuerit diſtrahi aut pignori dari debet, vt pecunia expediatur, vel à debitoribus exigendum eſt, ſi facilè poſſit [k].

k. d l. 12 ſi quis ſepulchrum. § ſin cum l. ſeq h. tit.

Si

XVIII. Si quis impediat eum qui emit, quô minùs ei res tradatur, magiſtratus interuenire, factumq; tueri debet [l]: ſi colonus vel inquilinus mortuus ſit, nec ſit, vnde funeretur, ex inuectis & illatis funerandus erit, & ſi quid ſuperfluum remanſerit, hoc pro debita penſione tenebitur [m]: quinimò ſi, cùm vnde funeraretur teſtator, non eſſet, res legata diſtracta ſit, tuendus erit emptor, attamen ſi tantum eſt in hæreditate, ab hærede poſteà indemnis præſtari debet legatarius [n].

l. d. l. 14. & ſi quis. alias. l. at ſi quis. in prin. h. tit.
m. d. l. & ſi quis. § ſi colonus.
n. d. l. etſi quis. § ſed etſi res & l. vlt. § vlt. h. tit.

XIX. Quòd ſi itaq;, cùm hoc ad ipſum non pertineret, funeris cauſa ſumptus quis fecerit, aduerſus eos, ad quos funus pertinet, actio hæc funeraria ei datur, vtpote aduerſus hæredem, bonorumuè poſſeſſorem, cæteroſq; ſucceſſores [o]: adeò vt patronus etiam, qui bonorum poſſeſſionem contra tabulas petijt, hanc actionem pati cogatur [p]: & is ad quem dos peruênit, in funus conferre cogatur [q]: & ſi eodem momento temporis vir & vxor deceſſerint, in hæredem viri, pro portione dotis, dabitur hæc actio [r].

o. d. l. etſi quis. § fin.
p. l. 15. funeris impenſam. h. tit.
q. l. 16. in eum. cum. 14. & ſeqq. h. tit.
r. l. 32. ſi poſſeſſor. § fin. h. tit.

XX. Si filiusfamiliâs miles ſit, & habeat caſtrenſe peculium, ſucceſſores eius primùm tenebuntur, deinde ad patrem venietur [ſ]: qui ſeruum alienum vel ancillam ſepeliuit, habet aduerſus dominũ funerariam actionem [t]: neq; hæc actio eſt annua, ſed perpetua, & hæredi cæteriſq; ſucceſſoribus, & in ſucceſſores datur [u].

ſ. l. 31. ſi filiusfamiliâs. in prin. h. tit.
t. d. l. ſi filiusfamiliâs. § qui ſeruum.
u. d. l. ſi filiusfamiliâs. § fin.

XXI. Oritur autem hæc actio, quæ funeraria dicitur, ex bono & æquo, continetq; funeris tantùm impenſam, non etiam cæteros ſumptus [x]: ſedfuneris ſũptus accipitur quicquid ſepeliendi corporis cauſa erogatum eſt, puta vt peregrè mortui corpus perferretur, vt cuſtodiretur, vel vnguentis commendaretur, item quod in marmor vel veſtem vel precium ſoli, &c. erogatum eſt: non tamen oportet ornamenta cum corporibus condi, nec quid aliud huiuſmodi, quod homines ſimpliciores faciunt [y].

XXII. Debent etiam ſumptus funeris fieri, pro facultatibus & dignitate defuncti [z]: & æquitas ſumptuum ex cauſa, ex tempore, ex bona fide quoq; æſtimabitur, vt neq; plus imputetur ſumptus nomine, quàm factum eſt, neq; tantùm quantum factum eſt, ſi immodicè factum eſt, quia vltra modum ſinè cauſa conſumitur, nec voluntas teſtatoris ſequenda erit, ſi res egrediatur iuſtam ſumptus rationem [a].

XXIII. Impenſa igitur funeris ſemper ex hæreditate deducitur, quæ etiam omne creditum ſolet præcedere, cùm bona ſoluenda non ſunt [b]: & qui propter funus aliquid impendit cum defuncto contrahere creditur, non cum hærede [c]: teſtari autem hoc debebit, qui ſumptus funeris ita facit alterius nomine, ſe non donandi animo facere, ſed negocium gerere, vt quod erogauerit, recuperet [d].

XXIIII. Filij quoq; cum parentes ſuos funerant, vel alij qui hæredes fieri poſſunt, licet ex hoc

x. d l. & ſi quis. §. hæc actio.

y. d l. & ſi quis. §. impenſa. & d. l. 37. funeris ſumptus. in prin. h. tit.

z. d. l. 12. ſi quis ſepulchrum. §. ſumptus funeris. h. tit.

a. d l & ſi quis. §. hæc actio l. 1. §. fin. & l ſeq. ſ. ad leg. falcid.

b. l pen. h tit.

c. l. 1 h. tit.

d. d. l. etſi quis, § ſed interdum.

ex hoc ipſo neq; pro hærede geſtio, neq; aditio præſumatur, tamen ne vel miſcuiſſe ſe neceſſarii; vel cæteri pro hærede geſſiſſe videantur, ſolent teſtari, pietatis gratia id ſe facere, & pleniùs hos teſtari oportebit, ſi forte vel partem ſumptuū à cohæredibus repetere velint [e].

e. d. l. & ſi quis § plerią. & § fortaſsis.

XXV. Si quis, dum ſe hæredem putat, funerauerit, huic etiam funeraria hæc actio dabitur [f]: interdum tamen iudex, qui de ea æquitate cognoſcit, ſumptum non debet admittere modicum factum, ſi fortè in contumeliam defuncti hominis locupletis, ſumptus modicus factus ſit [g]: & qui aliam actionem habet de funeris impenſa conſequenda, puta familiæ hercíſcundæ, funeraria non aget, niſi fortè familiæ herciſcundę illud iudicium ſit finitum [h].

f. d. l. & ſi quis. § ſi quis.

g. d. l. & ſi quis. § iudicē.

h. d. l. & ſi quis. § Labeo ait.

XXVI. Qui mandatu alterius funerauit, non habet funerariam actionem, ſed is qui mandauit funerandum, ſiue ſoluit ei cui mandauit, ſiue debet: ſi pupillus ſinè tutore mandauit, ſumptus facienti vtilis funeraria dabitur: quòd ſi mandauit pupillus de funere ad ſe pertinente, danda eſt in eum actio: ſed ſi hęres mandauit, ceſſat funeraria, cùm ſit mandati: & è contrà ſi quis ſinè mandato hæredis funerauit, funeraria agit, etiamſi hæres ratum non habeat [i].

i. d. l. & ſi quis. § qui mandatu.

XXVII. Ei qui prohibente hærede funerauit non dabitur funeraria actio, niſi vel filius fuerit teſtatoris, & de recuperandis ſumptibus teſtatus ſit vel ſit, ei funus à teſtatore mandatum, & generaliter huius actionis natura in-

dulgere videtur, vt iuſtus iudex non meram negociorum geſtorum actionem imitetur, ſed ſolutiùs æquitatem ſequatur [k].

k d.l.etſi quis.§. idem Labeo.

XXVIII. Illud etiam ad Magiſtratus officium pertinet, prouidere ne corpora aut oſſa mortuorum detineantur aut vexentur, neuè prohibeantur, quô minùs via publica transferantur, aut quo minùs ſepeliantur [l]: ſed hac de re, interdicto de mortuo inferendo, vberiùs proſpicitur, de quo nunc dicendum eſt.

l. l.38.ne corpora.h.tit.

De mortuo inferendo & ſepulchro ædificãdo: Tit. 8.

.1.2.3. Interdictum de mortuo inferendo vbi locum habeat?
4.5.6.7. Interdictum de ſepulchris ædificandis vbi locum habeat vel non?
Si prægnans moriatur?

I. DE mortuis inferendis ita Prætor edixit, vt quô quâue alteri mortuum inferre inuito te ius eſt, quô minùs illi eô eâue mortuum inferre & ibi ſepelire liceat, vim fieri vetet: interdictum hoc prohibitorium eſſe palam eſt: qui inferendi mortuum ius habet, non debet prohiberi inferre: prohiberi autem inferre videtur, ſiue in locum inferre prohibeatur, ſiue itinere arceatur [a].

a. l.1.in prin.h.tit.& d.l.38.ne corpora.ſ.tit.prox.

II. Hoc interdicto de mortuo inferendo dominus proprietatis vti poteſt, competitq; etiam de loco puro: item ſi mihi in fundum via debeatur, in quem fundum inferre volo, & via prohibear, hoc interdicto experiri potero: idq; erit probandum, etſi alia ſeruitus debeatur [b].

b. d.l.1.§.hoc interdicto. aliàs.§.hoc verò interdicto.

Sunt

III. Sunt etiam perſonæ, quæ quanquàm religioſum locum facere non poſſint, interdicto tamen de mortuo inferendo vtiliter agũt, vt puta dominus proprietatis, ſi in fundum, cuius fructus alienus eſt, mortuum inferat, aut inferre velit: ſi ſocius in fundum communem inuito ſocio: nam propter publicam vtilitatem, ne inſepulta cadauera iaceant, ſtrictam rationem inſuper habemus, & nonnunquàm in ambiguis religionum quæſtionibus, omitti hæc ſolet, quia ſumma eſt ratio quæ pro religione facit [c].

c. l.43. ſunt perſonæ ſ. tit. prox.

IIII. De ſepulchris quoq; ædificandis ita Prætor edixit, vt quô alteri ius eſt, inuito te mortuum inferre, quô minùs illi in eo loco ſepulchrum ſinè dolo malo ædificare liceat, vim fieri vetet: interdictum hoc propterea propoſitum eſt, quia religionis intereſt, monumenta extrui & exornari, & facere ſepulchrum ſiue monumentum, in loco, in quo ei ius eſt, nemo prohiberi debet [d].

d. d.l.1. § Prætor ait.

V. AEdificare videtur prohibere, & q̧ prohibet eã materiã conuehi, quæ ædificio neceſſaria ſit: proinde & ſi operi neceſſarios prohibuit quis venire, interdictum locum habet, & ſi machinam eô loci alligare prohibeat, vbi ſeruitutem debet: cæterùm ſi citra ſeruitutis ius in meo ſolo velis machinam ponere, non tenebor interdicto, ſi iure te non patiar [e]: & ſi priùs ædes meas ſepulchrum ædifices, opus nouum nunciare potero, aut opere perfecto quod vi aut clam agam [f].

e. d.l.1. § ædificare videtur.
f. l.3. in prin. h. tit.

Impe-

g *l.vlt.in prin.h.tit.*
h. *d.l.1 § ædificare autem*
i. *d.l.1 § fin.*
k *d.l.vlt.§.vlt.*

VI. Impediri quoq; non debet, qui imperfectum monumentum, vbi reliquiæ hominis conditæ ſunt, perficere conatur [g]: nec reficiens monumentum impediri debet [h]: imò etiam qui id agit, vt labatur ſepulchrum, hoc interdicto tenetur [i]: ſed ſi religioſus locus iam factus eſt, explorari debet, quatenus ſalua religione, deſiderio reficiendi operis medendum dum ſit [k].

l. *l pen.h.tit.*
m. *d.l.3 §.fin.h.tit.*

VII. Longa quidem poſſeſſione ius ſepulchri ei non tribui, cui iure non competit, reſponſum eſt [l]: attamen ſi propiùs ædificium alienum, intrà legitimum modum ſciente domino mortuus illatus ſit, poſteà prohibere eum non poterit ædificij dominus, quô minùs alium mortuum eô inferat, vel monumentum ædificet [m].

n. *l.2.h tit.*

VIII. Negat vero Lex Regia, mulierem quæ prægnans mortua ſit, humari, antequam partus ei excidatur: qui contra fecerit, ſpem animantis cum grauida peremiſſe videtur [n].

Finis Synopſeos theſium, ſiue axiomatum Iuris, ad ſecundam partem pandectarum.

SOLI DEO GLORIA.

Diuus Hieronymus ad Damaſcen. ſcribens Epiſcopum, & de ſua, noui Teſtamenti, noua è Græco verſione loquens, Pius eſt labor (inquit) quem ſuſcepi, ſed periculoſa eſt præſumptio iudicare de cæteris, ipſum ab omnibus iudicandum, ſenis mutare linguam & caneſcentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum.

SYNOPSIS

THESIVM SIVE AXIOMATVM IVRIS, AD Tertiam partem Pandectarum ſeu Digeſtorum, Iuris Ciuilis Romani,

Authore

DETHARDO HORSTIO, I. V. DOCTORE, & in Academia Iulia Helmſtadiana Profeſſore.

E TENEBRIS LV



CEM NON CONTRA

VIRTVS INVIDIAM VINCIT.

Cum gratia & Priuilegio.

HELMSTADII
Excudebat Iacobus Lucius Tranſyluanus.
Anno M. D. LXXXIII.

INCLYTO
ILLVSTRISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO AVGVSTO,

Sacri Romani Imperij Archimarſcalco & Electori, Duci Saxoniæ, Landtgravio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, Burggravio Magdeburgenſi &c. Domino ſuo Clementiſsimo,

DETHARDVS HORSTIVS, I. V. DOCTOR,
Salutem.

VNanimis eſt, Inclyte Illuſtriſſimeq́ Princeps, Domine Clementiſſime, omnium Iuris Anteceſſorum ſententia, multorum ſeculorum iudicio iam comprobata, in immenſo illo vaſtoq́ Iuris Ciuilis Romani pelago interpretando, nullam poſſe commodiorem inueniri, teneri've viam, quam ſi quis, quaſi ſapientiſſimus Nauclerus, aduerſus irruentes hinc inde ingentes fluctus, immanes ſuperuenientes procellas, duriſſimos oppoſitos ſcopulos, velorum contractione & inhibitione, clauiq́ prudenti non minus quam firma gubernatione, nauem in tuto retinens, & per medium profundum eundo, recta via nauem in portum deducens, ita vehementiſſimis fluctibus variorum diuerſorumq́ iuris reſpon-

ſorum & reſcriptorum, à periculoſiſſimis procellis & ſcopulis pugnantium opinionum, ius, quod ſi modò in diuerſis terminis ſuis rectè collocetur ac conſideretur, purum putum, verum ſemper & vndequaq; ſibi conſonans eſt, eruat, ſedéq; ſua quietiſſimi pariter ac tutiſſimi portus collocet: Omnes enim, quotquot vel à limine Iuriſprudentiam ſalutârunt, dicere fateriq; coguntur, vix vaſtiſſimi Oceani tantos eſſe & tam ingentes fluctus, tam immanes procellas, vix tam imminentium ſcopulorum pericula, quanta ſit diuerſorum iſtorum Iuris reſponſorum, variorumq; reſcriptorum copia, & quanta diſſidentium pugnantiumq; opinionum apud Interpretes, iuris multitudo: & cùm in regenda naui aduerſus fluctuum & procellarum vim, ſcopulorumq; pericula, [illegible] tantùm quædam humana ſapientia, quæ [illegible] etiam de plebe homini contingere poſſit, neceſſaria eſſe noſcatur, tùm verò contrà ad compoſitionem diuerſorum illorum reſponſorum reſcriptorumq; Iuris, [illegible] conciliationemq; vel [illegible] tionem [illegible] iſtarum opinionum, non ſolum [illegible] tiſſimum [illegible] ſapientiæ lumẽ, ſed penè plus quàm humana & ferè diuina quædam prudentia requiri videtur, [illegible] ſit, qui opus hoc conturbatum moderandum [illegible] què & naturali ordine componendum ſuſcipit [illegible] portum, numeroſiſſimam illam ſplendidiſſimamq; iuris & legum claſſem, fœliciter traducere poſſe exiſtimatur: Si verò ea deſtituetur, inſtar imprudentis & imperiti nauclerii fluctibus ac procellis innumerarum iſtarum deciſionum iuris, quaſi vaſtiſſimi impetuoſiſſimiq; maris, [illegible] ri, &

[illegible]

in diſsidentium opinionum horribiles ſcopulos impingentem, naufragium eum facturum, ipſi prædicitur. Hoſce autem iuris noſtri fluctus, haſce procellas, hoſce ſcopulos, totos iam penè viginti annos, continuis diſputationum, cùm publicarum, tum priuatarum exercitiis, & ab illo primo tempore, quo huic Arti operam nauare cœpi, vſq; huc non parùm expertus, perſuaſus tandem ſum, vt periculum facere primùm conarer, num ex ingenti illa diſperſarum legalium ſanctionum multitudine, ſecundum ordinem titulorum, in Pandectis ſeu Digeſtis noſtri Iuris obſeruatum, nuda ſimpliciaq; axiomata, rationibus tantùm euidentioribus additis, extrahere ſingulaq; debita ſua & naturali ſtatione collocare poſſem: eamq; rem quamuis intolerabiles requirere labores, ſtatim in limine huius operis expertus eſſem, quandoquidem tamen mediocriter mihi ſuccedere cœpiſſet, nequaquam ab inſtituto opere deſiſtendum, ſed potiùs ſummo ſtudio id continuandum eſſe, arbitratus ſum, & Altiſſimum, Æternum, Optimum Maximumq; Deum, qui fons eſt omnis ſalutaris ſapientiæ, ſuppliciter, qui hoſce meos labores remuneraturum, haud dubiè excitaturum eſſe, ſi eam mihi eaq; confidi. Cùm autem Inclyte Illuſtriſsimeq; Princeps, Elector Auguſte, Domine Clementiſsime, Principibus illis viris, qui gubernacula Reipublicæ tenent, & quibus iuris, tam in ſanciendo, quàm etiam in corrigendo declarandoq;, propria eſt omnino ſolicitudo, hanc meam operam dedicandam eſſe cenſuiſſem, & Synopſios huius meæ primam partem Cæſareæ Maieſtati, alteram Electori Palatino, Dominis meis Clementiſsimis nuncupaſſem, vt tertiam partem

Illuſtriſſimæ tuæ Celſitudini ſuppliciter deferrem, ſingulari affectione, & quaſi zelo quodam commotus ſum: Non ſolum enim illud ob oculos mihi verſabatur, quòd Illuſtriſſima tua Celſitudo, poſt Cæſaream Maieſtatem, ſecundum locum inter reliquos omnes ſeculares Principes teneret, ſed occurrebant etiam illico imagines Maiorum Celſitudinis tuæ, qui legibus ſanctiſſimis [illegible] rectione, plurimùm ſuo tempore Rempublicam iuuerunt, & præſertim Imperatoris Lotharij, qui [illegible] ius hoc [illegible] Romanum, quod infœliciſſimis iſtis temporibus penè [illegible] & ſitu muco obductum, in bibliothecis com[illegible] abſconditum iacebat, in lucem reduxit, priſtinoq́ reſtituit nitori. tum verò de propria Celſitudinis tuæ [illegible] bus in mentem mihi venit, & præſertim illud, quam a ſua, nec non prudentiſſimorum ſuorum Conſiliariorum (quos tam in aula, quàm etiam in Academiis ſuis, Illuſtriſſima Celſitudo tua, lectiſſimos certè habet) alacritate, quanto ſtudio, quantaq́; diligentia, quantis etiam ſumptibus atq́ impenſis, controuerſarum [illegible] quæſtionum Deciſiones, opus [illegible] CONSTITVTIONVM, aliasq́; tam Politicas, quàm etiam Eccleſiaſticas ordinationes, Illuſtriſſima Celſitudo tua cõpeci, atq́ in publicum diuulgari curauerit: quanta [illegible] magnificentia, omnia omnium generum [illegible] ſtudia, huc vſq́ Celſitudo tua [illegible] promouerit. Inter cætera deniq́ illud etiam maximè me incitauit, quòd cum Illuſtriſſima Celſitudo tua, in toto hoc Romano [illegible] imperio plurimum ſua authoritate polleat, dari hac [illegible] poſſe occaſionem exiſtimaui, vt Illuſtriſſima Celſitudo tua

meis

meis aliorumq́ precibus adducta, perſuadeat atq́ inſtiget Cæſaream Maieſtatem cæterosq́ imperij Proceres, ad conſimile Deciſionum opus, ſicut in receſſu comitiorum Spirenſium, Anno ſalutis milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo promiſſum eſt, perficiendum ac promulgandum: quæ res quantopere minuere poſsit omnes, omnium curiarum & Scholarum, labores, quot tollere poſsit controuerſiarum occaſiones, & quot quantaq́ alia commoda inde prouentura ſint, dici ſatis non poſſe videtur. Illuſtriſsima itaq́ tua Celſitudo, Inclyte atq́ Illuſtrime Princeps, Domine Clementiſsime, vt tertiam hanc partem Synopſeos meæ axiomatum, ad tertiam partem Pandectarum collectorum, ſub Inclyti ſui nominis præſidio in publicum prodire patiatur, meq́ cum meis ſtudiis, vt fideliſsimum ſuum clientulum, ſibi commendatum habeat, ac non tam huius oblati opuſculi tenuitatem, quàm quod illud non abſq́ magnis ſudoribus, curis atq́ vigiliis confectum ſit, ſicut teſtari poterit vel vnus titulus, De præſcriptis verbis & in factum actionibus, aut vna illa quæſtio, an in Depoſito ſolus dolus vel etiam culpa præſtetur, Clementiſsimè velit æſtimare, deuotiſsimè oro atque obſecro. AEternus, Optimus, Maximusquè DEVS Eccleſiæ ſuæ & eorum, qui ei vbiuis terrarum, tanquam nutritij præſunt, ſummus & parens, Illuſtriſsimam Celſitudinem tuam diu incolumem ſeruet, conſiliaq́ & Cæſareæ Maieſtatis, & tua, & reliquorum Principum, ad communem omnium ciuium ſalutem, pacem & tranquillitatem dirigat. Helmſtadii in

Academia

Academia Iulia, 3. Calend. Auguſti, Anno reparatæ per Chriſtum Ieſum ſalutis, 1583.

Illuſtriſs. Celſitud. tuæ.
addictiſs.

Dethardus Horſtius Friſius Orientalis I. V. Doctor.

DIGESTORVM SEV PANDECTARVM
Pars Tertia:

LIBER DVODECIMVS:

Diſputat. I. Reſpond. VVillichius Piſcatorius Mundenſis.

De rebus creditis, ſi certum petatur, & de certi condictione:
Titulus Primus.

1. 2. 3.	*Creditum quid, & quomodo à mutuo differat?*
4. 5. 6.	*Mutuum quomodo datione contrahatur?*
7. 8.	*Mutuum quas pactiones recipiat?*
9.10.11.12.	*Mutuò dantem oportet eſſe dominum, aut domini loco.*
13. 14.	*Quomodo breui vel longa manu mutuum contrahatur?*
15.	*Condictio quid & quotuplex?*
16.17.18.19.	*Certum quid, & certi condictio ex quibus cauſis competat?*
20. 21.	*Certi condictio numeratæ pecuniæ, quomodo à triticaria differat?*
22.	*Vltramontanorum & Citramontanorum diſputatio.*
23. 24.	*Condictionis Triticariæ proprietas.*
25.	*Condictio pecuniæ numeratæ in bonæ fidei iudicijs.*

I.

QVoniam multa, ad contractꝰ varios pertinentia, iura, Prætor ſub hoc titulo propoſuit, ideò rerum creditarum titulum præmiſit: credendi enim appellatio generalis eſt, & omnes contractus, quos alienam fidem ſecuti inſtituimus, complectitur: quia cuicunque rei aſſentiamur, alienam fidem ſecuti, mox recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimur [a].

a. l. 1. h. tit.

II. Creditum ergo à mutuo differt, quaſi genus à ſpecie: nam creditum conſiſtit etiam extra eas res, quæ pondere, numero menſuraue continentur, ſicut ſi eandem rem recepturi ſumus [b].

b. l. 2. §. creditum. h. tit.

III. Interdum creditum eſt, etiamſi nihil proficiſcatur, veluti ſi poſt nuptias dos promittatur [c]: verbis quoq; credimus, quodam actu ad obligationem comparandam interpoſito, veluti ſtipulatione [d].

c. d. l. 2. §. verſ. creditum autem.

d. d. l. 2. §. fin.

IIII. Mutui datio autē conſiſtit, in his reb9, q̄ pondere, numero mēſura conſiſtunt: quoniā earum datione poſſumus ſingulariter in creditum ire, quia in genere ſuo functionem recipiunt, & cùm res vna fungibilis homogenea, eiuſdē qualitatis & quantitatis, pro alia, veluti triticum pro tritico datur, magis ferè eadem quàm alia res reſtitui videtur: quod in rebus alijs non fungibilibus, non perinde eſt [e].

e. d. l. 2. §. mutui datio.

V. Mutuum namq; damus, recepturi non eandē ſpeciem, quam dedimus, alioquin commodatum erit aut depoſitum, ſed idem genus: quod ſi aliud genus, veluti pro tritico vinum, recipiamus, non erit mutuum [f].

f. d. l. 2. in prin.

VI. Cùm autem quid mutuum dederimus, etiamſi non cauimus, vt tantundem nobis eiuſdem generis qualitatis & quantitatis reddatur, tamen rem alterius generis vel eiuſdem generis deteriorem, aut minoris quantitatis reddere non licet: nam in contrahendo quod agitur, id pro cauto eſt [g].

g. l. 3. h. tit.

VII. Omnia porrò quæ inſeri ſtipulationib9 poſſunt, eadem poſſunt etiam numerationi pecuniæ: atq; ita, cùm conditiones etiam adijci poſsint [h], fit vt pendeat interdum mutui datio, atq; ex poſtfacto confirmetur [i], cuius rei exempla aliquot ſub hoc tit. proponuntur [k]. Vt for-

h. l. 7. omnia h. tit.
i. l. 8. proinde mutui. h. tit.
k. l. 4. ſi quis nec cauſam. & d l. proinde. l. 9. quod ſi ab initio. l. 19. non omnis in prin. l. 36. pecuniam cū 3. ſeq. h. tit.

VIII. Vt ſortis nomine minus reddatur quã datum eſt, conuentio valet [l], vt plus reddatur non valet: quamuis vt ſupra ſortem, vſurarnm aut penſionis nomine aliquid præſtetur, ſtipulatione vel pacto in continenti adiecto effici poſsit [m].

IX. Oportet verò in mutui datione dantem eſſe dominum [n], aut domini loco eſſe, & liberam adminiſtrationem rerum habere [o]: nam & cùm filiusfa. vel ſeruus peculiares nummos mutuò dant, patri vel domino quæritur obligatio [p].

X. Sed etſi tu nomine meo voluntate mea pecuniam mutuò dederis, mihi acquiretur actio, licèt nummi mei non fuerint [q]: è contrà quoq; ſi nummos meos tuo nomine voluntate tua dedero, tibi acquiritur obligatio: & ſic quotidie credituri pecuniam mutuam, ab alio poſcimus, vt noſtro nomine creditor noſter det futuro debitori noſtro [r].

XI. Si filiusfa. viaticum ſuum mutuum dederit, cùm fortè ſtudiorum cauſa Romæ ageret, reſponſum eſt, extraordinario iudicio illi ſubueniendum eſſe [ſ]: ſicut & aliâs in factum actiones exercere eum poſſe, [t] ordinariam actionem nullam ſuo nomine exercere poſſe, exceptis paucis, proditum eſt [u].

XII. Interdum etiam conſumptione confirmatur mutuum, quod ab initio non conſtabat [x], veluti ſi furioſus mutuò dederit [y], ſi fur furtiuos nummos mutuò dederit [z], aut ſi quis alius alienos nummos ſuo nomine mutuò de-

l. l.17. ſi tibi decem in prin. ff. de pact. l. 11. rogaſti. §. ſi tibi dedero. h. tit.

m. l. 40. lecta. h. tit. vide Reichs abſcheide *tit.* von wücherlichen contracten, *parte 1. fol. 55. fol. 108. & fol. 223. itemq; parte 2. fol. 54. & fol. 289.*

n. d.l.2. §. in mutui datione. h. tit.

o. l.9. certi condictio. §. idemq; erit. l.26. ſi pecuniã. h. tit.

p. d.l.2. §. in mutui datione. l.11. rogaſti. § ſi fugitiuus. l. 13. nam etſi fur. §. ſi ſeruus. h. tit.

q. d.l.2. §. in mutui datione. & d.l.26. ſi pecuniam. h. tit.

r. d.l. certi condictio. §. ſi nũmos. h. tit. vide l.3. & 4. & l. 7. non vnde. l.13. cum qui. C. ſi cert. pet.

ſ. l.17. cum filiusfamilias. h. tit. l.18. ſi longius. §.1. ff. de iudic.

t. l.13. in factum. ff. de obligat. & action.

u. l.9. filiusfa. ſuo ff. d. tit. de oblig. & act.

x. l. 11. rogaſti. § fin. h. tit.

y. l. 12. ſi à furioſo. hoc tit.

z. l. 13. nam etſi fur. in prin. h. tit.

derit [a], ſi pupillus ſinè tutoris authoritate crediderit [b].

XIII. Sed & ſingularia quædam recepta ſunt circa pecuniam creditam, vt ex conſenſu contrahentium, interdum breui quod aiunt [c], vel longa manu [d], ſinè traditione, fictionib⁹ tantùm legis opitulantibus, [e] mutuum contrahatur [f].

XIIII. Si enim ego mutuationis cauſa debitorem meum iuſſero tibi ſoluere, vel quod ex donationis aut mandati cauſa debes, iuſſerim vt ex crediti cauſa retineres, perinde mutuum contrahitur, ac ſi mihi pecunia data, & à me ad te profecta eſſet [g]: ſecus tamen ſi ſinè meo aſſenſu tu id volueris [h]. Sed nunc de certi condictione videndum.

XV. Condictionem, vt alibi ait Iuſtinianus Imperator, dicimus Actionem in perſonam eſſe, quâ dare aut facere oportere aduerſarium intenditur [i]: eſt autem condictio aut certi aut incerti [k], ſicut & de ſtipulationibus proditum eſt [l].

XVI. Certum eſt, cuius ſpecies vel quantitas, quę in obligatione verſatur, aut nomine ſuo, aut ea demonſtratione, quæ vice nominis fungitur, qualis quantaque ſit oſtenditur: incertum contrà [m].

XVII. Sed ſicut conuentionum quædã tranſeunt in proprium genus contractus, quædam in ſuo nomine, generali ſcilicet contractuum, ſtant: ita quoq; condictiones ex contractibus proficiſcentes, quædam in ſpeciale nomen actionis

a. d. l. nam etſi fur. in prin. verſ. vnde Papinianus.
b. d. l. 19. non omnis. §. ſi pupillus. h. tit.
c. l. 43. licet. § 1. verſ. tunc enim. ꝓ. de iure dot.
d. l. 79. pecuniam quam. ꝓ. De ſolut. & lib.
e. l. 34. qui negotia. §. 1. ꝓ. mandat. l. 3. § fin. verſ. nam etſi donatio. ꝓ. de donat. inter vir. & vxor.
f. l. 15. ſingularia. h. tit.
g. d. l. ſingularia. & l. 20. ſi tibi pecuniam. h. tit l. 6. ſi ex precio. C. ſi cert. peta.
h. d l. qui negotia. §. 1.
i. § appellamus. I. de act.
k. d. l. 9. certi condictio. in prin. h. tit. l 22. ſed ſi me § fin l 40 qui exceptionem § ſi pars. ꝓ. de cond. indeb. l. 3. ꝓ. de cond ſinè cauſa. l. 12. & ideo in fi. ꝓ. de cond. furt l. 8 ſi tibi liberum. ꝓ. de act. emp l 60 quòd ſi nulla ꝓ. de legat. 1 cum ſimilibus
l. l. 74. ſtipulationum quædam certæ. cum l. ſeq. ꝓ. de verb. obl. l. 6. ſcire debuiſti. C. de contr. & com. ſtip.
m. l. 6. certum h. tit. & d. l. ſtipulationum quædam certæ cum l. ſeq. ꝓ. de verb. oblig.

actionis tranſeunt, quædam vero non [n].

XVIII. Certi condictio igitur competit ex omni cauſa, ex omni obligatione, ex qua certum petitur, ſiue ex nominato contractu, qui certam ſpecialem formam habet, ſiue ex contractu innominato, qui incertam & non ſpecialem formam habet [o].

XIX. Licet enim nobis ex omni contractu certum condicere, dummodo præſens ſit obligatio, & competit hæc actio etiam ex legati cauſa, & ex lege Aquilia, & ex cauſa furtiua, &c. ſiue ſuo nomine quis obligatus ſit, ſiue alieno [p]. Sed his & alijs ſimilibus caſibus, ſpecialia quoque ſunt actionum nomina prodita, puta actio ex teſtamento [q], Actio legis Aquiliæ [r] condictio furtiua [ſ].

XX. Eadem ratione ex mutuo quoq; certi condictio competit, in omnibus ſupradictis & alijs caſibus, vbi mutuum ritè contrahitur [t]: attamen illa actione ſi certum petetur, is demum vtitur, qui certam pecuniam numeratam petit [u], licèt extra cauſam mutui [x].

XXI. Qui alias res certas, mobiles vel ſoli, ex quacunq; obligationis cauſa petit, condictione vtitur Triticaria [y]: ſed vtrobiq; ſpeciales ferè, vt dictum eſt, proditæ ſunt actiones [z]: atque ita apparet, certi condictionis duo eſſe genera intermedia, alterum pecuniæ numeratæ alterum Triticariæ: ſpecies condictionum ſingulares eſſe multas [a].

XXII. Cognoſcitur quoq; hinc carere iudicio logico, tota illa Citramontanorũ & Vltramon-

n. d. l. iurisgentium. in prin. & § 1. l. 1. 2. 3 & 4. ff. de præſcript. verb.

o. d. l. 9. certi condictio. in prin. h. tit. d. l. iurisgentium in princip. & § 1. ff. de pact. d. l. 1. 2. 3. & 4. ff. de præſcr. verb.

p. d. l. certi condictio. in prin. verſ. licet. cum. §. ſeq. h. tit.

q. l. 1. & ibi Dd. C. com. de lega. & fideicom. Bart. & alij in l. 1. ff. de lega. 1. Dd. cõmuniter in § noſtra autem. I. de lega.

r. tex. in prin. tit. & § fin. I. de lege Aquil. toto tit. ff. ad legem Aquil. & C. eod.

ſ. toto tit. ff. de condict. furt.

t. num. 7. & 7. ſeqq. ff. eo. tex: in prin: tit: I. quibus modis re contrab: oblig.

u. l. 1. in prin. ff. de condict. tritica.

x. d. l. certi condictio in prin. h. tit.

y. d. l. 1. in prin. ff. de condict. trit.

z. d. l. certi condictio in prin. & d. l. 1. in prin. ff. de condict. tritica.

a. d. l. certi condict. in prin. & d. l. 1. in prin.

montanorum diſputatio, an vna tantùm ſit generalis, vna ſpecialis certi condictio, vel non [b]: & tamen in iſta confuſione, veritati magis eſſe conſentaneam Vltramontanorum ſententiam, qui dixerunt, vnam eſſe condictionem certi generalem, ſpeciales multas [c].

XXIII. Vinum quod mutuum datum erat, per iudicem petitum eſt, ſi dictum ſit quo tempore redderetur, æſtimatio fiet quanti tunc fuit: ſi non, quanti tum, cùm petitum eſt: eademque ratione loci conuenti, aut eius vbi petitum eſt, æſtimatio inſpicitur [d].

XXIV. Sed etſi homo vel fundus petitus ſit, poſt iudicium acceptum omnis cauſa reſtitui debet [e]: & ſi poſt moram res interierit, periculum eſt debitoris [f]: ſicut & periculum nominis ad eum pertinet cuius culpa deterius factum eſt [g].

XXV. Quoties autem pecunia numerata condicitur, in bonæ fidei iudicijs ex mora vſuræ etiam præſtari debent, etiamſi non ſint ſingulariter promiſſæ [h]: ſicut & alia quædam ſingularia habent bonæ fidei iudicia [i]: Sed nunc de iuramentis videamus, quibus plurimæ rerum creditarum controuerſiæ terminantur [k]: ex quibus etiam, tanquam ex credito, actio vel exceptio competit [l].

b. vide de hac diſputatione Bald. in rub. h. tit. gloſſ. et Dd. communiter in d. l. certi condictio. in prin.

c. vide Iaſonem & Zaſium in d. l. certi condictio in prin.

d. l. 22. vinum h. tit. l. pen. & vlt. ſ. de condict. tritica.

e. l. 31. cum fundus. h. tit. l. 4. §. poſt litem. ſ. fin. reg. l. 12. de eo. §. ſi poſt. ſ. ad exhib. l. 12. ſi in Aſia. ſ. de poſ.

f. l. 5. quod te mihi dare. h. tit. l. 23 ſi ex legati cauſa. ſ. de verb. obl. l. 5. ſi quis. §. fin. ſ. de collat. bono.

g. l. 35. periculum. h. tit. l. 22. mulier. §. ſed enim. ſ. ad S. C. Trebell.

h. l. 18. his conſequenter. §. ſumptuum ſ. fam. hercisc. l. 32. mora. §. in bonæ fidei. ſ. de vſur. & fruct.

i. de his copioſiſſimè Dd. in §. actionum. I. de act.

k. l. 1. & 2. l. 26. qui iuraſſe. §. fin. ſ. tit. prox.

l. l. 7. ait prætor. cum l. ſeq. & l. 9. nam poſtequam. in pr. & §. ſeq. l. 11. ſed & poſſeſſori. l. 34. iuſiurandum & ad pecunias. §. fin ſ. tit. proxi. l. 8 actori. C. de rebus cred. et iureiu. §. item ſi quis poſtulante. I. de act. § æquè ſi debitor. I. de except.

Diſputatio II. Reſpond. Ioachimus Schinckelius, Pomeranus.

De Iureiurando, ſiue voluntario, ſiue neceſſario, ſiue Iudiciali. Tit. 2.

1.	*Iuſiurandum quid & quotuplex?*
2.	*Voluntarium quid & quotuplex?*
3. 4.	*Vltroneum quid & quæ vis eius?*
5.	*Conuentionale quid & quæ eius vis?*
6.	*Neceſſarium quid? eiusq́ exempla.*
8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.	*Iudiciale iuramentum, & vbi id locum habeat?*
15. 16.	*Iudicialis iuriſiurandi vis.*
17. 18.	*Suppletiuum vbi locum habeat, & quid à iudiciali diſtet?*

I. IVſiurandum eſt enunciatio, religioa obteſtatione confirmata[a]: iurare enim, niſi per verum Deum, fas non eſt[b]: Diſtinguitur autem Iuſiurandum in voluntarium & neceſſarium[c], & aut atteſtationis aut promiſsionis cõfirmandæ cauſa[d] adhibetur, extra iudicium[e] vel in iudicio[f].

II. Voluntarium eſt, quod voluntariè atq; ex arbitrio proprio præſtatur[g]: videlicet cùm extra iudicium iuratur, ſinè decreto magiſtratus[h]: idq; eſt vltroneum[i], aut conuentionale[k].

III. Vltroneum quod vltrò ac nemine deferente præſtatur: qualia iuramenta, ſi atteſtationem tantùm contineant, tanquam temeraria, alteri non præiudicant[l]: puta ſi legatarius extra iudicium vltrò iurauerit, hæreditatem ſatis a-

a. c. 1. c. conſidera cum 4. ſeq. & c. mouet. 22. quæſt. 1. c. etſi Chriſtus. extra de iureiur.
b. d. c. conſidera cum 4. ſeq. et d. c. mouet. d. c. etſi Chriſtq.
c. l. 1. in verb. vel ex pactione, vel ex authoritate. l. 17. iuſiurandum quod ex conuentione, in prin. l. 34. iuſiurandum vel ad pecuniam. §. ait prætor. ibi iurare cogam h. t. l. 9. delata. & l. penult. §. 1. ibi neceſsitate imponenda. & § his de præſentibus. ibi. neceſſe eſt C de reb. cred. & iureiuran. c. 2. 22. q. 1. et ibid. q. 1. in prin. et notauit inter cæteros hanc Dichotomiam Franc. Duaren. in tit C. de reb. cred. et iureiu c. 2. inprin.

d. d c. 1. 22. cauſa q 1. & ibid. q. 1. in prin. & d. c. etſi Chriſtus. e. d l. iuſiu. quod ex conuentione & l. 28. in duob. §. fin. h. tit. f. d. l. pen. §. 1. C. de reb. cred. & iureiu. & l. 12. rem non nouam. C. de iudicijs. g. d. 22 cauſa q. 1. in prin. & per tot. h. l. 23. ſi legatarius. ſ. de dolo malo. d. 22. cauſa. q. 1. per tot. i d. l. ſi legatarius. d. 22. cauſa. quæſt. 1. in prin. & per tot. k. d. l. iuſiur. quod ex conuentione. & d. l. in duob. §. fin. h. tit. l. l. 3. in prin. h. tit. d. l. ſi legatarius. & d. 22. cauſa. q. 1. c. ſicut ex literis. extra de iureiuran. l. 4. §. deferre. ſ. tit. prox.

tis abundeq; ſufficere ad ſolida legata ſoluenda: qua ratione ſi ſolida legata ſit conſecutus, datur hæredi aduerſus eum de dolo actio [m].

IIII. Si vero pollicitationem contineat iuramentū vltroneum, obligationem pariet, & iuramento conuentionali comparabitur, quia fides iureiurando data, integra & ſacroſancta eſſe debet [n].

V. Conuentionale eſt quod ex conuentione partium præſtatur [o], idq; omnino ratum eſſe iubetur, etiamſi extra iudicium vel atteſtationis cauſa interpoſitum ſit, vel promiſsionis [p]: adeo vt minor quoq; 25. annis iſtiuſmodi iuramentum inuiolabiliter cuſtodire præcipiatur, & contra id non reſtituatur [q].

VI. Neceſſarium iuſiurandum eſt, quod neceſſariò propter magiſtratus authoritatem præſtatur [r]: atq; hoc rurſus propter magiſtratum, cuius authoritatem omnes reuereri debent, omnino ratum habendum eſt [s].

VII. Talia ſunt iuramenta promiſsionis, quæ præſtant ſubditi de obedientia & fidelitate [t], magiſtratus inferiores [u] & iudices [x], item aduocati & procuratores [y] alijq; iudiciorum miniſtri, de officio ſuo [z].

VIII. Talia etiam ſunt iuramenta teſtificationis,

m. d. l. ſi legatarius.

n. d. c. mouet. ibi contra pollicitā fidē fecit, quod nō debuit. 22. quæſt. 1. & 22 quæſt. 2 per tot. c. 3. peruenit. x. de iureiu.

o. d. l. 1. & 2. d l. iuſiur. quod ex conuentione. in prin. l. 25. ſed etſi. l. 26. qui iuraſſe. §. fin. et d l. 28. in duob. §. fin. h. tit.

p. d. l. 1. & 2. & d. l. iuſiurand. quod ex conuentione. et d. l in duobus §. fin. d. c. 3 peruenit. c. ex reſcript. c. breui. c. quemadm. in prin. x. de iurei.

q. auth. Sacramenta puberū. C. ſi aduerſus vendi. & §. fin. tit. 53. de pace ten. int. ſubd. lib. 2. in vſibus feudorum.

r. d. l. 1. et d. l. 34. iuſiu. & ad pecun. §. ait prætor. h. t. d. l. pen. §. 1. et §. his de præſentib. C. de reb. cred. et iureiur.

s. dd. ll. & l. 2. l. 26. qui iuraſſe. § fin. l. 31. admonendi. & d. l. 34. iuſiurand. et ad pecun. §. fin. h. tit.

t. vide tit. 53. de pace ten. inter ſubd. & iuram. firm. in prin. lib. 2. in vſibus feudo. vide Reichs abſcheidt An. 1.5.12. zu Cöln auffgericht. §. vnd nach dem ſich mannigfeldig/ *parte 1. mihi. fol. 84.* Item Abſcheid Anno 1555. zu Augſpurg auffgericht/ §. als ſich dann auch zu viel mahlen/ *parte. 2. mihi fol. 86.*

u. Nou. 9. Iuſiur. quod præſtatur ab his. &c. & tit. 6. qual. iura deb. vaſ. domino. cum duob. tit. ſeq. lib. 2. in vſib. feud.

x. l. 12. rem non nouam. in prin. C. de iudic. §. 7. & §. vlt. Nou. vt iud. finè quoq; ſuffrag.

y. d. l. rem nouam. §. patroni autem.

z. vide in der Keyſerlichen Camergerichts ordnung *part. 1. tit. 17.* Von Eiden der Camergerichts perſonen/ von des Keyſerlichen Camerrichters vnd beyſitzers eid/ *cum aliquot tit. ſeq. vide etiam Illuſtriß. Iulij* F. B. Hoffderichts ordnung. *tit. 23.* Hoffrichters vnd beyſitzers eid/ *cum aliquot ſeqq.*

nis, quæ authoritate iudicis in iudicijs præſtantur, cùm pars parti iuramentum de cauſæ veritate defert, & iudex id approbat, præſtarique iubet [a]: nam hæc quoq; iuramenta quandam neceſſitatem habent, propter iudicis interuentum [b]: quamuis quia à parte parti deferuntur, conuentionem quoq; habeant [c]: & hæc ſunt, quæ vulgò ſimpliciter iudicialia vocantur [d].

IX. Poteſt autem non ſolùm ipſe actor Reo, vel Reus Actori, iuſiurandum in iudicio deferre, ſed etiam procurator, qui aut vniuerſorum bonorum adminiſtrationem ſuſtinet, aut huius negocij ſpeciale mandatum habet, aut in rem ſuam procurator eſt: itemq; tutor pupilli nomine, curator nomine adulti, furioſi prodigiue [e].

X. Quòd ſi quis nemine deferente, vel eo deferente, qui deferendi poteſtatem non habet, iurauerit, etiamſi in iudicio, tamen iudex iuſiurandum, vtpote vltroneum, non tuebitur: ſibi enim iurauit, & alioqui facilimus quiſq; ad iuſiurandum decurrens, oneribus actionum ſe liberaret [f].

XI. Et quidem cùm olim eſſent variæ iuramentorum formulæ, iurare omnino ea forma oportebat, qua delatum eſſet iuſiurandum [g]: quæ dubitatio hodie non ita incidit, quia hæc tantùm forma iurandi nunc probatur, vt verũ Deum obteſtemur [h].

XII. In continenti tamen, etiamnum hodie, iuſiurandum acceptari oportebit: ſi ex inter-

a. l. 1. l. 34. iuſiurandum & ad pecunias. §. ait prætor. ibi iurare cogam. l. 31. admonendi. h. tit. l. 9. l. delata et l. pen. § 1. & § ſeq. C. de reb. cred. & iureiu.

b. d. l. 1. l. 7. ait prætor. in prin. d. l. 26. qui iuraſſe. §. fin. & d. l iuſiur. & ad pecunias. §. ait prætor. ibi aut iurare cogam. & § fin. h. tit. d. l. 9. delata. & d. l. pen. §. 1. ibi neceſſitate ei impoſita. & § his de præſentibus. ibi neceſſe eſt. C. de reb. cred. et iureiu. c. vlt. in prin. x̃. de iureiu.

c. d. l. 1. & 2. d. l. 25. ſed etſi ſeruus. & d. l. qui iuraſſe. §. fin. cum l. ſeq. d. l. admonendi. in fin. h. tit. l. 1. l. 6. cum propo nas. C. de reb. cred. et iureiu.

d. Dd. in §. item ſi quis poſtulãte. I. de act. et hic ad rub.

e. l. 9. nam poſteaquam. §. pen. d. l. 17. iuſiu. quod ex cõuentione. §. 1. cum aliquot reſponſis ſeq. d l 34. iuſiu. et ad pecunias. §. defenſor. l. 35 tutor. l. fin. §. vlt. h. tit. l. 7 nec filius. C. eo.

f. d. l. 3. in prin. h. t. l. 23. ſi legatarius. ſ̃. de dolo malo.

g. d. l. 3. §. fin. cũ 3. reſponſis. ſeqq. l. 33. qui per ſaluté. h. ti.

h. c. conſidera. cum 4. ſeqq. et c. mouet. 22. q. 1.

uallo quis id acceptare volet, nihil agit: quamuis aliàs remitti iuſiurandum poſſit, & perinde, quia gratia eius facta eſt, habetur, ac ſi præſtitum eſſet [i].

XIII. Sed & referri iuſiurandum poteſt, ei qui detulit [k]: manifeſtæ autem turpitudinis & confeſſionis eſſe dicitur, nolle nec iurare, nec iuſiurandum referre [l]: attamen qui non vult iuſiu. delatum referre, ſed iurare paratus eſt, poteſt petere, vt priùs ipſe de calumnia iuret, qui iuſiurandum detulit, ſed referens iuſiurandum, id præſtare non compellitur [m].

XIIII. Adeo verò is, cui delatum neq; remiſſum eſt iuſiurandum, præſtare id cogitur, vt nec parenti nec patrono id iuſiurandū remittatur, quoties propter rem iuratur [n]: & alioqui in omnibus iudicijs id iuſiurandum deferri poteſt, ſiue actionem perſonalem, ſiue realem, ſiue interdictum quis intentauerit [o].

XV. Quod ſi igitur res in iuſiurandum demiſſa eſt, Iudex iurantem Reum abſoluet: referentem audiet: ſi Actor iuret, condemnabit Reum: nolentem iurare Reum, ſi ſoluat, abſoluit, non ſoluentem condemnat: ex relatione non iurante Actore, abſoluit Reum [p].

XVI. Sed & actori ex ſuo iureiurando, Actio in factum datur, quaſi in creditum itum ſit iuriſiurandi religione: Reo ex ſuo iureiurando datur Exceptio, vel denegatur aduerſùs eum Actio [q].

i. l.5. non erit. §. fin. cum l. ſeq. h. tit.

k. d. l. iuſiurandum et ad pecunias. § datur autem.

l. l.38. manifeſtæ. h. tit. l. 25. illud. aut illud. §. fin. j. de conſt. pecun.

m. d. l. iuſiurandum. & ad pecunias. §. qui iuſiurandū.

n. l.14 quoties. h. tit.

o. d. l. 3. §. quacunq; cū ſeq. & l. 34. iuſiurandum & ad pecunias. in prin. h. tit. l. 3. cū 3. ſeqq. l. 10. in actione. C. de reb. cred. & iureiu.

p. d. l. iuſiurandum & ad pecunias. §. fin. h. tit. l. 9. delata. C de reb. cred. et iureiu.

q. d. l. 7. ait prætor. cum aliquot reſpōſis ſeqq. d. l. 28. in duob. §. fin. h. tit. l. 16. actori. C. eo. d. §. item ſi quis poſtulante. I. de act. §. æquè ſi debitor. I. de excepti

Poteſt

XVII. Poteſt porrò etiam iudex in bonæ fidei iudicijs, nec non in cæteris cauſis, cùm ſemiplenè, per vnũ fortè teſtem, probatum eſt, Suppletiuum, quod vocant, deferre iuſiurandum [r]: idq; κατ᾽ ἐξοχὴν Neceſſarium dicitur [ſ], ſicut & illud, quod Purgationis vocant [t].

XVIII. Sed poſt hoc iuſiurandum Neceſſarium Suppletiuum præſtitum, ſi noua inſtrumẽta reperiſſe ſi quis dicat, quibus nunc ſolis vſurus ſit, permittitur interdum ex integro cauſam agere: quamuis ſi iureiurando, quod Iudiciale vulgò appellari diximus, negotium tranſactum ſit, non concedatur hoc prętextu, eandem cauſam retractare [u].

r. l. 3. C. de reb. cred. & iu. reiu. c. vlt. §. fin. x. de iureiu.
ſ. Dd. in d. §. item ſi quis poſtulante. I. de act. d. l. 31. admonendi. h tit. & d. l. 3. C. de reb. cred. & iureiu.
t. Dd. in d. §. item ſi quis poſtulante. l fin. §. ſanè vbi gl. in verb. conſcientia. C. de his qui ad eccleſ. confug. Auth. nouo iure. C. de pœn. iud. qui male iudica. & toto tit. x. de purgat: canon:
u. d. l. 5. non erit. §. dato. d. l. 31. admonendi. vbi latiſs. Dd. h. tit. l. 4 §. pen. & l. vlt. ſ. tit: prox:

De in litem iurando. Tit. 3.

1.2.3. *Iuſiurandum in litem quale, & vbi locum habeat?*
4.5. *Quis præſtet hoc iuramentum, & quo modo?*
6. *An iuramentum hoc poſſit iudex non ſequi?*

I.

SPecies denique iuriſiurandi iſtius Neceſſarij, quod ab ipſo iudice in iudicio defertur, eſt etiam iuramentum illud, quod in litem vocant [x]: deferre enim hoc iuſiurandum Iudicem oportet, cæterùm ſi alius detulerit, vel eo non delato iuratum ſit, nulla erit religio, nec iuſiurandum habebitur [a].

x. l. vlt. h. tit.
a. l. 4. videamus. §. deferre. h. tit.

II. Iuratur vero in litem, ob dolum vel contumaciam, puta non reſtituentis, vel non exhibentis [b]: vel ob latam culpam [c], quæ dolo æquiparatur [d]: ex culpa autem alia, non eſſe deferendum hoc iuſiurandum conſtat, ſed æſtimationem à iudice faciendam [e].

III. Et quidem in litem iuratur, in actionibus in rem, & ad exhibendum, & in bonæ fidei iudicijs [f]: interdum & in actione ſtricti iudicij, veluti ſi promiſſor Stichi moram fecerit, & Stichus deceſſerit [g].

IIII. In litem autem alius iurare non debet, quàm Dominus litis, qui litem ſuo nomine cõteſtatus eſt [h]: planè in tutelari cauſa, pupillus impubes iurare non poteſt: neq; tutores vel curatores, vt iurent, cogendi ſunt, qnanquam volentes admittantur: adoleſcens ſi velit iurare poteſt [i].

V. AEſtimatur verò iuramento in litem, nõ quanti res eſt, ſed quanti Dominus ex affectione ſua, ſua intereſſe arbitratus ſit [k], adeò vt in infinitum iurare liceat: attamen iudex certam ſummam præfinire poteſt, & taxationem facere, vſq; ad quam iuretur [l].

VI. De periurio eius qui ex neceſſitate iuris in litem iurauit quæri non facilè ſolet [m]: ex magna tamen cauſa, & poſteà repertis probationibus, vel prorſus abſoluere poteſt iudex, vel minoris condemnare, quàm iuratum eſt [n].

b. l.1.in fine.cum l. ſeq.et l. 5. in actionib.verſ.ſed in bis omnibus.l.8.tutor.& l. pen. h.tit.

c. l.2.C.de in litem iurando.

d. l.1.§.1.ſ.ſi menſ.falſ.mo dix.l.32.quod Nerua.ſ. de- poſ.l. 226. magna negligẽtia. ſ. de verb.ſign.

e. l.2.§.fin.& d.l. 4. videamus.§.fin.d.l. 5. in actionib. verſ.ſed in bis omnibus.h.tit.

f. d.l.2.in prin. & d. l. in actionibus.in prin.l.1. & 2. l. pen. & vlt. C.eo.

g. d. l. in actionibus. in fine. cum l.ſeq.h.tit.

h. l.7.vulgò.& d.l.8. tutor. in fin.h.tit.

i. d.l.4.videamus.in prin.et §.1. h. tit.

k. d. l. tutor.

l. d. l. videamus. §. iurare autem. & d. l. in actionibus. in prin.

m. l. vlt. h. tit.

n. d l.videamus §. item videndum.& d l.in actionibus. verſ. item et ſi. h. tit.

Diſpu-

Diſputat. III. Reſpond. Arnoldus Longimannus, Mengershuſius.

De condictione cauſa data, cauſa non ſecuta. Tit. 4.

1.	*Condictio ob cauſam, ſinè cauſa.*
2.3.4.5.	*Condictio ob cauſam datorum, vt quid fiat.*
6.	*Si vt aliquid non fiat conuentum ſit.*
7.8.9.	*Si per eum qui facere debet non fiat, & quomodo pœnitere liceat?*
10.11.12.	*Si aliud quippiam, quàm pecunia, datum ſit?*

I. SVnt porrò & alia quædam condictionum genera: ecce enim competit condictio, ob cauſam datorum [a], vel ſinè cauſa [b]: omne autem quod datur, aut ob rem datur, aut ob cauſam: & ob rem ſiue cauſam aut turpem aut honeſtam [c].

II. Ob rem igitur vel cauſam honeſtam datum, ita repeti poteſt, ſi res propter quam datum eſt, ſecuta non eſt: vel ſi id, propter quod datum eſt, factum non ſit [d]: veluti ſi manumittendi ſerui cauſa datum ſit, & is manumiſſus non ſit [e].

III. Item ſi dotis cauſa promiſſum datumq́; ſit, & nuptiæ non ſint ſecutæ [f]: ſi mortis cauſa quis dederit, cùm ſingulare immineret periculum, & ſuperuixit, condictio hæc locum habebit [g].

IIII. Idem eſt, ſi filius contulerit fratri, quaſi agniturus bonorum poſſeſſionem, & non agnouit [h]: vel ſi quis, quaſi parere vellet conditioni inſtitutionis aut legati, dederit, mox autem repudiauerit hæreditatem vel legatum [i]: idéq́; ruſſus eſt, in alijs caſibus ſimilibus, iudiciũ [k].

a. l.1. & toto tit. de condict. cauſa data. cau. non ſecut. & C. eo. de cond. ob cau. dato.

b. l 1. & tot. tit. ∬. de cond. ſinè cauſ. l.2 C. de condict. ex lege & ſinè cauſa.

c. l.1. in prin. ∬. de condict. ob turpem vel iniuſt. cauſ.

d. d. l.1. in fine. ∬. de cond. ob turp. vel iniuſt. cauſ. l. 1. & paſſim. h tit. l.1. & l. pen. & vlt. ∬. de condict. ſinè cauſa.

e. l.3. §. 1. idem erit. cũ ſeqq. l.5. ſi pecuniam. §. ſi ſeruum. cum ſeqq. h tit. l. 6. cum ancillam. l 9. ſi liber. C. eo.

f. l.6. ſi extraneus cum 4. ll. ſeqq. h. tit. l 1. C. eo.

g. l.12. cum quis mortis. h. t. l.30 qui mortis cauſa. et l.35. ſenatus. §. 1. verſ. nec dubitauerunt. l.39. ſi is cui mortis. ∬. de mort. cau: donat:

h. l.13. ſi filius. h. tit.

i. l.1. in fine. h. tit.

k l.11. ſi hæres. l. 14. ſi procuratori. cum l. pen: & vlt: h. tit. l.2.3.4 & 5. l. 8. dictum. & l. vlt. C. eo. l. vlt. C. de condict. ex lege.

V. Sed etſi falſum teſtamentum, ſinè ſcelere eius, qui dedit, vel inofficioſum pronuncietur, atq; ita pareri conditioni vltimæ voluntatis ampliùs non poſſit, eius quod datum eſt, condictio competet, veluti cauſa non ſecuta[l].

VI. Quinimo et ſi, vt non fiat, aliquid datum ſit, & contrà fiat, quaſi cauſa non ſecuta condictio locum habebit: & rurſus ſi de non faciendo vt caueatur actum ſit, & repromiſſio non fiat, condictio dabitur, puta ſi hoc nomine repromitti debeat, ne ad iudicem eatur[m].

VII. Cùm autem per eum, cui datũ eſt, quòd facere fortè debeat, non ſtat quo minùs faciat, veluti ſi valetudo ei, aut alius caſus impedimẽto ſit, condictio quidem ex eo locum non habet[n]: attamen cùm liceat pœnitere, ei qui dedit, ex pœnitentia condictio competet[o].

VIII. Sed hoc ita verum eſt, ſi non interſit tua, non accepiſſe te ob hanc cauſam pecuniã, veluti vt Capuam eas: nam ſi ita ſe res habeat, vt licèt nondum profectus ſis, ita tamen rem compoſueris, vt neceſſè habeas proficiſci, vel ſumptus, qui neceſſarij fuerunt, iam feciſti, vt manifeſtum ſit, te plus, quàm accepiſti, erogaſſe, condictio ceſſabit[p].

IX. SI vero minus erogatum ſit, condictio quidem locum habebit, ita tamen, vt indemnitas eius, quod expendiſti, præſtetur tibi, qui vt Capuam ires, paratus fuiſti[q].

X. Neq; verò in eo tantùm caſu, hæc condictio locum habet, cùm pecunia data eſt, et cauſa non ſecuta, ſed etſi quæuis alia res data ſit, & cauſa

l. l. 2. h. tit.

m. d. l. 3. in prin. h. tit.

n. d. l. 5. ſi pecuniam. in prin. h. tit. l. pen. C. eo.

o. d. l. 3. § . 1 idem erit. verſ. ſed ſi tibi. & verſ ſeq. & d. l. ſi pecuniam. in prin. & §. 1.

p. d. l. ſi pecuniam. in prin. verſ. niſi fortè. & verſ. ſeq.

q. d. l. ſi pecuniam. in prin. verſ. ſed ſi minus.

cauſa non ſecuta, puta ſi fundus dotis nomine datus ſit, & nuptiæ ſecutæ non ſint [r].

r d.l.7.qui ſe debere.§ fin. & ſunt exempla ſimilia in l. pen. & vlt. h.tit.l. 2.C.eo.

XI. Imò verò ſi quis accepto tulerit debitori ſuo, cùm conueniret vt expromiſſorem daret, nec ille det, reſponſum eſt condici poſſe ei, qui accepto ſit liberatus [ſ].

ſ. l.4 ſi quis accepto. h.tit.

XII. Neq; tantùm ipſa res data ita repetitur, ſed etiam fructus, & aliud incrementum eius, puta fructus fundi, qui dotis cauſa datus, vel mortis cauſa donatus erat, & ſi quid iſti fundo per alluuionem fortè acceſſerit [t].

t. d.l.7.qui ſe debere.§.fin. & d.l.12.cùm quis mortis.

XIII. Eum tamen, qui dedit ea ſpe, quod ſe ab eo qui acceperit, remunerari exiſtimaret, vel amiciorem ſibi eum eſſe futurum, opinione falſa deceptum, repetere non poſſe, reſponſum eſt: leuitati enim, perfectam donationem reuocare cupientiū, non expreſſa conditione, iure occurritur [u]. Hæc de condictione ex honeſta cauſa datorum.

u. d l.3.§. ſed ſi ſeruus. in fine h.tit.& l.7.ſi repetendi. C.eo.

De condictione ob turpem vel iniuſtam cauſam. Tit. 5.

1. 2. Si ſolius dantis, vel dantis & accipientis turpitudo verſetur?
3. Si ſolius accipientis turpitudo verſetur?
4. 5. Si vt debitum ex bonæ fidei contractu reſtituatur, datum quid ſit?
6. Si promiſſio tantùm turpiter facta ſit?
7. Indicium quatenus dare liceat?

I. QVod ſi ob turpem vel iniuſtam cauſam datum ſit, diſtinguitur an ſolius dantis, an verò ſolius accipientis, & denique an vtriuſq; verſetur turpitudo [a]: ſi ſolius dantis verſetur turpitudo, condictio ceſſat, quia non auditur propriam turpitudinē allegans [b]. Sic quo-

a. l.1.l.3.& 4.l. pen. & vlt. h. tit.

b. l.8.ſi ob turpem.h tit l. 5. mercalem. C. de condict. ob turpem cauſam.

II. Sic quoq; vbi & dantis & accipientis turpitudo verſatur non poſſe repeti dicimus, veluti ſi pecunia detur vt malè iudicetur: item ſi ob ſtuprum datum ſit, vel ſi quis in adulterio deprehenſus redemerit ſe, ſi fur dederit ne ꝓderetur [c]: poſſeſſor enim in his caſibus potior habetur [d].

c. l. 2. in fine. l. 3. & l. 4. in prin. et §. 1. l. 5. ſi à ſeruo. h. tit. l. 2. C. eo. de condict. ob turpem cauſam.

d. l. 8. ſi ob turpem. in fine. h. tit. & d. l. 2. C. eo. l. vlt. ĩ. de condict. ſinè cauſa.

III. Quod ſi turpis cauſa accipientis fuerit, etiamſi res ſecuta ſit, vel factum ſit, quod promiſſum erat, condictio competet, vtputa dedi tibi ne furtum facias, ne hominem occidas, vt rem depoſitam reddas, vt inſtrumentum reddas [e].

e. l. 1. in fine. l. 2. & l. 6. perpetuo. h. tit. l. 3. & 4. l. pen. et vlt. C. eo.

IIII. Idem eſt, ſi rem à me tibi commodatam, vel locatam, vel à te mihi venditam, vel eam, quæ, ex mandati mei cauſa, apud te eſt, vt redderes pecuniam acceperis: ſed his caſibus etiam ex commodato, locato, vendito, mandato agi poteſt [f].

f. d. l. 2. verſ. item ſi tibi dedero. & l. vlt. h. tit.

V. Quod ſi vt id, quod ex teſtamento vel ſtipulatu mihi debebas, redderes mihi, pecuniam tibi dederim, condictio duntaxat pecuniæ datæ eo nomine erit, ſtricti iuris iudicijs ad hanc repetionem non extenſis [g].

g. d. l. vlt. in fine. & ibi poſt gl. notarunt Fulgoſ. Caſtr. Alex. Iaſon & alij.

VI. Ex ea quoq; ſtipulatione, quæ per vim extorta eſt, ſi exacta ſit pecunia repetitionem eſſe conſtat [h]: qui autem ob turpem cauſam ꝓmiſit, etiamſi ſolius promittentis, vel vtriuſq; & dantis & promittentis turpitudo verſetur, quamdiu nondum dedit, doli mali vel in factū exceptione petentem ſubmouere poteſt [i].

h. l. 7. ex eo. h. tit.

i. d. l. 8. ſi ob turpem. in prin. h. tit. l. 1. & l. 5. mercalem. C. eo.

VII. Sed ſi tibi indicium dedero, vt fugitiuum

uum meum indices, vel furem rerum mearum, non poteſt repeti, quod datum eſt. nec enim turpiter accepiſti: quod ſi à fugitiuo meo acceperis, ne eum indicares condicere tibi hoc quaſi furi poſſum [k].

k. d. l. 4. §. ſi tibi. & §. fin. h. tit.

VIII. Quod meretrici datum eſt, repeti non poſſe dicitur, noua ratione, non eâ, quòd vtriuſq; turpitudo verſetur, ſed ſolius dantis: illam enim turpiter facere quòd ſit meretrix, non turpiter accipere, cum ſit meretrix [l]. Nũc de condictione ex erronea indebiti cauſa videndum.

l. d. l. 4. §. ſed quod meretrici. h. tit. & d. l mercalem. C. eo.

Diſput. IIII. Reſpond. Patroclus Blanckenagelius Suſatenſis.

De condictione indebiti. Tit 6.

1. 2. 3.	*Condictio indebiti vbi locum habeat?*
4. 5. 6. 7. 8	*Indebitum quomodo accipiamus?*
9. 10. 11.	*Etiam extra pecuniæ & corporum cauſam, condictio indebiti competit.*
12. 13. 14. 15.	*Quid veniat in hanc Condictionem?*
16. 17. 18. 19.	*Vbi condictio hæc locum non habeat?*
20. 21.	*Cui competat, & an generali pacto excludatur?*

I. SI quis indebitum ignorans ſoluerit, per hanc actionem condicere poteſt: ſed ſi ſciens ſe non debere ſoluit, ceſſat repetitio [a]: cuius enim per errorem dati, repetitio eſt, eius conſulto dati, donatio eſſe intelligitur [b].

II. Debiti autem vel indebiti ratio, in hac Condictione, naturaliter intelligenda eſt [c]: quippe cum ex bono & æquo, hæc condictio ſit in-

a. l. 1. l. 7. quod indebitum. h. tit. l. 1. §. is quoq; cui. ff. de oblig. & act. §. is quoq; qui. I. quibus mo. re contr. oblig. & §. item is cui. cum §. ſeq. I. de obligat. quæ quaſi ex contr. naſc. l. 1. l. 5 ſi à patre. cum 3. ſeqq. & l. vlt. C. h. tit.

b. l. 53. cuius per errorem. ff. de reg. iu l 9. indebitum. C. h. tit. de cond. indeb. l. 24 ſi is qui perpetua. l. 26. ſi non ſortem §. qui filioſa. l. 28. iudex. l. 50. quod quis ſciens. l. 62. fideicommiſſum. h. tit.

c. l. 64. ſi quod dominus. in fine. h. tit.

ſit introducta, vt quod alterius apud alterum ſinè cauſa deprehenditur, id reuocare liceat [d].

III. Sed & ex his omnibus cauſis, quæ iure non valuerunt, vel non habuerunt effectum, ſecuta per errorem ſolutione, condictioni locus erit [e].

IIII. Indebitum enim ſolutum accipimus, non ſolùm ſi omnino non debeatur, ſed etſi propter aliquam exceptionem perpetuam, peti non poterat: quare hoc quoq; repeti poterit, niſi ſciens ſe tutum exceptione, ſoluit [f].

V. Et rurſus indebitum eſt, non tantùm quod omnino non debetur, ſed & quod alij debetur, ſi alij ſoluatur: aut ſi id, quod alius debebat, alius, quaſi ipſe debeat, ſoluat [*].

VI. Neq; tantùm indebitum ſolutum intelligitur, cùm pecunia indebitè ſoluta eſt [g], ſed etſi quæuis alia res, quaſi debita, ſoluta ſit, puta ſi fundum, vel vſumfructum fundi tibi dedero, falſò exiſtimans me eum tibi debere [h]: ſi hominem indebitè ſoluero [i].

VII. Item indebitum eſt, ſi togam aliudúe veſtimentum indebitè dedero [k], ſi fundum liberum per errorem tradidi, cùm excipere deberem ſeruitutem [l]: ſi ex falſa debiti quantitate fundus ſoluatur [m], vel ager [n], vel oleum [o], ſi operæ fabriles indebitæ præſtentur [p], ſi frumentum indebitè ſolutum ſit [q].

Et in

d. l.66. hæc condictio. h. tit.

e. l.54. ex his omnibus. l.23. eleganter. §. ſi poſt rem. h. tit.

f. d. l.24 ſi is qui perpetua. d. l.26. ſi non ſortem. §. indebitum. & §. adeò autem. l. 40. qui exceptionem. in prin. h. tit.

** l.19. ſi pœnæ. §. quamuis. & l.65. in ſumma. §. fin. h. tit.*

g. l.6 ſi procurator. §. fin. l. 15. indebiti ſoluti. §. ſed etſi l. 19. ſi pœnæ cauſa. §. ſi falſò. l.21. plane. l.25. cùm duo. l.26 ſi non ſortem. in prin. & 2. §. ſeqq. l.34. is cui hereditas. l.36. ſeruus. cum 2. ll. ſeqq. l. 40. qui exceptionem. in prin. l.43. ſi quis iuraſſet. l.47. indebitam. cum 2. ſeqq. l.55. damus. cum ſeq. l. 57. cum indebitum. §.1. l.59. ſi fideiuſſor & l. vlt. § pen. & vlt. h. tit.

h. l.12. ſi fundi. d. l.15. indebiti ſoluti. §. ſed etſi. & § fin. d. l.26. ſi non ſortem. §. adeò. & §. libertus. verſ. & interdum. h tit.

i. d. l.19. ſi pœnæ cauſa. §. ſi putem. d. l.21. planè. d. l.26. ſi non ſortem. § ſi decem. verſ. ſi autem Stichū. & verſ. ſeq. iuncto §. fin. l.33. cùm is qui. in prin. et § fin. l.65. in ſumma. § pen. h. tit.

k. d. l.21. plane. h. tit.

l. l.22. ſed etſi me § fin. h. tit.

m. d. l.26. ſi non ſortem. §. ſi centum. h. tit.

n. d. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. h. tit.

o. d. l. ſi non ſortem §. 5. idem Marcellus. h. tit.

p. d. l. ſi non ſortem. §. libertus. & d. l.40. qui exceptionem. §. fin. h. tit.

q. l.65. in ſumma. §. ei qui. h. tit.

VIII. Et in ſpecie traditum eſt, eandem eſſe cauſam rerum corporalium, & nummorum indebitè ſolutorum [r]: imò verò is etiã, qui plus quàm hæreditaria portio efficit, per errorem creditori cauerit, indebiti promiſſi habet condictionem [s]: atq; ita indebitæ quoq; obligationis dicitur eſſe condictio [t].

IX. E contrà quoq; ſi quis, cùm à fideicommiſſario ſibi cauere poterat, non cauerit, quaſi indebitum, plus debito eum ſolutum repetere poſſe, Imperatores Seuerus & Antoninus reſcripſerũt, vt teſtis eſt I.C. Martianus [*].

X. Sed etſi nummi alieni dati ſint, condictio competet, vt vel poſſeſſio eorum reddatur: quemadmodũ ſi falſò exiſtimans, poſſeſſionem me tibi debere alicuiꝰ rei, tradidiſsẽ, condicã [u].

XI. Quod ſi poſſeſſionẽ tuam feciſſem, ita vt tibi per longi temporis præſcriptionem auocari non poſſit, etiam ſic rectè per indebiti condictionẽ agam: Sed etſi vſusfructus in re ſoluta alienus ſit, deducto vſufructu à te condicam [x].

XII. Quod autem indebitum ſoluitur, aut ipſum repetitur, aut tantundem [y]: non etiam vſuræ eius [Υ]: ſed fundo quidem, vel alio corpore, quaſi maior quantitas fortè pecuniæ deberetur, integrè ſoluto, totus fundus repetitur, veteri obligatione incorrupta manente [z]: quòd ſi quaſi totꝰ fundus deberetur, ſolidũ pretium ſolutũ ſit, partis indebitę cõdictio competet [a].

XIII. Quoniam verò naturalis eſt indebiti ſoluti condictio, ideo etiam quod ſolutæ rei acceſſit, deductis tamen impenſis, veniet in condictio-

r. *l. 46. qui hæredis. h. tit.*

s. *l. 31. is qui plus. h. tit. l. 2. 3. & 4. C. h. tit.*

t. *d. l. is qui plus. d. l. 2. 3. et 4. & l. 1. ſ. tit. prox.*

*. *l. 39. ſi quis cum. h. tit.*

u. *d. l. 15. indebiti ſoluti. §. ſed etſi nummi. h. tit.*

x. *d. l. indebiti ſoluti. §. pen. & vlt.*

y. *d. l. 7. quod indebitum. et d. l. 65. in ſumma. §. ei qui indebitum. h. tit.*

Υ. *l. 1. C. h. tit.*

z. *d. l. 26. ſi non ſortem. § ſi centum. h. tit.*

a. *d. l. ſi non ſortem. §. idem Marcellus. adijcit.*

dictionem, puta partus, qui ex ancilla natus ſit, vel quod alluuione acceſſit, & fructus, quos is, cui ſolutum eſt, bona fide percepit [b]: ſi conſumpta res ſit, quæ indebitè ſoluta erat, tenetur bonæ fidei poſſeſſor, in quantum locupletior factus eſt [c].

b. l.15. indebiti ſoluti in pr. & d.l.65. in ſumma. §. ei qui indebitum. h. tit.
c. l.3. in fine. h. tit.

XIIII. Si non ſortem quis, ſed vſuras indebitas ſoluit, repetere non poterit, ſi ſortis debitæ ſoluit: quod tamen ſupra legitimum modum ſoluit, repeti quidem non poteſt, ſed ſorti imputandum erit: ſi poſtea vel antè, vel ſimul, ſortem ſoluit, quaſi ſors indebita repeti poteſt [d]:

d. d.l.26. ſi non ſortem. in prin. h. tit.

XV. Supra duplum autem vſuræ, & vſurarum vſuræ, nec in ſtipulatum deduci, nec exigi poſſunt, & ſolutæ repetuntur, quemadmodum futurarum vſurarum vſuræ [e]: Sed & ſi quis falſo ſe ſortem debere credens, vſuras ſoluerit, poteſt condicere [f].

e. d. l. ſi non ſortem. §. ſupra.
f. d. l. ſi non ſortem. §. ſi quis falſò.

XVI. Quod ſub ea conditione debetur, quæ omninòdo extitura eſt, ſolutum repeti non poteſt licet ſub alia conditione, quæ an impleatur incertum eſt, ſi antè ſoluatur, repeti poſſit: & hic quoq; exiſtente conditione, repeti non poſſit [g].

g. l.16. ſub conditione. et l. 18 quod ſi ea. h. tit.

XVII. Item quod ſub incerto die debetur, die exiſtente repeti non poteſt: ſed etſi omnimodo dies extiturus ſit, & antequam extet, ſoluatur, veluti, ſi cùm moriar dare promiſero, & ante ſoluero, repetitio non dabitur [h].

h. d. l. ſub conditione cum l. ſeq. & l. 10. in diem. h. tit.

XVIII. Pœnæ, quæ debebantur, repeti non poſſunt, cum depenſæ ſunt [i]: quæ non debeban-

i. l.42. pœnæ. h. tit.

bantur, repeti poſſunt [k], niſi ex illis cauſis ſolutæ ſint, vbi inficiando lis creſcit [l].

XIX. Sed & qui exceptionem perpetuam habebat, ſi ea in odium creditoris introducta ſit, vt in Senatusconſulto Macedoniano, ſi ſoluit, repetere non poteſt [m]: quanquam ſi debitoris cauſa detur, vt in Senatuſconſulto Velleiano, ſolutum repeti poteſt [n].

XX. Ei autem competit Condictio hæc indebiti, ad quem ea res pertinet [o]: & ideo quoque, cùm pupilli aut impuberis perſona condictioni locum facit, pupillo vel impuberi Condictio competet [p]: imò ad hæredem quoque hæc Condictio tranſit [q]: & qui loco certo ſe debere exiſtimans, indebitum ſoluit, quolibet loco repetet [r].

XXI. Pactum quoq; quod in partitionibus aſſcribi ſolet in hunc modum, ex hoc contractu nullam inter nos controuerſiam ampliùs eſſe, condictionem indebiti non impedire, reſponſum eſt [ſ].

k. d. l. 23. eleganter. § fin. h. tit.

l. § fin. I. de oblig. quæ quaſi ex contr. naſc. l. 4. ea quæ. C. h. tit.

m. d. l. 26. ſi non ſortem. § filiusfamilias. & d. l. 40. qui exceptionem. in prin.

n. d. l. qui exceptionē. in pr.

o. l. 2. cum 4. ſeqq. d. l. 19. ſi pœnæ. § ſi falſò. & § fin. cū 3. ll. ſeqq. l. 25. cùm duo. d. l. 26. ſi non ſortem. § adeo. & §. hæreditatis. l. 33. cùm is. § 1. l. 46. qui hæredis. l. 47. indebitam. l. 53. dominus. l. 55. ſi vrbana. l. 57. cùm indebitū. in prin. & § 1. l. 61. tutores. l. fin. § tutor. & § ſeq. h. tit.

p. l. 6. procurator. § fin. l. 29. interdum. l. 41. quod pupillus. d. l. 57. cum indebitum. in pr. h. tit.

q. d. l. 12. ſi fundi. h. tit.

r. l. 27. qui loco. h. tit.

ſ. l. vlt. § idem quæſiit. h. tit.

De condictione ſinè cauſa. Tit. 7.

1. 2. 3. Condictio ſinè cauſa vbi competat? eiusq; exempla.
4. 5. Si ſinè cauſa quis obligatus: ſi ob falſam cauſam datum.

I. SInè cauſa igitur generaliter datum factumùe accipimus, ſiue ob rem, quę ſecuta nō eſt, ſiue ex cauſa indebiti [a]: ſed ſicut ſpecialiter accipi indebiti cōdictionē ex pcedē-

a. l. 52. damus. l. 65. in ſumma. in prin. & 2. § ſeqq. l. 66. hæc condictio. ſ. tit. prox. l. 1. & l. pen. h. tit.

tibus patet, ita ſpecialiter condictionem ſinè cauſa dicimus, cum nec condictio cauſa data, nec indebiti, nec quæ alia datur, & ex eo ſolo condictio datur, quòd ſinè cauſa aliquid apud alium inueniatur, ex patrimonio noſtro [b].

II. Ità enim ſi fullo qui veſtimenta lauanda conduxerat, eaq; amiſerat, precium eorum domino præſtiterit, inuentis veſtimentis precium hac condictione repetit [c]: quamuis etiam ex locato agere poſſit [d].

III. Sic quoq; diſſoluto debito, inſtrumentũ per condictionem hanc repeti poteſt [e]: & ſpe numerandæ pecuniæ cautio data, condici poteſt [f]: malæ fidei poſſeſſori, conſumpti fructus condici poſſunt [g].

IIII. Qui ſinè cauſa obligatur, incerti condictione conſequi poteſt, vt liberetur, & ſiquidem nullam cauſam promittendi habuit, incerti condictione conſequetur, vt tota obligatio acceptò fiat: at ſi cùm quinq; deberet, decem promiſit, incerti condictione conſequetur, vt in quinq; liberetur [h].

V. Quod autem ob cauſam datur, puta quòd negocia mea ab eo adiuta putaui, licèt non ſit factum, quia donare volui, quamuis cauſam falſò mihi perſuaſerim, repeti non poteſt [i].

b. *l.3.h.tit.l.2.3.& 4.C.de condict. ex lege, & ſinè cauſa, vel iniuſta cauſa.*

c. *l.2.h.tit.*

d. *d.l.2.& l.vlt.ſ.de cond. ob turp.cauſam.*

e. *l.2.C. de condict. ex lege & ſinè cauſa.*

f. *l.vlt.C. de condict.ex lege & ſinè cauſa.*

g. *l.3.C.d.tit.*

h. *l.3.h.tit.*

i. *d.l.65.in ſumma.§.id quoq.ſ.tit.prox.*

LIBER

LIBER DECIMVS TERTIVS.

Diſputat. I. Reſpond. Hieronymus Cloſius, Saltzenſis.

De condictione furtiua. Tit. I.

1. 2. *Condictio furtiua quando locum habeat?*
3. 4. *Cui competat?*
5. 6. 7. *Aduerſus quem competat?*
8. 9. *Ad quid competat.*
10. *Aduerſus quem non competat, & an hodie locum habeat?*

I. IS cui furtum factum eſt, habet & Rei vendicationem, & Actionem ad exhibẽdum, & Actionem furti, & Condictionem furtiuam [a], quæ vt teſtatur Iuſtinianus Imp. odio furum ſingulariter introducta eſt, quò magis pluribus Actionibus teneantur [b].

II. Sed furti quidem actio pœnam petit legitimam, cæteræ actiones rem perſequuntur: ea res facit, vt neq; furti actio, per haſce actiones, neq; hæ actiones per furti actionem tollãtur [c]: attamen ſi rem aut æſtimationem eius, ſemel quis, aliqua harum Rei perſecutoriarum actione, conſecut⁹ ſit, amplius agi nõ poteſt [d].

III. In furtiua autem re, condictio ſoli domino competit [e], cui res ſubrepta eſt, vel hæredi eius [f]: & tamdiu condictioni locus erit, donec domini facto, dominium eius rei, ab eo recedat: ſed ſi rẽ alienauerit, puta legauerit alicui, hæres quoq; condicere non poterit, nec legatarius, ſed legatarius vendicare rem poteſt [g].

a. §. fin. I. de oblig. quæ ex delict. naſc. §. ſic itaq. verſ. planè. I. de act. l. 7. ſi pro fure. §. 1. h. tit.

b. d. §. ſic itaq. verſ. planè. I. de act. & ſa. tex. eleg: in l. 1. §. fin. j. de tritica. act.

c. d. § fin. I. de oblig. quæ ex delict. naſc. & d. l. ſi pro fure. §. 1.

d. d. § fin. ibi, aut vindicando, aut condicendo. I. de obli. quæ ex delict. naſc. et ſa. tex. in l. 4. apud Celſum. §. Labeo ait. ff. de doli ma. & met. except. & in l. 14. ſi ſeruus furtiuus. § fin. & l. 18. quoniam. h. tit. l. 1. C. eo.

e. l. 1. h. tit.

f. l. 11. ſed nec legatarius. h. tit.

g. l. 10. ſiue manifeſtus. §. tam diu. cum §. ſeq. & d. l. ſed nec legatarius. h. tit.

Si res

IIII. Si res mihi ſubrepta, tua remaneat, condices; ſed etſi dominium non tuo facto amiſeris, condices [h]: ſi res furtiua tibi cum alio communis erat, & prouocaſti communi diuidundo iudicio, amittis condictionem: ſi prouocatus es, retines [i]: Is cui pignori res data eſt, incerti condictione aget, ſi res ei ſurrepta eſt [k].

V. Condictio porro rei furtiuæ, quia rei perſecutionem continet, hæredem quoq; furis obligat, & cæteros ſucceſſores puta bonorum poſſeſſores [l]: adeo vt furioſi quoq; & infantes ex hac cauſa obligentur, cùm hæredes neceſſarij extiterunt, quamuis cum eis agi non poſſit [m].

VI. Et quidem in condictione ex cauſa furtiua tenetur hæres, non pro parte quæ peruenit, ſed in ſolidum, ſi ſolus hæres ſit, vel pro parte, pro qua hæres eſt [n]: locumq; hæc habent, ſiue nec manifeſtum ſit furtum, ſiue manifeſtum, puta ſi fur deprehenſus, occiderit rem, vel fregerit, vel effuderit: quanquam ſi dominus poſſeſſionem apprehenderit, ceſſat condictio [o].

VII. Poteſt etiam filiofa. ex furtiua cauſa condici [p]: Patri vel domino condicetur id, quod ad eum peruenit: & in reſiduum noxæ ſeruum dominus dedere poteſt [q]: & rurſus ex perſona filiæ, quæ res marito amouit, in patrem peculiotenus condictio datur [r]: ipſe quoq; ſeruus liber factus, de furto alij facto, furti actione tenetur: condictione non tenetur, niſi liber contrectauit [ſ].

Compe-

h. l. 12. & ideò. in prin. h. tit.

i. d. l. & ideò. verſ. in communi.

k. d. l. & ideò. verſ. vlt.

l. l. 5. ex furtiua. d. l. 6. ſi pro fure. § fin. l. 14. ſi ſeruus. in prin. h. tit.

m. l. 2. h. tit.

n. l. 9. in condictione. h. tit.

o. d. l. 10. ſiue manifeſtus. in prin.

p. l. 5. ex furtiua. h. tit.

q. l. 4. ſi ſeruus. h. tit.

r. l. 19. Iulianus. h. tit.

ſ. l. 15. quod ab alio. h. tit. l. 67. infitiando. in prin. ſ. de furt. l. 4. licet. C. an ſeruus pro ſuo facto poſt manumiſſ. ein.

VIII. Competit vero in re furtiua, Condictio ipſorum corporum, etſi deſierint eſſe in rebus humanis [t]: ſi tamen obtulit, vel in aliam obligationem tranſtulit, ceſſat condictio [u]: quanquam ſi fur paratus fuerit, excipere condictionem, & per me ſteterit dum in rebus humanis res fuerat, condicere eam, poſtea autem perempta eſt, nihilominus durat Condictio [x].

IX. Cùm autem res furtiua interijt, id tempus in æſtimatione ſpectatur, quo res vnquam plurimi fuit [y], & ſicut deteriorationis [z] accedentisq; damni [a] habebitur ratio, ita quoque fructuum [b]: & quamuis res cura & ſumptibus furis melior facta ſit, etiam huius æſtimatio fiet [c]: ac boue ſurrepto & occiſo, partium omnium condictio datur [d].

X. Nunquam tamen hac condictione alius, quàm qui furtum fecit, tenetur [e]: proinde etſi ope conſilio alicuius furtum factum ſit, condictione non tenetur, etſi furti teneatur [f]: quamuis alioqui furtiuarum rerum etiamnum hodie perſecutio detur [g]: & cùm ab ipſo fure eiuſue hærede, pro re, æſtimatio quanti intereſt refunditur [h], cautio pro euictione peti non poteſt [i].

*

E De con-

t. l. 3. & d. l. 7. ſi pro fure. §. fin. & d. l. 8. in re furtiua. in prin. d. l. 14. ſi ſeruus furtiuus. §. fin. h. tit. l. vlt. C. eo.

u. d. l. in re furtiua. in prin. & l. 17. parui refert. h. tit. & d. l. vlt. C. eo.

x. l. vlt. h. tit.

y. d. l. in re furtiua. §. ſi ex cauſa.

z. d. l. in re furtiua. § ſi ex cauſa.

a d. l. 3. h. tit.

b. d. l. in re furtiua. § fin.

c. l. 13. ex argento. h. tit. l. 52. ſi quis vxori. §. ſi quis maſſam. & d. l. 67. inficiando. §. infans. ſ. de furt. l. 12. de eo. §. ſi quis. ſ. ad exhib.

d. d. l. 13. ſi ſeruus furtiuus. § fin. h. tit.

e. d. l. 5. ex furtiuâ h. tit.

f. l. 6. proinde. h. tit. §. interdum quoq. I. de oblig. quæ ex delicto naſc. l. 33. is qui opem. l. 50. in furti. §. 1. & l. 54. ſi pignore. §. pen. ſ. de furt.

g. *vide* in der peinlichen Halsgerichts ordnung. *Caroli Quinti. art. 157.* von allerſchlechtiſten heimblichen diebſtal. *& art. 207.* von geſtolner oder geraubter hab / ſo in die gericht kompt. *cum ſeqq. vſq. ad art. 116.* Item im Reichs abſcheide zu Augſpurg Anno 1.5.59. auffgericht / §. vnd nach dem an etzlichen. *mihi.* In den Reichs abſcheiden. *parte 2. fol. 200.*

h. d. l. 3. & d. l. 8. in re furtiua. in prin. & § fin h. tit.

i. d. l. 14. ſi ſeruus furtiuus. in fine.

De condictione ex Lege: Tit. 2.

1. Quando hæc condictio locum habeat?

I. SI obligatio lege noua introducta ſit, nec cautum eâdem lege, quo genere actionis experiamur, ex lege agendum eſt [a].

a. l. vn. h. tit. l. 1. C. eo.

De condictione Triticaria: Tit 3.

1. 2. Condictione Triticaria quis vtatur?
3. 4. Condictionis ex capite ſi certum petetur, & Condictionis Triticariæ proprietas.

I. ILlud iam antè traditum eſt, Certi condictionem ex illo capite edicti, ſi certum petatur, pro numerata pecunia competere: pro alijs autem rebus debitis perſequendis, dari condictionem Triticariam [a].

a. tex. in l. 1. h. tit. et dictum eſt ſ. ad tit de reb. cred. ſi cert. peta. nu. 20. & ſeqq.

II. Atque hoc adeò verum eſt, vt dominus etiam de fundo ſuo vi deiectus, hac condictione vti poſſit: ſi dominus non ſit, poſſeſſionem condicere poſſit [b]: quamuis enim rem ſuam per actionem perſonalem nemo condicat, ex cauſa tamen furtiua vel vi bonorum raptorum vel inuaſionis, Condictio conceſſa eſt [c].

b. l. 2. hoc tit.

c. d. l. 1. §. fin. & d. l. 2. hoc tit. ſa tex. in §. ſic itaq; verſ. planè. I. de act.

III. Sed huius Triticariæ condictionis, alibi, quàm hoc loco, mentio non fit, neq; videtur aliam ob cauſam Triticaria hæc, ab illa Certi condictione, ex capite ſi certũ petatur, diſtincta, quàm vt in hac Triticaria oſtẽdatur, quòd à tempore dicti diei & commiſſæ poſt diem moræ, vel à tempore litis conteſtatæ, vſq; ad tempus

pus condẽnationis, vel rei interemptæ, quanti res medio tempore pluris fuerit, ἐν πλάτει æſtimatio fieri debeat [d].

IIII. In Condictione autem illa, ex capite ſi certum petetur, ſi bonæ fidei ſit iudicium ſimpliciter à tempore moræ vſuras præſtari oportet: ſi ſtricti iuris ſit iudicium, puta mutuatæ pecuniæ, ex die ſolutioni dicta [e], vel ex tempore litis conteſtatæ, pro intereſſe vſuræ præſtantur [f]: ſicut & fructuum habetur ratio & acceſſion[illegible], damniq; emergentis vel lucri ceſſantis [g]: Loci autem eius in æſtimatione habetur ratio, de quo conuenit, vt ibi ſolueretur, vel vbi petitur [h].

d. l. pen & vlt h. tit. l. 22. vinum ſ. de reb. cred ſi cert. pet. e. tex. hic in l. vlt. & l. 22. vinum. ſ. de reb. cred. ſi cert. pet. l. 12. magnam. C. de contr. & committ. ſtipulat. f. l. 34. vſuræ. cum l. ſeq. ſ. de vſur. et fructi. gl. in c. conqueſtus. in verb. de feudo. & ibi Can. x. de vſur. Can. in c. 1. x. de iureiu. Panorm. in c. vlt. nu 14 x. de vſur. Inno. in c. 1. nu 2. eo. tit. Bald. in l. 2. nu. 1. et ſeqq. C. de vſur. Iaſon in l. 3. nummis. nu. 5. ſ. de in lit. iur. Socin. in 3. reg. fallent. 31. & 33. And. Geyl lib. 2. pract. obſeruat. obſ. 5 nu. 15. g. l. 31. cùm fundus. ſ. de reb. cred. ſi cert. pet. l. 38 videamus. § ſi actionem. ſ. de vſur. l. 21. ſi ſterilis §. cùm per venditorem. ſ. de act. empti. vide And. Geyl lib. 2. obſ. pract. obſ. 6. h. l. vlt. h. tit. & d. l. 22. vinum. ſ. de reb. cred ſi cert. pet. & vide quæ dicta ſunt. ſ. ad tit. de reb. cred. ſi cert. pet. nu. 20 & ſeqq.

De eo quod certo loco dari oportet: Tit 4.

1. Quæ fuerit occaſio huius Actionis?
2. 3. Actio hæc & Actoris & Rei continet vtilitatem: ſecus ſi loco conuento petatur.
4. 5. 6. Quomodò extra locum conuentum vtilitatem iudex æſtimet, vel non?
7. 8. 9. In quibus caſibus hæc arbitraria Actio competat?

I. ALio loco, quàm in quẽ ſibi dari quiſq; ſtipulatus eſſet, non videbatur agendi facultas competere: ſed quia iniquum erat, ſi promiſſor ad eum locum, in quem daturum ſe promiſiſſet, nunquàm accederet, quod vel data opera faceret, vel quia alijs locis neceſſariò diſtringeretur, non poſſe ſtipulatorem ad ſuum peruenire, ideò viſum eſt, vtilem actionem in eam rem comparare [a].

a l. 1. h. tit.

II. Eſt autẽ actio hæc arbitraria [b], ita vt vtriuſq; vtilitatem contineat, tam Actoris quàm Rei: quòd ſi Rei intereſt, minoris fit pecuniæ condemnatio, quam intentatum eſt ab Actore, & quàm ab ipſo Reo promiſſum: quod ſi Actoris intereſt, ad petitionem Actoris maioris fit pecuniæ condemnatio, quam á Reo promiſſum ſit [c].

III. In loco igitur conuento, puta ſi Epheſi promiſſum ſit, ipſa ſola ſumma petetur, quæ promiſſa eſt, nec amplius quid niſi [illegible]d eſſet ſtipulatus, vel ſi temporis vtilitas interuenit [d].

IIII. Ideo verò, ſi alio loco petatur, in arbitrium iudicis refertur hæc actio, quia ſcimus, quàm varia ſint precia rerum per ſingulas ciuitates, regionesq́;, maximè vini, olei, frumenti: pecuniarum quoq; licèt videatur vna eademq́; poteſtas vbiq́; eſſe, tamen alijs locis faciliùs & leuibus vſuris inueniuntur, alijs difficilius & grauibus vſuris [e].

V. Debet igitur iudex, qui huic actioni addictus eſt, æquitatem ante oculos habere [f], vt illud æſtimet, quod vel Rei vel Actoris interfuit, etiam ſupra legitimum modum vſurarũ, neq; ſolùm damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſantis habebit rationem [g].

VI. Interdum etiam iudex, qui ex hac actione cognoſcit, cùm ſit arbitraria, abſoluere Reum debet, cautione ab eo exacta, de pecunia ibi ſoluenda, vbi promiſſa eſt, puta ſi ibi oblata creditori, vel depoſita ſit, vel ex facili ibi ſolui poſſit [h]: nam & inuito creditore, alio loco ſoluere non poteſt [i]. Neq;

b. *l. 2. in prin. h. tit. & §. præterea quaſdam. I. de act.*

c. *d. l. 2. in prin.*

d. *l. 4. quòd ſi Epheſi. in prin. h. tit.*

e. *l. 3. ideò. h. tit. §. plus autem. verſ. loco. I. de act.*

f. *d. l. quod ſi Epheſi. § fin. & d §. plus autem. verſ. loco I. de act.*

g. *d. l. 2 §. fin. h. tit. vide And. Geyl. lib. 2. obſeruat. pract. obſ 6.*

h. *d. l. quod ſi Epheſi. §. fin. & d §. plus autem verſ. loco.*

i. *l 9. is qui certo. h. tit. et d. §. plus autem. verſ. loco.*

VII. Neq; ſolùm ex ſtipulatione hæc Actio competit [k], ſed etſi fortè hæres iuſſus ſit certo loco dare, aut mutua pecunia data ſit, vt certo loco reddatur, arbitraria hæc actio dabitur: quanquam in bonæ fidei contractibus, etiamſi vt certo loco detur, conuentum ſit, hæc actio non dabitur, niſi ſtipulatio acceſſerit [l].

VIII. Quod ſi Epheſi aut Capuæ decem, vel Epheſi decem aut Capuæ hominem dare promiſeris, reſpondit Vlpianus ſententiam ſuam ex Scæuola corrigens, peti altero loco poſſe & ſinè alterius loci adiectione, & mixtam rerum alternationem locorum alternationi, ex neceſſitate facere electionem petitoris, & in rem, propter locum [m].

IX. Volenti tamen mihi alio loco ſolui poteſt, ſed adiecto non poteſt, puta ſi Epheſi mihi aut Titio dari ſtipulatus ſim: & principalis debitoris mora fideiuſſoris obligationem non augebit, quamuis poſt commiſſam moram fideiuſſor acceptus ſit [n].

k. *l.2.§.1.h tit*

l. *l.5 ſi hæres. cum 2 ſeqq. h.tit.*

m. *l.2.§.1.& ſeq aliàs.l.3. non vtiq.in priu.h.tit.*

n. *l.8. centum Capuæ. et l. vlt.h.tit.*

Diſputat. II. Reſpond. Fridericus Daſypodius, Menertshagenſis.

De conſtituta pecunia. Tit. 5.

1. 2.	*Actio de conſtituta pecunia quid, & quare introducta?*
3. 4. 5.	*Conſtitutio pecuniæ quomodo fiat?*
6.	*Qui poſſint ex conſtitutione obligari?*
7. 8. 9.	*Vetus debitum in conſtitutione requiritur.*
10.11.12. 13.	*Quomodo obligari poſſit conſtituens, & de quibus debitis.*

I. ACtioni autem iſti arbitrariæ de eo quod certo loco, finitima eſt quodam-

modò, Actio Conſtitutoria [a], ſeu conſtitutæ pecuniæ, qua debitum conſtitutione pecuniæ denuo promiſſum, ſeu iterata promiſſione cõſtitutum, perſequimur [b].

II. Prætor enim naturali fauens æquitati, ſi quis id, quod priùs debebatur, ſoluturum ſe denuo promiſiſſet, conſtituta ex conſenſu facta cuſtodiri præcepit [c], & noluit audiendũ eſſe eum, qui velit poſteà fidem conſtitutæ rei frangere [d]: quippe cùm fidem iterato ita datam fallere, graue ſit [e].

III. Conſtituere autem & præſentes & abſentes poſſumus, ſicut paciſci, & per nuncium, & per noſmet ipſos, & quibuſcunq; verbis [f], vel per literas [g]. imo vero etſi ex delatione vel relatione aduerſarij, de eo, quod priùs debebatur, iuratum ſit, de conſtituto agi poteſt [h].

IIII. Sed & ſinè ſtipulatione, ſolo pacto, Conſtitutio pecuniæ perficitur [i]: vnde & illud eſt, quod conſtitutione pecuniæ vetus obligatio non tollatur, neq, Reus hac actione conuentus per litis conteſtationẽ à veteri obligatione tollatur, ſed ad vtramq; demum obligationem tollendam ſolutio proficit [k].

V. Si verò, quod priùs debebatur, ſtipulatione rurſus ſit promiſſum, iure ciuili promiſſor tenetur [l], tolliturq́; prior obligatio per nouationem, ſi modo in poſteriori ſtipulatione quid noui ſit, & animum nouandi contrahentes habuerint [m].

a. l.16. ſi duo §.1. ſed et certo. & l.20. nec enim. h.tit.

b. §. de conſtituta. I. de act. l.1. in prin. & § debitum. l. 11. hactenus. in prin. l. 13. ſed ſi quis, & l.14. qui autem. l.18. item illa. §.1. & 2. ſeqq. l. 25. illud aut illud. in prin. l. 26. quidam. cum 2. ll. ſeqq. h.tit.

c. d.l.1. in prin. h. tit.

d. d. l. 25. illud aut illud. in prin. h.tit.

e. d.l.1. in prin.

f. d. l. 14. qui autem. §. fin. h.tit.

g. l. 5. eum qui Epheſi. §. quod exigimus. verſ. Iulianus. et l. 23. Titius. cum d.l. 26. quidã. & l. vlt. h. tit.

h. d.l. illud aut illud. §. ſi iureiurando.

i. d. §. de conſtituta. I. de act.

k. d.l.18. item illa. §. fin. & l.28. vbi quis. h tit.

l. d. §. de conſtituta I. de act.

m. § præterea nouatione. I. Quibus mod. toll. oblig. l.1. ff. de nouat. et l. vlt. C. de nouat.

Obli-

VI. Obligari autem ex conſtituto etiam mulieres poſſunt [n], & pupillus, ſi tutoris acceſſerit authoritas [o], & filiusfa. itemq; pater & dominus ſuo nomine, vſq; ad eam quantitatem, quæ tempore conſtitutionis fuit in peculio [p]: quanquàm ſi fortè pater filij nomine ſe ſolidum ſoluturum conſtituerit, in ſolidum tenebitur [q].

VII. Hactenus autem Conſtitutum valebit, ſi quod conſtituitur, debitum ſit [r]: ex quacunque etiam cauſa debeatur, etiamſi vel natura tantùm, vel honorario iure debeatur [ſ]: attamen quod iure Ciuili tantùm debetur, in conſtitutum deduci non poteſt [t].

VIII. Et quidem quòd exigitur, vt ſit debitum, in rem exactum eſt, non vtiq; vt is, cui cõſtituitur, Creditor ſit: nam & quod ego debeo, tu conſtituendo teneberis, & quod tibi debetur, ſi mihi conſtituatur, debetur [u].

IX. Sed etſi tunc debitum fuerit, cùm conſtitueretur, nunc non ſit, nihilominus tenebit conſtitutum, quia retrorſum ſeſe actio refert: proinde ſi temporali actione obligatus, ſe poſt tempus obligationis ſoluturum conſtituerit, licèt pfinito die prior actio exierit, actione de conſtituto tenebitur [x].

X. Is quoq; de conſtituto tenebitur, qui conſtituit ſe pignus daturum: ſed etſi certam perſonam fideiuſſuram pro ſe conſtituerit, tenebitur, ſi ea perſona fideiubere nolit: & ſi mora interueniente deceſſerit, tenebitur, qui conſti-

n. *d. l. 1. §. 1. h. tit.*

o. *d. l. 1. §. 1. verſ. de pupillo.*

p. *d. l. 1. § 1. verſ. ſed ſi filiusfa. & §. fin.*

q. *l. 2. h. tit.*

r. *l. 11. hactenus. in prin. h. tit.*

ſ. *d. l. 1. §. debitum autem. cum §. ſeq.*

t. *l. 3 § ſi quis autem. h. tit.*

u. *l. 5. eum qui Epheſi. §. quod exigimus. h. tit.*

x. *d. l. 18. item illa. §. quod adijcitur h. tit.*

conſtituit, vel in id quod intereſt, vel vt aliam perſonam non minus idoneam fideiubentem præſtet [y].

XI. Plus autem quàm debeatur conſtitui non poteſt [z]: ſed minus conſtitui poteſt [a], & quod in diem [b] vel ſub conditione debetur [c], & rurſus vt certo loco & tempore ſoluatur, conſtituere quis poteſt: nec ſolum eo loci petere poteſt, vbi conſtitutum eſt, ſed exemplo arbitrariæ actionis, vbiq; poteſt [d].

XII. Et tenetur, qui conſtituit ſe ſoluturum, ſiue adiecit certam quantitatem, ſiue non [e]: rei enim, ſeu veteris debiti, perſecutoria eſt hæc actio [f]: & ex Iuſtiniani Imp. conſtitutione, non tantùm pecuniæ numeratæ vel aliarum rerum fungibilium, quæ pondere, numero, menſuraúe conſtant, ſed etiam quarumcunq; aliarum rerum debita, in conſtitutum deduci poſſunt [g].

XIII. Sed ita demum Prætor, Actionem de conſtituta pecunia, ſe daturum pollicetur, ſi appareat eum, qui conſtituit, neque ſoluiſſe, neq; feciſſe, neq; per Actorem ſtetiſſe, quo minùs fieret, quod conſtitutum erat [h]: quamuis alioqui & procuratori noſtro, & tutori vel curatori, alijsq; ſimilibus conſtitui poſſit [i].

Commo-

y. l. 14. qui autem. §. 1. & ſeq. h. tit.

z. l. 2. § fin. & l. 11. hactenus. §. fin cum l. ſeq. h. tit.

a. l. 13. ſed ſi quis. h. tit.

b. l. 3. §. fin. cum l. ſeq. h. ti.

c. l. 19. id quod ſub conditione. in prin. h. tit.

d. d. l. 16. ſi duo. § 1. h. tit.

e. d l. 14. qui autem. in prin. h. tit.

f. d. l. 18. item illa. §. è re autem. h. tit.

g. § in perſonam. & d. §. de conſtituta. I. de act. l. pen. C. de conſt. pecun.

h. d. l. 16. ſi duo. §. ait Prætor. & §. fin. cum 2 ll. ſeqq. l. 21. promiſſor Stichi. l. 23. promiſſor hominis. h. tit.

i. l. 5. cum qui Epheſi. §. Julianus. cum aloquot reſponſis ſeqq l. 15 & libera. l. 27. virum præſente. cum l. ſeq. h. tit.

Commodati vel contra: Tit. 6.

1.2.3.4.5.6. Commadati Actio quid, & quomodò commodatum contrahatur?
7.8.9.10.11.12. Directa Commodati actio quomodò competat?
13.14. Contraria Commodati actio quomodò competat?

I. POſt ſuperiora illa Condictionum ſiue Actionum perſonalium genera [a], quorum tractatio vtpote latiùs ſeſe diffundens meritò præmiſſa eſt [b], ſubijcitur nunc Actio Commodati, qua debitum, commodatione contractum, perſequimur [c].

II. Inter commodatum & vtendum datum, quamuis ita diſtinctum ſit, vt commodari dicantur res mobiles, non etiam ſoli, tamen cōmodata res dici conſueuit, & quæ ſoli eſt, atque ita etiam habitatio commodari poſſe dicitur [d].

III. Sicut enim ab initio voluntatis & officij magìs, quàm neceſſitatis eſt, commodare, ita modum commodati finemq; præſcribere, eius eſt, qui beneficium tribuit: attamen poſtquâm commodauit, tunc finem præſcribere & retrò agere, aut intempeſtiuè vſum commodatæ rei auferre, non licebit, quippe cùm adiuuari nos beneficio, non decipi oporteat [e].

IIII. Etiam vt pignori detur, res commodari poteſt [f], & commodare quoq; poſſumus alienam rem, quam poſſidemus, tametſi ſcientes alienam poſſidemus, ita vt & ſi fur vel prædo commodauerit, habeat Commodati actionem [g].

a. §. appellamus I. de act.

b. §. his igitur. I. de iuſt. & iur. l. 2. ſ. de ſtat. hom. l. 18. cum de lanionis. §. aſinam. verſ. vrcei quoq. ſ. de fundo inſtr. vel inſtrm. lega. & ſa. tex. eleg. in l. 1. ſ. de albo ſeriben.

c. §. item is cui. I. Quib. mo re contrah. oblig l. 1. §. is quoque cui. ſ. de oblig. & act.

d. l. 1. in prin. & l. 5. ſi vt certo. §. 11. ſi de me. h. tit.

e. l. 17. in commodato. §. ſicut autem. h. tit.

f. d. l. 5. ſi vt certo. §. 7. nunc videndum in quibus. h. tit.

g. l. 15. commodare. cum l. ſeq. h. tit.

V. Dominus autem, ſi rem ſuam alteri commodauerit, retinet eius & poſſeſſionem & proprietatem: nemo enim commodando rem facit eius, cui commodat [h].

h. *l.8. rei commodatæ. cum l. ſeq. h. tit.*

VI. Non poteſt autem commodari id, quod vſu conſumitur, niſi fortè ad pompam vel oſtentationem quis accipiat, ſicut ſæpè etiam ad hoc commodantur pecuniæ, vt dicis gratia numerationis loco intercedant [i].

i. *l.3. §. fin. cum l. ſeq. h. tit.*

VII. Datur itaq; Commodati directa actio ad rem commodatam repetendam Commodanti aduerſus Commodatarium [k]: nec videbitur reddita, ſi deterior reddita ſit [l]: & ſi vt certo loco vel tempore reddatur commodatũ, conuenit, officio iudicis etiam hoc ineſt, vt rationem loci vel temporis habeat [m].

k. *d. §. item is cui. I. Quib. mo. re contrah. oblig. l. 1. §. is quoq; cui. I. de oblig. & act.*

l. *d. l. 3. §. 1.*

m. *d. l. 5. ſi vt certo. in prin. h. tit.*

VIII. Cùm autem in contractibus aut dolus ſolummodò præſtetur & lata culpa, ſi ſolius creditoris verſetur vtilitas, aut dolus lataq; & leuis culpa, ſi par vtriuſq; verſetur vtilitas, aut dolus lataq; & leuis & leuiſſima culpa, ſi ſolius debitoris verſetur vtilitas: & commodatum plerumq; ſolam contineat vtilitatem Cõmodatarij, tenebitur Commodatarius & culpam præſtare & diligentiam & cuſtodiam [n].

n. *d l. ſicut certo. §. 2. nunc videndum eſt. et §. ſeq. cum §. fin. l. 18. in rebus. in prin. h. tit.*

IX. Vſq; adeo autem diligentia in re commodata præſtanda eſt, vt etiã in ea, quæ ſequitur rem commodatam, præſtari debeat, vtputa ſi equam

ſi equam tibi commodaui, quam pullus comitabatur [o]: imò caſum quoque fortuitum præſtabis, ſi rem fortè æſtimatam accepiſti [p], vel ſi extra locum deſtinatum producendo, cauſam præſtitiſti interitus [q].

o. d.l.ſi vt certo.§.7.vſq; adeò.& §.10.ſi me rogaueris.
p. d.l.ſi vt certo.§.3.commodatum autem.cum § ſeq.
q. d.l.ſi vt certo.§.5 ſed interdum.

X. Sed & in hac re, quam cùm ego tibi domi tuæ commodaſſem, & commodè domum mecum referre non poſſem, apud te reliqui, cuſtodiam præſtare debebis, niſi aliud nominatim conuenit [r].

r. d.l.ſi vt certo. §.11.ſi de me.

XI. Qui aliter quàm conceſſum erat, re commodata vtitur, non ſolùm commodati, verùm furti quoq; tenetur: & ſiue pignus, ſiue commodata res, ſiue depoſita, deterior, ab eo, qui accepit, facta ſit, non ſolùm iſtæ competunt actiones, de quibus loquimur, verùm etiam Legis Aquiliæ: ſed ſi qua earum actum fuerit, aliæ tolluntur [ſ]: & alioqui in litem etiam iurari in hac actione poteſt [t].

ſ. l.18.in rebus.§.ſiue autem.
t. l.3.§.in hac actione.h.tit.

XII. Qui autem rem commodatam accepit, ſi in eam rem vſus eſt, in quam accepit, & ſua culpa vel dolo rem non fecit deteriorem, nihil præſtare debet [u]: quod ſi res dum refertur, perijt, ſiquidem ego mandauerim, per quem remitteret, periculum meum erit: ſi verò ipſe, cui velit commiſit, aut ei commiſit, qui tantùm commonendi cauſa, miſſus erat, culpam præſtabit [x].

x. d.l.17.in commodato. in prin.h.tit.
u. l.10.cum qui rem.in pr. & l.vlt.h.tit.
x. d.l. eum qui rem. §.fin. cum 2.ll.ſeqq.l.20.argentum. h.tit.

XIII. Commodati contraria actio, datur Cõmodatario aduerſus Commodantem, ad impenſas maiores recuperandas, quas fecerit in

curanda ſerui valetudine, aut in requirendo fugitiuo: ad damnum reſarciendum, ſi ſcienter vaſa vitioſa commodata ſunt [y], ſi ante tempus res auferatur [z]: ad precium recuperandũ, ſi re commodata perdita, & precio præſtito, in poteſtatem tuam res redierit [a].

XIIII. Poteſt autem Contraria hæc commodati actio, etiam ſine Principali ſeu Directa moueri [b], & per viam quoque exceptionis in compenſationem induci poſſunt, quæ hac actione debentur [c].

y. *l. 18. in rebus. §. poſſunt. l. pen. h. tit.*
z. *d. l. in commodato. § ſicut autem. & l. 21. rem mihi. h. tit.*
a. *d. l. in commodato. § fin.*
b. *d. l. in commodato. § 1.*
c. *d. l. in rebus. § fin. l. 1. § praeterea. ff. de cont. tut. act. l. 156. inuitus. § 1. ff. de reg. iu.*

Diſputat. III. Reſpond. Ioachimus Koch, Rintelenſis.

De pignoratitia Actione vel contrà: Tit. 7.

1. 2. 3. 4.	*Pignus quomodò conuentione conſtituatur, & quid iuris habeat Creditor vel Debitor in pignore?*
5.	*Etiam à Magiſtratu vel teſtamento pignus conſtituitur.*
6.	*Ob quamcunq; cauſam pignus conſtitui poteſt.*
7. 8. 9. 10. 11.	*Qui poßint pignori dare, & quæ res pignori obligari poßint?*
12.	*Pignoratitia actio directa cui & quando competat?*
13. 14.	*Solutum & ſatisfactum quomodò accipiamus?*
15. 16. 17.	*Quid veniat in Pignoratitiam Directam Actionem?*
19. 20. 21. 22. 23. 24.	*Contraria Pignoratitia Actio cui competat, & quid in hanc Actionem veniat?*

I. Pignus generaliter contrahi dicitur, nō ſolùm traditione, ſed etiam nuda conuentiòne, etſi non traditum eſt [a]: per pactum ſcilicet conuentum: nec ad rem pertinet quibus verbis, an etiam ſinè ſcriptura: fiunt enim de his ſcripturæ, ob id tantùm, vt quod actum eſt, facilius probari poſſit [b].

II. Sed ſpecialiter ac propriè Pignus dicimus,

a. *§. item Seruiana. verſ. inter pignus. I. de act. l. 1. in pr. h. tit. l. 5. res hypothecæ § fin. ff. de pigno. & hypothe.*
b. *l. 4 contrahitur. ff. de pignor. & hypothec. l. 4. in re. & l. 5. ſi res. ff. de fide inſtru.*

mus, quod ad creditorem tranſit: Hypothecam cùm non tranſit, nec poſſeſſio ad Creditorem [c]: ſolam tamen poſſeſſionem, Pignus transfert ad Creditorem, manente proprietate Debitoris [d].

III. Poteſt quoq; Debitor impetrare, poſtquam in Creditorem tranſtulit poſſeſſionem, vt precariò, vel pro conducto, re ſua ei vti liceat, manente nihilominus poſſeſſione pignoris penès Creditorem [e].

IIII. E conuerſo Creditor paciſci poteſt, vt non tantùm poſſidere ſibi pignus liceat, ſed vel ſtatim ab initio acceptæ pecuniæ mutuæ & traditi pignoris [f], vel à tempore moræ & ad diem non ſoluta ſorte, vel non ſolutis vſuris, ἀντίχρησιν pignoris habeat, & fructus pignoris cum vſuris compenſet [g], quamuis fructus vberiores ſint [h].

V. Neq; verò conuentionibus tantùm pignus conſtituitur, ſed Pignus quoq; conſtituitur, cùm Magiſtratus ex quacunq; cauſa in poſſeſſionem aliquem miſerit, dum tamen in poſſeſsionem ventum ſit [i]: imò teſtamento etiam conſtitui pignus poteſt [k].

VI. Et rurſus non tantùm ob mutuam pecuniam, ſed & ob aliam cauſam pignus dari poteſt, veluti ſi quis pignus alicui dederit, vt pro ſe fideiubeat [l]: vel ſi debitum exigenti, ſpecies auri quis dederit, vt pignori apud alium Creditorem poneret, & quantum debebatur, ab illo acciperet [m].

VII. Tutor quoq; lege non refragante ſi de-

c. d. §. item Seruiana. verſ. nam pignoris. I. de act. l. 9. ſi rem alienam. §. propriè. h. tit.

d. l. 35. cùm & ſortis. §. fin. h. tit.

e. l. 22. ſi pignore. §. ſi poſt diſtractum. d. l. cùm et ſortis. §. fin. & l. 37. ſi pignus mihi. hoc tit.

f. l. 33. ſi pecuniam. h. tit. l. 11. ſi is qui. in prin. ff. de pigno. & hypothec. l. 13. ſi ex pactione. et l. 17. ſi ea lege. C. de vſur.

g. l. 1. §. pacto ff. de pigno & hypothec.

h. d. l. ſi ea pactione. & d. l. ſi ea lege C. de vſur.

i. l. 26. non eſt mirum. in pr. & §. fin. h. tit. l. 10. ſed et iure. ff. Qui pot. in pign. hab. l. 15. ſi finita. §. ſi quis damnũ. ff. de damno infecto. & ſa. tot. tit. C. de præto. pig. et tit. ſi in cauſa iudicati pig. cautũ ſit.

k. d. l. non eſt mirum. in pr. l. 12. Lucius. ff. de alim. vel ciba. lega. l. 1. verſ. ex eius voluntate. C. communia de lega. vide in Tribonianea noſtra. eiusq; dotalitio. lib. 1. tit. 21. de pign. et hypot. §. diſtinguitur.

l. d. l. 9. ſi rem alienam. §. 1. h. tit. l. 5. res hypotecæ. in prin. ff. de pigno. & hypothec.

m. l. 27. petenti. h. tit.

derit rem pupilli pignori, tuendum erit: ſcilicet ſi in rem pupilli pecuniam accipiat: idem eſt & in Curatore adoleſcentis vel furioſi [n]: ſinè authoritate autem Tutorum vel Curatorum, hi, qui in poteſtatę eorum ſunt, non rectè pignori dant [o].

VIII. Obligare autem pignoris hypothecæue nomine poſſumus, res noſtras, in quibus plenum & directum, vel vtile, vt vocant, dominium habemus [p], atq; ita etiam vectigale vel ſuperficiarium prædium, pignori obligari poteſt, attamen ſinè diminutione mercedis ſoli [q].

IX. Sic quoq; nuda proprietas pignori dari poteſt, & accedens vſusfructus, ad pignoris accedet cauſam [r]: & nomen debitoris mei pignori dare poſſum, pecuniaq; ex debito exacta cedit in ſolutum, corpus acceptum pignori erit [ſ]: & vſusfructus pignori dari poteſt [t], & penſiones pignori obligari poſſunt [u].

X. Seruitutes etiam prædiorum, licèt directò pignori obligari non poſsint [x], ita tamen in pignoris cauſam rectè venient, ſi conuentum ſit, vt quamdiu pecunia ſoluta non ſit, eis ſeruitutibus Creditor vtatur, qui vicinum fundum habet [y]: & deniq; pignoris obligatio in omnibus his conſiſtit, quæ quis de bonis ſuis, alteri obnoxia facere poteſt [z].

XI. Eam autem rem, quam quis emere non poteſt, quia commercium eius non eſt, iure pignoris accipere non poteſt [a]: aliena quoq; res non rectè pignori datur [b], niſi voluntate domini aut

n. l.16.tutor.in prin.h.tit.
o. l.38. pupillo. h. tit. l. 1. in prin. ʃ. Quæ res pign. vel hypothe. datæ obliga. non poſ.
p. l. 2. et l. 6. qui filios. C. Quæ res pign. obl. poſſunt vel non. l.13. ſi quidem. C. de donat. inter vir. & vxor.
q. d.l.16. tutor. § fin. cum l. ſeq. h.tit.
r. l.15. ſi conuenerit. § ſi nuda. h.tit.
s. d l. ſi conuenerit. in prin. l.4. nomen C. quæ res pigno. oblig. poſſunt vel non.
t. l.11. ſi is qui bona. § vſusfructus. ʃ. de pigno. et hypoth.
u. l.20. cum conuenit. d. tit. ʃ. de pigno. & hypothec.
x. d.l. ſi is qui bona. § fin.
y. l.12. ſed an riæ. ʃ. de pigno. & hypothec.
z. d.l. qui filios. C. Quæ res pigno. oblig. poſſunt vel non. & d.l.13. ſi quidem. C. de donat. inter vir. & vxor. l.18. ſi ab eo. & l.21. ſi inter. § ſi debitor. ʃ. de pigno. et hypothe. l. 6. quæ prædium. C. ſi aliena res pigno. data ſit.
a. d. l. qui filios. l. 9. ſed & quod in fin. ʃ. de pig. et hypoth. l.1. § eam rem. ʃ. quæ res pig. vel hyp. datæ oblig. non poſſunt.
b. l.2. l.9. ſi rem alienam. in prin. l.16. tutor. § contrariã. l.32. cum debitore. l. 36. ſi quis in pignore. § fin. h.tit. & tot. tit. C. ſi aliena res pig. data ſit.

ni aut poſteà cò ratum habente [c]: ſicut & ex poſtfacto interdum pignus confirmatur [d]: Res quæ ad culturam âgrorum pertinent, ſingulariter â pignoris iure exemptæ ſunt [e].

XII. Ratione igitur pignoris, Pignoratitia actio datur: & quidem Debitori directa Pignoratitia actio competit, ad rem oppignoratam eiuſq́; poſſeſſionem corporalem, vt vocat Iureconſultus Papinianus [f], recuperandam ſoluto debito [g]: Si quaſi accepturus pecuniam, pignus dedero, nec accepero, Pignoratitia mihi competet, & nulla ſolutione facta [h].

XIII. Omnis autem pecunia exoluta eſſe debet, aut ſatìs eo nomine factum, antequàm naſcatur Pignoratitia actio [*]: ſolutam pecuniam accipimus, non ſolùm ſi ipſi, cui res obligata eſt, ſed etſi alij ſit ſoluta voluntate eius, vel ei, cui hæres extitit, vel procuratori eius vel ſeruo exigendis nummis præpoſito [i].

XIIII. Satisfactum quoq; accipimus, quoties recedere voluit creditor à pignore, ſi is, vt ipſe voluit, ſibi cauit, ſiue alijs pignoribus ſibi cauerit, ſiue fideiuſſoribus, ſiue Reo, id eſt, expromiſſore dato, ſiue precio aliquo, vel nuda conuentione [k]: idemq́; eſt, ſi creditore pecuniam recuſante, Debitor eam depoſuit, & ſolenniter conſignauit [✲].

XV. Quod ſi creditor ἀντίχρησιν in re oppignorata

c. l.20. aliena res. in prin. h. tit.

d. l.29. ſi rem alienam & l. 41. rem alienam. h. tit. l.22. ſi Titio. ff. de pigno. & hypothec. l.5. cùm res. C. ſi aliena res pignc. data ſit.

e. l.7. executores. & l.8. pignorum. cum Auth. ſeq. C. quæ res pign. oblig. poſſ. §. agricultores. in Friderici Secundi Imperatoris conſtitutione, quæ poſt libros feudorū poſita eſt. & vide die Reformation Keyſer Friedrichs des dritten zu Augſpurg Anno 1. 4. 42. auffgericht. *tit.* wie man pfenden ſol. *& tit. ſeq. mihi.* in des Reichs abſcheiden. *parte 1. fol. 15 et 16.*

f. l.40. debitor. §. ſoluta. h. tit.

g. d. l.9. ſi rem alienam. §. omnis. l.11. ſolutum. §. ſi in ſortem. l.33. ſi pecuniam & d. l. debitor. §. ſoluta. h. tit. l.1. §. creditor. ff. de oblig. & act. l. 10. nec creditores. & l.11. pignoris cauſa. C. de pign. act.

h. l.11. ſolutum. §.1. h. tit. tot. tit. C. ſi pignoris conuentionẽ numeratio ſecuta non fuerit.

**. d. l.9. ſi rem alienam. §. omnis. h. tit. & fa. tot. tit. C. de luitione pignoris. & tit. ſi vnus ex hæredibus creditoris vel debitoris partem ſuam debiti ſoluerit vel acceperit.*

i. l.11. ſolutum. §. ſolutam. cum 3. reſponſis ſeqq. h. tit. & l. vlt. C. de luitione pignoris.

k. d. l. ſi rem alienam. §. omnis.

✲. d. l.9. ſi rem alienam. § fin. cum l. ſeq. & l.20. aliena res. §. ſi per creditorem. h. tit. l. 10. nec creditores. & l. vlt. C. eo. l. vlt. C. de luitione pignoris.

rata non habeat, fructus quoq; quos percepit, vel percipere debuit, in rationem exonerandi debiti computare neceſſe habet [l]: ſi verò quod debebatur, integrè debitor exoluit, fructuum erit facienda reſtitutio à Creditore, iure pignoratitiæ actionis, non ſecus ac ſi ſuper debitam quantitatem fructus percepiſſet [m].

XVI. Si Creditor in oppignorata re ἀντίχρησιν habuit, præteriti quidem temporis fructus repetere non poteſt [n], attamen ſolutione facta, actione Pignoratitia vti poteſt, ad ἀντίχρησιν recuperandam [o].

XVII. Damnum quoq;, ſuo dolo vel culpa, in re oppignorata datum, in rationem debiti deducere, vel ſi debitum integrè ſolutum ſit, quanti debitoris intereſt reſarcire cogitur [p]: idemq; eſt, ſi res dolo aut culpa eius interierit [q].

XVIII. Tenetur enim Creditor in re oppignorata, quia vtriuſq; cauſa pignus contrahitur, præſtare non tantùm dolum, ſed etiam latam & leuem culpam [r]: & de dolo quoq; repromittere debet [ſ]: quamuis caſum fortuitum non præſtet, ſed is ſimpliciter ad rei dominium ſpectet [t].

XIX. Contrariam pignoratitiam actionem Creditori competere certum eſt [u]: ſi enim Creditor neceſſarias impenſas in rem oppignoratam fecerit, non tantùm retentionem, ſed etiam Contrariam Pignoratitiam actionem habebit [x]: idemq; eſt in vtilibus impenſis ex voluntate debitoris factis: ſed in reliquis mediè ita diſpi-

l. l. 1. 2. & 3. cum l. vlt. C. de pign. act.

m. d. l. 1. 2. & 3. C. h. tit. l. 22. ſi pignore. §. ſi prædo. h. tit.

n. d. l. l. 1. §. pacto. et l. 11. ſi is qui. in prin. ſ. de pigno. & hypothe. l. 14. ſi ea pactione. & l. 17. ſi ea lege. C. de vſur.

o. d. l. 33. ſi pecuniam. h. tit.

p. l. 24. eleganter. §. fin. & l. 30. qui ratiario. h. tit. l. 5. ſi creditor. l. 7. ſi creditor. C. eo.

q. d. l. ſi creditor. & d. l. creditoe. C. eo.

r. l. 13. ſi cum venderet. §. fin. cum l. ſeq. & l. 25. ſi ſeruos. verſ. ſicut enim. h. tit. d. l. ſi creditor. & d. l. creditor. C. eo. § fi. I. Quib. mo. re cõtrah. oalig.

ſ. l. 15. creditor cum pignus. h. tit.

t. l. 6. quæ fortuitis. l. 8. ſi nulla. & l. 9. pignus. C. eo.

u. d. l. 16. tutor. §. contrariam. h. tit.

x. l. 8. ſi neceſſariae. in pr. h. tit.

diſpiciendum erit iudici, vt neq; delicatus Debitor, neq; oneroſus Creditor audiatur [y].

XX. Deinde verò illud quoq; in hanc actionem veniet, ſi dolo aut culpa Debitoris, ex re oppignorata damnum ſenſerit Creditor: ſi ſeruus pignori datus, Creditori furtum faciat, liberum eſt debitori, ſeruum pro noxę deditione relinquere: ſed ſi ſciens furem pignori mihi dederit, etſi paratus fuerit, pro noxa deditione apud me relinquere, nihilominùs habebo pignoratitiam hanc actionem, vt me indemnem præſtet, ſicut in depoſito vel commodato [z].

XXI. Contraria Pignoratitia actio etiam competit, ſi rem alienam ſinè domini voluntate, vel alij oppignoratam, cùm ea ad vtrumquè debitum non ſufficeret, vel ſi in publicum obligatam dedit: vel ſi in dando aliam ſubiecit, aut aliter malicioſè in pignore dando verſatus ſit Debitor: extra ordinem tamen etiam Stellionatus nomine plectetur [a].

XXII. Si quaſi recepturus à debitore tuo cominus pecuniam, reddidiſti ei pignus, iſq; per feneſtram id miſerit, excepturo eo, quem de induſtria ad id poſuerat, nec pecunia numerata ſit, etiam furti & ad exhibendum agere potes, & ſi agente te contraria Pignoratitia, excipiat Debitor de pignore ſibi reddito, replicabitur de dolo & fraude [b].

XXIII. Illud deniq; Creditoris iure quoquè continetur, quòd Creditor ex pactione, vel denunciationibus priùs factis, ſi nihil con-

y. *d.l.25.ſi ſeruos.h.tit.*

z. *l.31.ſi ſeruus.h.tit.l.17. in commodato.§.ſicut autem. in fine.& l.pen.ſ.tit.prox.*

a. *d.l.1.& 2.d.l.9.ſi rem alienam.in prin.d.l.16.tutor.§.contrariam l.32.cum debitore.d.l.36.ſi quis in pignore.in prin.& §.fin.h.tit.& ſa.tot.tit.C. Si aliena res pignor.data ſit.*

b. *l.3.h.tit.*

uenerit, aut ſi conuenerit ne res diſtrahatur, rem oppignoratam vendere [c], & ſi venditor fortè non inueniatur, dominium ſibi impetrare poſſit [d], quamuis inuitus vendere non cogatur, ſed eo nolente Debitori vendere pignus permittatur, priùs idonea cautela Creditori de indemnitate ab eo præſtanda [e].

XXIIII. Si poſt diſtractum pignus, Debitor, qui precariò rogauit vel conduxit pignus, poſſeſſionem non reſtituat, contrario iudicio etiam hoc nomine tenetur [f]: item de euictione Creditor aduerſus Debitorem regreſſum habet, ſi modò ſinè dolo & culpa vendidit, & vt diligens paterfamiliâs [g]: ſed ſuperfluū precij, etiam cum vſuris, poſt moram Creditor Debitori reſtituere cogitur [h].

c. *l. 4. ſi conuenit. cum 2. ſeq. l 8. ſi neceſſarias. § ſi annua. & § de vendendo. h. tit. & toto tit. ſ. de diſtract. pignor. vel hypothe. & C. eo.*

d. *l. 24. eleganter. in prin. h. tit. & toto tit. C. de iure dominii impetrando.*

e. *l. 6. quamuis conuenerit. in prin. h. tit.*

f. *d. l. 22. ſi pignore. § ſi poſt diſtractum h. tit.*

g. *d. l. 8. ſi neceſſarias. § ſi pignori & d. l 22 ſi pignore. § fin. cum 2. reſp ſeqq. h. tit.*

h. *d. l. 6. quamuis. § fin. cum l. ſeq. l 24. & eleganter. § ſi vendiderit h. tit.*

LIBER DECIMVS QVARTVS.

Diſputat. I. Reſpond. Hinricus Scheuius, Quakenbrugenſis.

De exercitoria actione: Tit. I.

1. 2. *Exercitoria quomodò de eo, quod cum Magiſtro contractum eſt detur?*

3. 4. *Ex qua cauſa detur?*

5. *Si plures ſint Magiſtri præpoſiti?*

6. *Magiſter quoq; conueniri poteſt: & quid ſi plures, vel filius, aut ſeruus, nauem exerceant?*

I. QVod ſi cum Magiſtro [a] nauis [b], eius rei gratiâ, cui præpoſitus eſt [c], vel cum eius Subſtituto [d], contractum ſit [e], datur in ſo-

a. *l. 1. §. magiſtrum nauis. cum 2. ſeqq. h. tit.*

b. *d. l. 1. § nauem. & § ſed etſi vt ceteris.*

c. *d. l. 1. § non autem. cum aliquot ſeqq. & l. vlt. h. tit.*

d. *d. l. 1. § magiſtrum autem.*

e. *d. l. 1. in prin. & § 1. ac paſſim toto hoc tit.*

in ſolidum [f] actio, etiam aduerſus Exercitorem [g], eum ſcilicet, ad quem obuentiones & reditus omnes perueniunt: ſiue is dominus nauis ſit, ſiue à domino nauem per auerſionem conduxit, ſiue ad tempus ſiue in perpetuum, ſiue maſculus ſit ſiue mulier, paterfamiliâs vel filiusfamiliâs, vel ſeruus [h].

II. Nihil intereſt etiam, cuius conditionis ſit Magiſter iſte, vtrùm liber an ſeruus, Exercitoris an alienus, ſed nec cuius ætatis ſit interit, ſibi imputaturo, qui præpoſuit [i]: & rurſus de eo, quod cum ſubſtituto Magiſtri geſtum eſt, tenetur Exercitor, etiamſi ſic Magiſtrum præpoſuit, ne alium ei liceret præponere, ne Titio vteretur [k].

III. Non autem ex omni cauſa Prætor dat in Exercitorem actionem, ſed eius rei nomine, cuius ibi præpoſitus fuerit [l]: ideoq; ſi totiús nauis cura Magiſtro mandata eſt [m], competit etiam Exercitoria hæc actio, ſi fortè ad armandam, inſtruendam, reficiendamue nauem, vel nautas exhibendos, pecuniam mutuauit [n], dum tamen Creditor aliquam diligentiam hac in re preſtet, vt ſciat neceſſarium Exercitori eſſe id, cuius ratione ſibi eum obligari cupit [o].

IIII. Quod ſi locandis nauibus tantùm vel mercibus vectoribuſúe conducendis, armentis aut mercibus emendis vendendiſúe, Magi-

f. §.*eadem ratione. l. quod cum eo, qui in alien poteſt. eſt. & d. l. 1. §. licèt autem. & §. vlt.*

g. *d. l. 1. in prin. & §. eſt autem nobis. cum § pen.*

h. *d. l. 1. §. exercitorem. & d. §. qua ratione. verſ. ideò autem. l. 4. etſi à muliere. C. de inſtito. & exercito. act.*

i. *d. l. 1. §. cuius autem. l. vlt. C. de inſtito. et exercito. act.*

k. *d. l. 1. §. magiſtrum autē.*

l. *d. l. 1. §. non autem.*

m. *d. l. 1. §. magiſtrum nauis.*

n. *d. l. 1. §. non autem ex omni. cum aliquot ſeqq. et l. vlt. in prin. & §. fin. h. tit.*

o. *d. l. vlt. in prin. & § fin.*

ſter præpoſitus fuerit, & modum præpoſitionis egreſſus ſit, non obligabitur Exercitor [p].

V. Si plures ſint Magiſtri non diuiſis officijs, quodcunq; cum vno geſtum erit, obligabit Exercitorem: ſi diuiſis officijs alter locando alter exigendo, pro cuiuſq; officio obligabitur Exercitor: ſed ſi ſic præpoſuit, ne alter ſinè altero quid gerat, qui contraxit cum vno, ſibi imputabit [q].

VI. Eſt autem contrahenti electio, vtrum Magiſtrum, ſi is ſeruus non ſit [r], an Exercitorem conuenire velit [s], attamen quia ex perſona Magiſtri in Exercitorem Exercitoria actio datur, ſi cum altero actum ſit, cum altero agi non poteſt [t]: ſi plures exerceant, quilibet in ſolidum conueniri poteſt [u]: & rurſus in ſolidum quoq; tenetur pater vel dominus, ſi filiusfa. vel ſeruus voluntate eorum nauem exerceant [x]: eſtq; perpetua Exercitoria actio, hæredibus quoq; & in hæredes competēs [y]: Exercitori etiam aduerſus contrahentes, non ceſſis à Magiſtro actionibus, extra ordinem ſubuenitur [z].

p. d.l.1.§.magiſtri autem.et §. igitur præpoſitio. cum §. ſeq.

q. d.l.1.§.ſi plures.

r. l.41.nec ſeruus.ſ.de pecul.l.14.ſerui.& l.43. obligari.ſ.de obligat.& act.l.22. in perſonam. & l.107. cum ſeruo.ſ. de reg.iu.

s. d.l.1.§. eſt autem nobis.

t. d.l.1.§. hæc actio.

u. d.l.1.§.fin.cum 2.reſpõ. ſeq.h.tit.

x. d.l.1.§.ſi is qui nauem. cum ſeqq.l.4.ſi tamen.§.1.& ſeq.l.5.ſi eum.in prin.et 2.§. ſeqq.l.6.ſi ſeruus.in prin.& §.fin. h. tit.

y. d.l.4.ſi tamen.§ fin.

z. d.l.1.§. eſt autem nobis. verſ.ſolent planè. h.tit.

Ad legem Rhodiam de iactu: Tit. 2.

1.2.3.4. *Pro rebus in naufragij periculo eiectis, quomodò de conſeruatis collatio fiat?*

5.6.7. *De quibus rebus collatio non fiat, & quando Magiſtro nauis ſubueniatur?*

I. Lege Rhodia cautum eſt, ſi laborante naue, leuandæ nauis gratia, iactus mercium factus eſt, vt omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus iactum eſt, & amiſſarum

ſarum mercium domini, ſi merces vehendas locauerant, ex locato agant cum Magiſtro nauis, is deinde cum reliquis ex conducto, vt detrimentum pro portione communicetur [a].

a. l.1.l.2.in prin. & §. iacturæ ſummam. h.tit.

II. Quòd ſi in eadem naue, varia mercium genera, complures mercatores coëgerint, prętereaq; multi vectores, ſerui liberiq; in ea nauigauerint, & aliqui tales merces impoſuerint, quibus nauis non oneretur, veluti gemmas, margaritas, omnes tamen conferre oportet, quorum interfuit iacturam fieri, adeò vt veſtimentorum etiam cuiuſq; & annulorum æſtimatio fiat [b], ſicut & ei quoq; ſubueniri oportet, cuius res propter iactum deteriores factæ ſunt [c]: & illos conferre oportet, quorum merces poſt iactum, ſubmerſa naue, per vrinatores extractæ ſunt [d].

b. d.l.2. §. in eadem. & §. ſeq.

c. l.4. nauis onuſtæ. §. cum autem iactus. h. tit.

d. d. l 4. nauis onuſtæ. § ſed ſi nauis.

III. Quòd ſi nauis onuſtæ leuandæ cauſa, quia fortè intrare flumen vel portum non potuerat cum onere, quædam merces in ſcapham traiectæ ſint, eaq; ſcapha ſubmerſa, merces perierint, in hoc quoq; caſu ratio haberi debet inter eos, qui in naui merces ſaluas habent, cum his, qui in ſcapha perdiderunt, perinde tanquam ſi iactura facta eſſet [e].

e. d. l. 4. nauis onuſtæ. in prin. & l. vlt. h. tit

IIII. Portio autem pro æſtimatione rerum, quæ ſaluæ ſunt, & earum, quæ amiſſæ ſunt, præſtatur: & quidem ita vt eius non habeatur ratio, ſi res amiſſæ pluris vendi potuerint: in his verò, quarũ nomine conferendum eſt, non ſolùm quanti emptæ ſint, ſed etiam ſi pluris vendi poſsint, ratio habeatur [f].

f. d.l.2. §. portio autem. h. tit.

V. In collationem tamen non venient ea, q̃ conſumendi cauſa ſunt impoſita, quo in numero ſunt cibaria, quia ſi quando ea defecerint in nauigationem, quod quiſq; haberet in commune conferret [g]: ſic quoq; hoc nomine quod ſeruus in mari perierit [h], aut à prædonibus cuiquam quid ablatum ſit, prorſus non fit collatio: ſecus ſi à piratis aliquid ſit ablatum, vel etiam ab his redemptum [i].

VI. Sed etſi res leuandæ nauis gratia iactæ ſint, quia domini manent, nec apprehendentis fiunt [k], imò repeti etiam ab apprehendentibus poſſunt [l], ſi apparuerint, exoneratur collatio, vel ſi iam contributio facta ſit, tunc hi, qui ſoluerint, agent ex locato cum magiſtro, vt is ex conducto experiatur, & quod exegit reddat [m]: atq; ita etiam preſſa vel deiecta naui, & nullis mercibus iactis, eius, quod quiſque ſeruauit, collatio non eſt [n].

VII. Seruorum quoq;, qui in mari perierunt, non magis facienda æſtimatio eſt, quàm ſi qui ægri in naui deceſſerint; nam & horum vectura debetur magiſtro [o]: qui tamen & ipſe conuenitur, quoties dolus eius, vel culpa eius arguitur [p]: & rurſus ſi quod damnum propter ſaluandas merces nauis paſſa eſt, puta ſi arbor cæſa ſit, hoc ipſum reſarcire vectores oportet [q]: quanquam ſi extra hoc, aduerſa fortè tempeſtate, nauis damnum paſſa ſit, hoc reſarcire vectores non teneantur [r].

g. *d. l. 2. §. iacturæ ſummam.*
h. *d. l. 2. §. ſeruorum quoque.*
i. *d. l. 2. §. ſi nauis.*
k. *d. l. 2. §. fin.*
l. *l. 8. qui leuandæ. cum l. ſeq. h. tit. l. 18. in eum. cum auth. ſeq. C. de furt. et ſeruo corrup. §. nauigia in conſtitut. Frederici II. de ſtatutis & conſuetud. contra libert. eccleſiæ, poſita poſt libros feudorum.*
m. *d. l. 2. §. fin.*
n. *l. 7. cum depreſſa. h. tit.*
o. *l. vlt in prin h. tit.*
p. *d. l. vlt. §. ſi ea conditione & ſeq.*
q. *d. l. 2. § ſi conſeruatis. l. 3. l. 5. amiſſæ. § fin. h. tit.*
r. *d. l. 5. amiſſæ. in prin. & l. 6 [illegible] aduerſa. h. tit.*

De in-

De inſtitoria actione: Tit. 3.

1. 2. Inſtitoria aduerſus dominum eius, qui negociationi præpoſitus eſt, datur.
3. 4. Quando denegetur aduerſus dominum hæc actio, et quomodò domino conſulatur?

I. AD exemplum porrò Exercitoriæ actionis, [a] in eum, qui Inſtitorem tabernæ vel cuilibet alij negociationi præpoſuit [b], datur quoq; de eo, quod iſtiûs negociationis ratione, cui præpoſitus eſt [c], cum Inſtitore contractum eſt, Inſtitoria actio in ſolidum [d].

II. Datur etiam in tabernæ aut negociationis dominum, Inſtitoria hæc actio, ſi fortè Procurator meus aut tutor vel curator Inſtitorem præpoſuerit [b], paruiq; refert, quis ſit Inſtitor, maſculus an fœmina, liber an ſeruus, proprius an alienus: & an vir vel mulier ſuis negociationibus eum præpoſuerit [f]: imò pupillus quoq; vel alius, hæres factus præponentis Inſtitoria tenebitur [g], quia perpetuò quoque & in hæredem & hæredibus hæc actio datur [h].

III. Is ſanè de quo palam proſcriptum eſt, ne cum eo contrahatur, præpoſiti loco non habetur, nec datur in dominum hac ratione Inſtitoria actio, ſi modò euidenter ante eum locum, in quo negociatio exerceretur, proſcriptio extat [i]. ſimiliter illi actio denegatur, cui denunciatum eſt, ne præpoſito pecuniam crederet [k].

IIII. Domino etiam in eos, qui contraxerunt, vtilis actio datur, ſi aliter rem ſuam ſeruare

a. §. eadem ratione. I. quod cum eo, qui in alie. poteſt. eſt nego. geſt. eſſe dicatur. l. 1. et l. 7. ſed etſi quis. §. 1. h. tit.
b. l. 3. l. 4. & l. 5. quicunq. in prin. & 2. §§. ſeqq. l. 16. ſi cum villico. l. 17. ſi quis mancipÿs. in prin. & l. 19. inſtitor eſt. h. tit.
c. d. l. 5. quicunq. §. non tamen. cum 3. ſeq. l. 11. ſed ſi pupillus. §. conditio. d. l 16. ſi cũ villico. l. 17. ſi quis mancipÿs. §. Proculus. cum l. pen. & vlt. h. tit.
d. d. §. eadem ratione. & d. l. 1. h. tit.
e. d. l. 5. quicunq. §. fin. cum l. 6. ſed & in ipſum. & l. 7. ſed etſi quis in prin. h. tit.
f. d. l. 7. ſed etſi quis. §. 1. et §. fin. cum 2. ll. ſeqq. l. 11. ſed ſi pupillus. §. fin cum 2. reſponſis ſe. . d l. 17. ſi quis mancipÿs. §. 1. cum l. pen. & vlt h. tit.
g. d. l. 11. ſed ſi pupillus. in prin. & d. l. 17. ſi quis mancipÿs. §. ſi impubes. et §. ſeq. h. t.
h. l. 15. nouiſſimè. h. tit.
i. d. l. 7. ſed etſi quis. §. 1. & ſeq. h. tit.
k. d. l. 17. ſi quis mancipÿs. §. Proculus. h. tit.

uare non poteſt [l]: Sed & tum aduerſus Dominum Inſtitoria hæc actio non datur, ſi is qui cum Inſtitore contraxit, vel ab Inſtitore vel ab alio, nouandi animo ſtipulatus ſit [m].

l. *l.1.in fin.cum l.ſeq.h. tit. & l.1.§.eſt autem nobis.verſ. ſolent planè.ſ.de exerci. act.*
m. *d.l.13.habebat.§ meminiſſe.h.tit.*

Diſputat. II. Reſpond. Balthazarus à Senden, Cellenſis.

De Tributoria actione: Tit. 4.

1. 2. *Tributoria datur aduerſus patrem vel dominum, qui filium vel ſeruum in peculiari merce negociari patitur.*

3. 4. *Quid veniat in tributum, & quomodò tributio fiat?*

I. DAtur etiam Tributoria actio aduerſus patrem vel dominum, ſi hi, qui in eorum poteſtate ſunt, ſcientibus ipſis in peculiari merce negociētur, & cū alijs contraxerint: nam cùm alioqui Pater vel Dominus priuilegium habeant in contractibus filiorum ſuorum vel ſeruorum, & de peculio ita duntaxat teneantur, vt priùs deducatur, quod ipſis debetur, fit tamen, ſi ſcierit Pater filium, vel Dominus ſeruum ſuum, in peculiari merce negociari, vt tanquam extranei Creditores per hanc actionem in tributum vocentur [a].

II. Poteſtatis verbum ad omnem ſexum, itemq; ad omnes, qui alieno iuri ſubiecti ſunt, porrigitur, vt eorum quoq; nomine, Tributoria actio aduerſus nos competat, qui nobis bona fide ſeruiūt, ſiue liberi, ſiue alieni ſerui ſint, vel in quibus vſumfructum habemus [b]: ſimiliterq; mercis nomen accipitur pro omni eo, in quo negociatio exercetur [c]: rurſus ſcientiam pro ſola patientia patris vel domini accipimus [d], nocetq; Tutoris vel Curatoris ſcientia pupil-

a. *l.1.in prin.h.tit.*
b. *d.l.1.§.fin.*
c. *d.l.1.§.licèt mercis.*
d. *l.1.§.ſcientiam.*

pupillo vel furioſo, non tamen dolus [e]: & Procuratoris ſcientia Domino nocet [f].

III. Tribüi autem, id eſt, diſtribui inter Patrem vel Dominum, & Creditorem iubetur non aliud, quàm quod ex ea merce eſt, cuius ratione Creditor contraxit, & quod eo nomine receptum eſt, quanquam Patri aut Domino rata ſua debiti portio tribuenda eſt, ex quacunq; etiam cauſa: & licèt his quoq;, qui in poteſtate eorum ſunt, debeatur, imò etiamſi ante mercem iſtam comparatam debitum fuerit [g]: neq; datur Creditori in re ad filium vel ſeruum tranſlata, vlla prærogatiua, niſi fortè res vendita extet, eoquè nomine non ſit ſatisfactum: tum enim ſimpliciter vendicare eam poteſt [h].

IIII. Porrò quia tributio fieri debet, pro rata eius, quod cuiq; debetur, & fieri poteſt, vt alij quoq; exiſtant iſtius peculiaris mercis Creditores, cauere debebit Creditor ſe refuſurum, ſi fortè alij emerſerint Creditores, vel ſi quod aliud patris aut domini debitum poſtea emerſerit: neq; Pater vel Dominus inuiti cogi debebunt, hanc tributionem ſuſcipere, ſed arbiter ad eam rem dabitur [i]: attamen hoc nomine tenebuntur, ſi dolo eorum vel culpa factum eſt, quò minus tribueretur: nam & perpetuò & in hæredem hæc actio datur, ſed de eo duntaxat, quod ad eum peruenit [k].

e. l. 3. §. ſi ſeruus. cum §. fin. & l. ſeq. h. tit.

f. l. 5. procurator. in prin. h. tit.

g. d. l. procurator. §. in tributum. cum 4. ſeqq. & l. 11. aliquando. h. tit.

h. d. l. procurator. §. ſed etſi dedi.

i. d. l. procurator. §. fin. & l. 6. non enim. cum l. 7. illud quoq;. in prin. h. tit.

k. d. l. 7. illud quoq;. §. ſi cuius. cum 2 ſeqq. & l. 8. quia non. h. tit.

Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negocium geſtum eſſe dicetur: Tit. 5.

l. 2. *Quomodò agatur aduerſus filium emancipatum, vel exhæredatum, paternaue hæredıtate abſtentum?*

I. SEd filiusfamiliâs quidem ſi contraxerit, ex ſua obligatione ipſe etiam conueniri poteſt [a], & vel contra ipſum filium, ſi is rem teneat [b], vel contra patrem, ratione peculij fit executio [c], attamen ſi poſt obligationem contractam emancipatus, vel aliter poteſtate liberatus ſit filius, aut exhæredatus, vel abſtinuerit ſeſe hæreditate defuncti patris, ſiue voluntate ſua, ſiue iuſſu patris contraxerit, & ſiue in peculium ipſius, ſiue in patrimonium patris ea res redacta ſit, redditur in filium actio, vt cauſa cognita, quatenus facere poteſt, condemnetur [d].

II. Detrahere autem filius hîc non poteſt, quod alijs debetur, niſi ſint priuilegiati Creditores, quorum ſicut & eorum, qui poſtquàm ſui iuris factus eſt, cum eo contraxerunt, ratio habetur [e]: ſoli tamen filio, non etiam hæredi eius, hoc beneficium competentiæ datur [f]: & contra ipſum quoque filium in ſolidum actio exercetur, ex delicto ipſius [g], vel ſi patremfamiliâs ſeſe eſſe mentitus ſit [h], vel patri hæres extitit, dum tamen non ex minima parte [i].

a. l. 57. tam ex contractibus. ſ. de iudicijs. l. 34. quoties. cum l. ſeq. ſ. de noxal. act. l. 12. de eo § 1. ſ. ad exhibend. l. 4. ſ. de condict. furt. l. 39. filiusfa. ex omnibus. ſ. de obligat. & act.

b. d l. 12. de eo. § 1. ſ. ad exhi.

c. d. l. 34. quoties. cum l. ſeq. ſ. de noxal. act.

d. l. 2. & l. 5. ſi filiusfa. in prin. h. tit. l. 2 l. 4 ſi ex contractu. l. 9. ſi ex alio. C. eo. Quod cum eo, qui in alie. poteſt.

e. l. 3. h. tit.

f. l. 4. ſed ſi ex parte. § ſoli autem. h. tit.

g. d. l. ſed ſi ex parte. § quanquàm.

h. d. l. ſed ſi ex parte. § interdum. & l. 6. eum qui. h. tit.

i. d. l. 2. § fin. d. l. 4. ſed ſi ex parte. in prin. d. l 5. ſi filiusfa. § fin. h. tit. & d. l. 2. cum d. l. § ſi ex alio. C. eod.

De

De Senatuſconſulto Macedoniano: Tit. 6.

1. 2. *Creditori, qui filiofamiliâs pecuniam mutuo dedit, denegatur efficax actio, daturq́ aduerſus eum exceptio.*
3. *Ad quos porrigatur Senatuſconſultum?*
4. 5. *Vbi ceſſet hoc Senatuſconſultum, vel non?*

I. ILlud Senatuſconſulto Macedoniano ſpecialiter cautum eſt, ne cui, qui filiofamiliâs mutuam pecuniam dedit, etiam poſt mortem parentis eius, cuius in poteſtate fuit, actio petitioq; efficaciter detur, vt ſciant, qui peſſimo exemplo fœnerant, nullius poſſe filijfamiliâs bonum nomen, expectata patris morte, fieri [a].

II. Filiũfamiliâs accipimus, etiamſi arrogatꝰ ſit, vel indignitate ſit poſitꝰ [b]: etiamſi patri cauſa inciderit, quo minùs in ciuitate ſit [c]: ſed ſi in pendenti ſit patria poteſtas, quia pater apud hoſtes eſt, in pendenti etiam erit mutui obligatio [d]: & mutuum accipimus numeratæ pecuniæ, ſiue ſub vſuris data ſit, ſiue ſinè vſuris, non tamen rerum aliarum: multoq; minùs in alijs contractibus Senatuſconſulto locus erit, niſi fraus hac ratione quæſita ſit Senatuſconſulto [f].

III. Non ſolùm autem ei, qui mutuo dedit, ſed & ſucceſſoribus eius, actio deneganda eſt [g]: neq; ſolùm filio, verumetiam filiæfamiliâs, nepoti neptiq; tc. exceptione hac perpetua ſuccurritur [h]: imò patri quoq; ſuccurritur, & fideiuſſori, & mandatori [i], & hæredi filij, ſi pa-

a. *l. 1. in prin. h. tit. l. 6. ſi filius. C. eo.*
b. *d. l. 1. §. fin.*
c. *l. 7. item ſi filiusfam. §. ſed etſi patri. h. tit.*
d. *d. l. 1. § 1.*
e. *d. l. 1. item ſi filiusfa. §. mutui dationem. et §. ſiue autem. h. tit.*
f. *l. 3. §. is autem. & d. l. item ſi filiusfa in prin. & §. 1. & § mutui dationem. h. ti. l. 3 C. eo.*
g. *d. l. item ſi filiusfa. § non ſolùm.*
h. *l. 9. ſed ſi paterfa. §. hoc Senatusconſultum. & l. 14. filium. h. tit d. l. 6. ſi filius. C. eo.*
i. *d. l. ſed ſi paterfa. §. non ſolùm.*

ſi paterfamiliâs deceſſerit, & patri eius, ſi filiusfamiliâs deceſſerit [k]: nec intereſt, conſumpti ſint nummi, an extent in peculio [l]: priuatus crediderit, an ciuitas [m].

IIII. Ceſſat tamen Senatuſconſultum, ſi filiusfamiliâs in legatione, vel ſtudiorum cauſa abſens, mutuum acceperit, & probabilem modum non ſit egreſſus [n], ſi mutuo filius accepit, vt ei Creditori ſolueret, quem exceptione ſubmouere non poterat [o], ſi pater eius ratum habeat, vel ſoluere cœpit [p], vel ab initio patris acceſſit voluntas [q], ſi ipſe paterfamiliâs factus debitum agnouit, & nouauit vel ſoluit [r], vel rem pignori dedit [s]: ſi patre fortè relegato, aut longo tempore abſente, filius in eam cauſam mutuam pecuniam acceperit, quæ patris oneribus incumbebat, puta, vt pro ſorore ſua in dotem daret [t]: item ſi mutuo accipiens miles ſit [u].

V. Ceſſabit etiam Senatuſconſultũ, ſi Creditor, mutuo accipientem, credebat eſſe patremfamiliâs, quia publicè paterfamiliâs pleriſq; videretur [x], nec ſcire potuit eſſe filiumfamiliâs [y]: cùm verò contra Senatuſconſultum filiofamiliâs mutuo datum, filiusq; mortuus eſt, nec fideiuſſor accipi poteſt, quia nulla obligatio aut ciuilis aut naturalis ſupereſt, niſi peculiarem obligationem patris ſpectes [z].

✻

k. d.l.item ſi filiusfa.§.quãquàm.
l. d.l.ſed ſi paterfa.§.hoc Senatuſconſultum.
m. l.15.nihil intereſt.h.tit.
n. d.l.itẽ ſi filiusfa.§.quod dicitur.l.5.Macedoniani.C.eo.
o. d.l.item ſi filiusfa.§.pen.
p. d.l.item ſi filiusfa.§.pen. l.vlt.in prin C.eo.
q. d.l.ſed ſi paterfa.§.pen. l.2.l.4.& l.vlt.in prin.C.eo.
r. d.l.item ſi filiusfa.§.fin. & d.l.2.C.eo.
s. d.l.ſed ſi paterfa.in prin.
t. d.item ſi filiusfam.§.ſed etſi filiusfa.& 17.filiusfa.h.tit.l.2.C.eo.
u. l.vlt.§.fin.C.h.tit.
x. d.l.3.in prin.h.tit.d.l.2.C.eo.
y. l.pen.h.tit.l.1.et 2.C.eo.
z. l.18.creditorem.h.tit.

LIBER DECIMVS QVINTVS.

Diſputat. I. Reſpond. Criſpinus Beckſlager, Bartenſteinenſis, Boruſſus.

De Peculio: Tit. I.

1. 2.	*Variæ actiones competunt eorum nomine qui in poteſtate ſunt.*
3. 4.	*In poteſtate eſſe quomodò accipiamus?*
5. 6. 7. 8. 9.	*Peculium quomodò accipiamus?*
10. 11. 12.	*Dominus debitum ſuum de peculio deducit.*
13. 14. 15.	*Actio de peculio quomodò exerceatur?*

I. OMnino autem id egerunt Romani legumlatores, vt qui contraxit cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, etiamſi deficiant ſuperiores Actiones, Exercitoria, Inſtitoria, Tributoriaue, nihilominùs tamen, in quantum ex bono & æquo res patitur, ſuum conſequatur [a].

II. Siue enim iuſſu eius, cuius in poteſtate ſit, negocium geſtum fuerit, in ſolidum eo nomine iudicium pollicetur Legiſlator, ſiue non iuſſu, ſed tamen in rem eius verſum fuerit, eatenus introducit actionem, quatenus in rem eius verſum fuerit, ſiue neutrum eorum ſit, De peculio actionem conſtituit [b].

III. Poteſtatis verbum, etiam in actione de peculio, communiter accipiendum eſt, tam in filio, quàm in ſeruo, nec magis dominium ſpectandum, quam facultas habendi eos: non enim ſolùm ſeruorum propriorum nomine conueniemur, item communium, verùm eorum quoq;, qui bona fide nobis ſeruiunt, ſiue liberi ſint, ſiue alieni ſerui [c]: imò etiamſi vſumfru-

a. l. 1. ſ. Quod cum eo qui in alie. pot. eſt. nego. geſt. eſſe dicetur. l. 1. in prin. h. tit.

b. d. l. 1. ſ. Quod cum eo qui in alie. pot.

c. d. l. 1. § fin. h. tit.

ctum tantùm vel vſum in ijs habeamus, quatenus tamen per eos acquirimus, & obligamur[d].

IIII. Parui refert etiam, ſeruus quis maſculi an mulieris fuerit: nam de peculio & mulier conuenietur, & impuberes quoq; domini de peculio obligantur[e]: imò de eo etiam, de peculio actio competit, quod cũ ſeruo hæreditario contractũ eſt, ante hæreditatem aditam[f].

V. Peculium eſt, non id cuius ſeruus ſeorſim à Domino rationem habuerit, ſed quod Dominus ipſe ſeparauerit, ſumma ſingulari ſerui rationem, à ſuis rationibus diſcernens: nam cùm ſerui peculium totum adimere, vel augere, vel minuere Dominus poſſit, animaduertendum eſt, non quid ſeruus, ſed quid Dominus, conſtituendi ſeruilis peculij gratia, fecerit[g].

VI. Si ære alieno dominico exhauriatur peculium ſerui, res tamen in cauſa peculiari manent: nam & ſi aut ſeruo donaſſet debitum Dominus, aut nomine ſerui, alius Domino intuliſſet, peculium ſuppletur, nec eſt noua conceſſione Domini opus[h]. & ſcire vtiq; non res ſingulas peculiares, Dominus debet, ſed παχυμερέστερον[i].

VII. In peculio autem res eſſe poſſunt omnes, & mobiles, & ſoli: vicarios quoque ſeruos, ſeruus poteſt in peculio habere, & vicariorum peculia: hoc ampliùs & nomina Debitorum: ſed & id quod Dominus ſibi debet, in peculio habebit, ſi fortè in Domini rationem impendit, & Dominus ei Debitor manere voluit,

d. *l. 2. h. tit.*

e. *l. 3. § parui autem. h. tit.*

f. *d. l. 3. in prin. h. tit.*

g. *l. 4 peculium eſt. in prin. & § 1. l. 5. depoſiti. § fin. cũ l. ſeq. & l. 46. qui peculij. h. ti.*

h. *d. l. 4. peculium eſt § ſi ære alieno.*

i. *l. 7. quam Tuberonis. § ſcire autem. h. tit.*

luit, aut ſi debitorem eius Dominus conuenit [k]. .

k. d l. 7. quam Tuberonis. § fin. h. tit.

VIII. Conſiſtit etiam peculium ex eo, quod parſimonia ſua quis parauit, vel officio meruerit à quolibet ſibi donari, idq́; velut proprium patrimonium, ſeruum habere quis voluerit [l]: & in ſumma peculium naſcitur, moritur, creſcit, decreſcit, acquiſito aliquo, vel alienato aut perdito [m]: attamen quoties Dominus aliquid in peculium concedit, naturalem dationem ea res deſiderat [n].

l. l. 39. peculium. & ex eo. h. tit.

m. l 40. peculium naſcitur. in prin. & § fin. h. tit.

n. l. 8. non ſtatim. h. tit.

IX. Peculij etiam id veſtimentum eſſe incipit, quod ita dederit Dominus, vt eo veſtitu ſeruum perpetuò vti vellet, eoq́; nomine ei traderet, vt quis alius eo vteretur, idq́; ab eo eius vſus gratia cuſtodiretur: ſed quod veſtimentum ſeruo Dominus ita dedit vtendum, vt non ſemper, ſed ad certum vſum, certis temporibus eo vteretur, veluti cùm ſequeretur eum, ſiue cænanti miniſtrabit, id veſtimentum non eſt peculij [o].

o. l. 25. id veſtimentum. h. ti.

X. Peculium autem deducto eo, quod Domino debetur, computandum eſt: quia præueniſſe Dominus, & cum ſeruo ſuo egiſſe creditur, vt ipſi ante omnia ſoluatur: imò deducendum etiam hoc eſt, ſi quid his perſonis debetur, quæ ſunt in poteſtate Domini: præterea id etiam deducetur, quod his perſonis debetur, quę ſunt in tutela vel cura Domini, vel Patris, vel quorum negocia adminiſtrant, dummodò dolo careant [p].

p. l. 9. ſed ſi damnum § peculium autem. cum § ſeq. l. 11. ſi noxali. § fin. cum 5. ll. ſeqq. l. 49. non ſolùm. in prin. & 2. § ſeqq. h. tit.

XI. Siue autem ex contractu quid Domino

mino debeat, ſiue ex rationum reliquis, deducit Dominus: ſed etſi ex delicto ei debeat, vtputa ob furtum quod fecit, æquè deducetur, attamen ipſa tantùm furti æſtimatio, id eſt, id ſolùm, quod Domino abeſt, deduci debet [q]: item deducetur de peculio, ſi quid Dominus ſerui nomine obligatus eſt, aut præſtitit obligatus [r].

q. d l. ſed ſi damnum. § ſiue autem. l. 27. et ancillarum. §. conſiat. h. tit.

r. d. l. ſed ſi damnum. §. item deducetur. cum § fin. & 2. reſponſis ſeqq. h. tit.

XII. Quod tamen Dominus ſemel deduxit, cùm de peculio conueniretur, ſiquidem abſtulit, non debet ampliùs deducere, ſi verò eandem poſitionem peculij reliquit, deducere debebit [ſ]: ſed & deductio locum non habet, ſi aliunde Dominus, id quod ſibi à ſeruo debetur, conſequi poteſt [t], vel ſi dolo malo fecit, quò minus in peculio eſſet [u].

s. d l. 11. ſi noxali. §. eſt autem. cum § ſeq. h. tit.

t. d. l ſi noxali. §. quod autem deduci.

u. l. 21. ſumma. in prin. & aliquot reſponſis ſeqq. l. 26. ſi ſemel. h. tit.

XIII. Datur autem in Dominum de peculio actio, etiamſi prohibuerit dominus contrahi cum ſeruo [x]: neq; tantùm filiorumfamiliâs vel ſeruorum nomine, Pater vel Dominus tenentur [y], ſed etiam filiarumfamiliâs & ancillarum nomine, puta ſi qua ſarcinatrix aut textrix erit, aut aliud artificium vulgare exerceat, vel ſi apud haſce perſonas deponatur quippiam [z].

x. l. 29. ſi quis ſeruum. §. fin. h. tit.

y. tex. elegans. in prin. tit. l. quod cum eo qui in aliena pot. eſt.

z. l 27. & ancillarum. in prin. h. tit.

XIIII. Tenebit etiam de peculio actio, etiamſi nihil, cùm ea intenditur, ſit in peculio, ſi modò ſit rei iudicatæ tempore [a]: Sed ſi cum eo de peculio agatur, qui ex parte hæres eſt Domini vel Patris, de eo duntaxat condemnandus erit, quod apud eum hæredem ſit [b].

a. l. 30. quæſitum. in prin. h. tit.

b. d. l. quæſitum. §. ſi cum.

Si ſe-

XV. Si ſemel actum ſit de peculio, quamuis minus inueniatur rei iudicatæ tempore, in peculio, quàm debetur, tamen cautionibus locum eſſe non placuit, de futuro incremento peculij: hoc enim in Pro ſocio actione locum habet, quia ſocius vniuerſum debet [c].

c. *l.47.quoties.§.ſi ſemel. h.tit.*

Diſputat. II. Reſpond. Iacobus Ritter, Bokelwitzenſis.

Quando de peculio actio annalis eſt: Tit. 2.

1. 2. *Actio de peculio annalis eſt, cùm filius vel ſeruus deſiit in poteſtate eſſe.*
3. 4. *Annus quomodò computetur, et quando minori tempore huic actioni præſcribatur?*
5. *Peculij æſtimatio etiam poſt mortem filij vel ſerui initur.*

I. EST autem de peculio actio perpetua quidem, quàm diu filius vel ſeruus in poteſtate eſt, ſed poſt mortem Patris vel Domini, vel poſtquàm filius emancipatus, alióue modo patria poteſtate liberatus, aut ſeruus manumiſſus alienatuſúe fuerit, temporaria eſſe incipit, id eſt, annalis [a].

II. In alienatione venditionem & cæteras transferendi dominij cauſas comprehendimus [b]: imò vſufructu quoq; extincto, intrà annum tantùm, aduerſus Vſufructuarium, actio de peculio competit [c].

III. Annus autem vtilis computabitur, & ideò ſi conditionalis ſit obligatio, non ex eo computandus erit annus, quo obligatus eſt, ſed ex quo peti potuit, conditione exiſtente [d]: ſed ſi errore deceptus, quaſi annus præterie-

a. *l.1 in prin.et §.1. eum § alienatio.h.tit.l.27.& ancillarum.§.ſi ſeruus. ff. de peculio.l.7.ei qui ſeruo. in pr. C.quod cum eo, qui in alie.poteſta.eſt nego.geſt.eſſe dicitur.*
b. *d.l.1.§. in alienatione. cũ ſeq.h.tit.*
c. *d.l.1.§. vſufructu.*
d. *d.l.1.§. annus autem.*

rat, exceptione repulſus ſis, comperto errore, rurſus agere tibi permittetur [e].

e. d. l. 1. §. fin.

IIII. Non alia tamen, poſt mortem filij, annua eſt aduerſus patrem actio, quàm quę viuo filio perpetua futura fuiſſet: ideoq; ſi ex cauſa redhibitoria erat de peculio actio, ſex menſium erit poſt mortem filij: & rurſus ſi ſeruus vel filius, cui creditum eſt, apud hoſtes ſit, de peculio actio anno non finitur, quàm diu captiuus poſtliminio reuerti poteſt [f].

f. l. 2. h. tit.

V. Definitione autem peculij etiam poſt mortem filij ſerui vtendum eſt, cùm actio de peculio intrà annum datur: nam & tunc & acceſſio & deceſſio quaſi peculij recipienda erit, quamquàm morte filij vel ſerui iam deſijt eſſe peculium, vt poſſit ei accedere vt peculio, fructibus vel pecorum fœtu, ancillarumq; partubus, & decedere, veluti ſi mortuum ſit animal, vel alio quolibet modo perierit [g].

g. l. vlt. h. tit.

De in rem verſo: Tit. 3.

1. *Actio de in rem verſo quo caſu competat?*
2. 3. 4. 5. *Verſum quomodò intelligatur, & quid ſi priùs in peculium verſum ſit, vel in peculio tantum ſit.*
6. 7. *Neceſſariò verſum quomodò intelligatur?*
8. 9. 10. *Si non neceſſariò verſum ſit?*
11. 12. *An partis non verſæ, vel vſurarum nomine, vel poſt ſolutionem quis teneatur?*

I. SI hi qui in poteſtate aliena ſunt, nihil in peculio habent, vel habeant, non in ſolidum tamen, tenentur qui eos habent in pote-

poteſtate, ſi in rem eorum, quod acceptum eſt, conuerſum ſit, quaſi cum ipſis potiùs contractum videatur: atq; hæc actio De in rem verſo multis caſibus vtilior eſt quam illa de Peculio [a].

II. In rem autem verſum videtur, ſiue id ipſum, quod ſeruus accepit, in rem Domini conuertit, veluti ſi triticum acceperit, & idipſum in familiam Domini, cibariorum nomine conſumpſerit, ſiue verò priùs in peculium vertit, mox in rem Domini, vt negocium Domini gereret ſiue adminiſtraret, puta ſi mutuatus ſit pecuniam, vt frumentum compararet ad familiam alendam, vel veſtiendam [b].

III. Placuit autem toties pecuniam in rem Domini verſam videri, quæ prius fuit in peculio, quoties ſeruus rem Domini gerens, locupletiorem eum facit nummis peculiaribus: alioqui ſi ſeruo peculium Dominus adimat, vel ſi vendat eum cum peculio, vel rem eius peculiarem, & precium exigat, non videtur in rem verſum [c].

IIII. Sed nec eo ipſo, quòd ſeruus in peculio rem habeat, locupletior Dominus exiſtimatur, aut in rem eius verſum intelligitur [d]: & ſi donauerit ſeruus Domino rem peculiarẽ, actio de in rem verſo ceſſabit [e]: Planè ſi mutuũ ſeruus acceperit, & donandi animo ſoluit, dum non vult eum debitorem facere peculiarem, de in rem verſo actio eſt [f].

a. *l. 1. h. tit.*

b. *l. 3. § 1. cum 2. ſeqq.*

c. *l. 5 ſi res domino. § fin. h. tit.*

d. *l. 6 nam ſi hoc. h. tit.*

e. *l. 7. & ideò. in prin. h. tit.*

f. *d. l. & ideò. § 1.*

V. Pecunia etiam, quam ſeruus in hoc mutuatus fuerit, vt creditori ſuo ſolueret, non intelligitur in rem Domini verſa, quamuis actione de peculio, liberatus ſit Dominus [g].

g. l. 11. quod ſeruus. h. tit.

VI. In rem itaq; Patris vel Domini verſum exiſtimatur, quod neceſſariò vel vtiliter, & quaſi ex voluntate eorum, in negocijs eorum geſtum, vel rebus eorum impenſum eſt: *puta* ſi ſeruus odores & vnguenta emerit, & ad funus erogauerit, quod ad Dominum ſuum pertinebat [h].

h. d. l. et ideò. §. illud planè.

VII. Item ſi filiusfamiliâs pecuniam mutuatus, pro filia ſua vel nepte, aut ſorore, in dotem dederit, in rem verſum patris videtur, quatenus auus daturus fuit, dummodò ſic dedit, vt patris negocium gerens [i]: idem eſt, ſi vxori ſuæ filiæfamiliâs, quæ ipſa ſe, aut quam pater alere debebat, credidit maritus, ſitq; ad ea id creditum erogatum, ſinè quibus aut ſe tueri, aut ſeruos paternos exhibere non poſſet [k].

i. d. l. & ideò. §. fin. cum 2. ll. ſeqq. h. tit.

k. l. pen. in prin. & l. fin. h. tit.

VIII. Si res Domino non neceſſarias ſeruus emerit, quaſi neceſſarias, hactenus videbuntur in rem eius verſæ, quatenus rerum earum precium facit [l]: Si mutuam pecuniam ſic accepit, quaſi in rem Domini verteret, nec vertit, & decepit Creditorem, non videtur verſum, nec tenetur Dominus, ne credulitas Creditoris Domino obſit, vel calliditas ſerui noceat: Creditor igitur curioſus eſſe debet, quò vertatur [m].

l. d. l. 5. ſi res domino. §. fin. h. tit.

m. d. l. 3. §. ſed ſi ſic accepit. h. tit.

Si

IX. Si ſeruus mutua pecunia accepta domum dominicam exornauit tectorijs, & quibusdā alijs, quæ magìs ad voluptatē pertinent, quàm ad vtilitatem, non videtur verſum, niſi fortè mandatum Domini, aut voluntatem habuit: non enim debet ex eo onerari Dominus, quod ipſe facturus non eſſet, attamen pati debet Dominus, Creditorem hæc auferre, ſinè domus ſuæ videlicet iniuria [n].

n. d.l 3.§.ſed ſi mutua.cum 2.ſeqq.

X. Et regulariter dicimus, toties de in rem verſo eſſe actionem, quoties Procurator mandati, vel qui negocia geſſit, negociorum geſtorum haberet actionem, quotieſq; aliquid conſumpſit ſeruus, vt meliorem rem Dominus haberet, aut non deteriorem [o].

o. d.l.3.§. & regulariter. cum ſeqq.

XI. In rem autem verſum videtur, prout aliquid verſum eſt: proinde ſi pars verſa eſt, de parte erit actio: non promiſſę tamen vſuræ, non debebuntur: ſed ſi contemplatione Domini pecuniam dedi, non gerenti ſeruo negocia Domini, ſed ipſe gerens, negociorum geſtorum actione, potero etiam de vſuris experiri [p].

p. l.10.ſi pro parte. §. in rem autem.h.tit.

XII. Verſum etiam accipimus, vt duret verſum: & ita demùm de in rem verſo competit actio, ſi non ſit à Domino ſeruo ſolutū, vel filio: ſi tamen in necem Creditoris, perdituro ſeruo, vel filio ſolutum ſit, deſinit quidem verſum, æquiſſimum autem eſt, de dolo malo aduerſus Patrem vel Dominum competere actionem [q].

q. d. l. ſi pro parte. §. verſum autem.

Quod iuſſu: Tit. 4.

1. 2. 3. *Quod iuſſu actione tenentur Pater & Dominus, & quomodò iuſſum accipiamus?*

4. 5. 6. 7. 8. 9. *Quando eximatur quis ab hac actione?*

10. 11. *Quatenus liceat filio vel ſeruo alienare res peculiares?*

I. MErito autem ex iuſſu Domini vel Patris, in ſolidum aduerſus eum iudicium datur, quia quodammodò cum eo contrahitur, qui iubet [a], cùm fidem eius ſequatur, qui ita contrahit [b].

II. Iuſſum autem accipiendum eſt, ſiue teſtatò quis, ſiue per epiſtolam, ſiue verbis, aut per nuncium, ſiue ſpecialiter in vno contractu iuſſerit, ſiue generaliter: & ideò is etiam, qui ſic conteſtatus eſt, quod voles, cum ſeruo meo vel filio negocium gere periculo meo, videtur ad omnia iuſſiſſe, niſi certa lex aliquid prohibet [c].

III. Sed etſi mandauerit Pater, Dominuſúe, videtur iuſſiſſe [d]: & ſi ſubſcripſerit chirographo tenetur Quod iuſſu [e]: item ſi ratum habuerit [f]: idemq; eſt, ſi Tutor iuſſerit [g], vel Curator [h], vel ſi Pupillus Tutore authore iuſſerit [i], ſi verus Procurator iuſſerit [k], ſi fructuarius vel is, cui bona fide quis ſeruit, iuſſerit [l].

IIII. Si vnus ex ſerui Dominis, iuſſit contrahi cum eo, is ſolus tenebitur: ſed ſi duo iuſſerint, cum quouis in ſolidum agi poteſt, quia ſimiles ſunt duobus mandantibus [m].

V. Quòd ſi igitur mandator pro filio tuo exti-

a. l. 1. in prin. & l. 2. § 1. h. tit.
b. § ſi igitur. I. Quod cum eo, qui in alie. pot. eſt. nego. geſt. eſſe dicitur.
c. d. l. 1. §. iuſſum autem.
d. d. l. 1. §. ſed etſi mandauerit & ſa. l. 8. ſi mandator. C. quod cum eo, qui in alie. pot. eſt.
e. d. l. 1. §. ſed etſi ſerui.
f. d. l. 1. § ſi ratum.
g. l. 2. in prin. h. tit.
h. d. l. 1. §. fin.
i. d. l. 1. §. ſi pupillus.
k. d. l. 1. § fin. et l pen h. ti.
l. d. l. 1. §. ſi iuſſu.
m. l. vlt. §. vlt. h tit.

extitiſti, vel iuſſu tuo, cum eo, quem in poteſtate tunc habuiſti, contractum eſt, intelligis & ſorti, & vſuris te parere oportere, ſi te his omnibus obligaſti, vt res, quæ pignoris iure detinentur, liberari poſſint [n].

[n] *l. 8. ſi mandator. in prin. C. Quod cum eo, qui in alien. poteſt. eſt.*

VI. Hactenus tamen tenebitur quis ſolummodò, quatenus iuſſit [o]: ideoq; qui iuſſit filio ſuo vel ſeruo, ſemiſſibus vſuris pecuniam mutuam credi, etiam ſi grauioribus vſuris credita pecunia ſit, ad ſemiſſes tantùm tenetur: ſed nec pignoris obligatio locum habebit in his prædijs, quæ ſeruus non ex voluntate Domini obligauit [p].

[o] *d. l. ſi mandator. in prin.*

[p] *l. 3. h. tit.*

VII. Sed & reuocare iuſſum quis poteſt, quemadmodùm ſi mandaſſet, & poſteà contraria voluntate ante contractum reuocaſſet, & mandatarium certioràſſet [q]: & rurſus ſi fideiuſſerit Dominus pro ſeruo, non tenebitur quod iuſſu, quia quaſi extraneus interceſſerit [r]: idem eſt, ſi cum alieno ſeruo meo iuſſu contractum ſit, licèt eum poſtea redemero [s].

[q] *d. l. 1. §. ſed ego quæro. h.*

[r] *d. l. 1. §. quid ergo. & d. l. ſi mandator. §. fin.*

[s] *d. l. 2. § fin. h. tit.*

VIII. Si Dominus vel Pater pecuniam mutuam accepturus, iuſſerit ſeruo vel filio numerari, quia cum ſeruo vel filio contractum non eſt, ſed cum ipſo patre vel Domino, nulla quæſtio eſt, quin ipſi Patri vel Domino condici poſſit, imò hoc caſu de iuſſu actio nõ cõpetit [t].

[t] *l. vlt. in prin. h. tit.*

IX. His òmnibus conſequens eſt, ſi ſeruus Domino, vel filius Patri emit, ſiquidem ex voluntate eius emit, poſſe agi Quod iuſſu [u]: ſi verò non ex voluntate, ſiquidem ratihabitio ſit ſecuta etiam Quod iuſſu [x]: vel ſi aloqui rẽ neceſſa-

[u] *l. ſi res domino §. quod ſeruus. ſ. de in rem verſo.*

[x] *d. l. 1. §. ſi ratum. h. tit.*

ceſſariã vel vtilem emit, De in rem verſo actionem eſſe [y], ſi naui vel negociationi filius vel ſeruus præpoſitus ſit, Exercitoriam vel Inſtitoriam actionem competere [z]: ſi verò nihil horum eſt, de peculio eſt actio[a]: quæ tamen in prioribus etiam caſibus competit, ſed deliberandum eſt, qua actione magìs expediat experiri [b].

X. Sanè qui liberam habet peculij adminiſtrationem, vendere rem peculiarem poteſt, alioſq; celebrare oneroſos contractus [c]: attamen donandi, aut debitorem peculiarem, per acceptilationem vel pactum de non petendo, liberandi poteſtatem non habet [d].

XI. Sed ſi filius vel ſeruus, non habens liberam peculij adminiſtrationem, rem peculiarem, ignorante Patre vel Domino diſtraxerit, neq; dominium, quod non habet, transferre poteſt, neq; emptor conditionem eius ſciens, iuſtum poſſeſſionis initium accipit: & ideò longi temporis quoq; præſcriptio, emptori non prodeſt, ſed qui rem mobilem ita emit, etiam furti tenebitur [e].

y. d.l.ſi res domino.§.quod ſeruus.& l.7.et ideò.§. illud planè.& §.fin. cum l.ſeq. ſ̃. De in rem verſo.
z. l.1.& tot.tit.ſ̃.de exercito.act.et l.1.ac toto tit.ſ̃. de inſtito.act.& C.de inſtito. et exercito.act.§. eadem ratione.I. Quod cum eo, qui in alie.pot.eſt.nego.geſt.eſſe dici.
a. d.l ſi res domino.§.quod ſeruus.
b. §.præterea.cum 3.ſeqq. I.d.tit.quod cum eo, qui in alie pot.eſt.
c. l.10.ſi liberam.in prin.C. quod cum eo, qui in alie. pot. eſt.& ſa.l 46. qui peculij. & l.48.libera.ſ̃.de pecul.
d. l.28 contra iuris. § fin. vbi notãt.gl.et Dd.ſ̃.de pact.
e. d.l ſi liberam.§.1.

LIBER DECIMVS SEXTVS.

Diſputat. I. Reſpond. Paulus Tœkius, Kilonienſis, Holſatus.

Ad Senatuſconſultum Velleianum: Tit. 1.

1. 2. *Velleiano S Cto. mulieribus ſubuentum eſt pro alijs intercedentibus: & quomodò eis ſubuentum ſit.*

3. 4. 5. *In quibus obligationibus mulieri ſubueniatur?*

Quan-

6.7.8 9.10.11.12. *Quando & contra quos huius S Cti. remedium competat?*
13.14.15.16. *Quibus caſibus ceſſet exceptio S Cti. huius?*

I. VElleiano Senatuſconſulto pleniſſimè comprehenſum eſt, ne pro vllo fœminæ intercederent: nam ſicut moribus ciuilia officia adempta ſunt fœminis, & pleraq; , quæ in ciuilibus ſeu publicis officijs fœminæ geſſerint, ipſo iure non valent, ita multò magis adimendum eis eſſe viſum fuit id officium, in quo non ſola opera, nudumq; miniſterium earum verſaretur, ſed etiam periculum rei familiaris [a].

II. Ita autem ex Senatuſconſulto Velleiano mulieri ſuccurritur, vt in veterem debitorem, aut in eum, qui pro ſe conſtituit mulierem Ream, vetus Actio detur [b], quæ, quia quaſi extincta reſtituitur, Reſtitutoria [c], alibi etiam vtilis actio vocatur [d]: detur autem mulieri, ſi ea conueniatur, exceptio huius Senatuſconſulti [e].

III. Porrò omnis omnino obligatio Senatuſconſulto hoc Velleiano comprehenſa cenſetur, ſiue verbis, ſiue re, ſiue quocunq; alio contractu interceſſerit: adeo vt neq; maritum, neq; filium, neq; patrem permittatur mulieri defendere [f]: pignoris quoq; datio pro interceſſione habetur, locumq; facit Senatuſconſulto [g]: neq; diſtinguitur an pro veteri, an pro noua obligatione mulier interceſſerit [h].

IIII. Locum etiam habet Velleianum hoc Senatuſconſultum, ſiue eam obligationem,

K quæ

a. l.1.in prin. & l.2.in prin. h.tit.

b. l.1.in fine.l. 8. quamuis. §. quoties. h tit.

c. d.l 8.quamuis.§. quoties.cum §.ſeq et §.quanquam. cum 2 §§ ſeqq.l.9. ſed ſi pro alieno.l 13.aliquando. §. fin. cum l. ſeq. l 20 ſi pro vno. l. 23. debitrix § 1. & §. fin.l. vlt.§.vlt.h.tit l.16 ſi mulier. C.eo.

d. d.l.quamuis.§.quoties.

e. l.6. ſi fideiuſſores. cum l. ſeq.& d.l.8 quamuis.§.ſi mulier apud primum.cum §.ſeq. & paſſim toto hoc tit.

f. d.l.2.§.fin.h.tit.l 3.C.eo.

g. d.l.8. quamuis. in prin. h.tit.

h. l.18.fœminis.C.h.tit.

quæ in alterius perſona conſtitit, mulier in ſe tranſtulit, vel participauit, ſiue cùm alius pecuniam acciperet, ipſa ſe ab initio pro alio reá conſtituit: idq; in iſtis etiam caſibus ita receptum eſt, cum res ſuas mulieres pro alijs pignori dant [i].

V. Sicut autem ſubuenitur mulieri ex Velleiano hoc Senatusconſulto, ſiue fideiuſſerit pro alio, ſiue ex promiſſione facta, alterius obligationẽ in ſeſe ſuſceperit, vel corream ſe pro alieno debito conſtituerit [k], ita quoque non tantùm ipſi mulieri, quæ contra Senatusconſultum interceſſit, ſubuenitur, ſed etiam fideiuſſoribus eius, etiamſi à muliere rogati non ſint, & actionem mandati aduerſus mulierem non habeant: quia totam obligationem Senatus hic improbat [l]:

VI. Statim autem, cùm mulier interceſſerit, & Senatusconſulti beneficium interuenerit, actio in priorem debitorem reddenda eſt: imò ſi ſub conditione, vel in diem, mulier pro alio interceſſerit, etiam pendente conditione volenti creditori, contra priorem debitorem, actio danda eſt Reſtitutoria, cum in eâ cauſa ſit prior ille debitor, vt omnimodo ipſe debeat ſuſcipere actionem [n].

VII. Redditur etiam in priorem debitorem, pro quo mulier interceſſit, priſtina actio, etiamſi ille prius acceptilatione liberatus ſit, quàm mulier interceſſerit [o]: quod ſi pro vno reo debendi interceſſerit mulier, aduerſus vtrumq; reſtituitur actio creditori [p]: ſed ſi apud alte-

rum

i. l. 4. Senatuſconſultum. in prin. l. 19. cùm ad eas. C. h. ti.

k. d. l. 2 in prin. & §. fin. h. tit. & l. 2. 3. & 4. C. eo.

l. l. 6 ſi fideiuſſores. et l. 16. ſi mulier contra. §. fin. l. 30. ſi decipiendi. §. fin. h. tit. l. 14. mulierem. & l. 15. ſi vxor. C. eo.

m. l. 24 debitrix. §. 1. h. tit.

n. d. l. 13 aliquando. §. fin. h. tit.

o. d. l. 8 quamuis. §. quoties. h. tit.

p. l. 20 ſi pro vno. h. tit.

vum tantùm correum credendi ſeu ſtipulandi, mulier intercellit, illi ſolummodò reſtituetur obligatio, apud quem interceſſit q.

VIII. Hæredibus quoq; mulieris aduerſus creditores eàdem exceptione, quæ ex Senatusconſulto hoc Velleiano introducta eſt, ſubuenitur r: ſicut e contra reſtitutoriæ etiam illæ actiones, & hæredibus, & in hæredes dantur, quia rei perſecutionem continent ſ.

IX. Neq; vero in interceſſionibus tantùm, hæc locum habent, verùm etiam, ſi poſt interceſſionem fortè, ſoluerit mulier, Senatusconſulti beneficio munitam ſe ignorans, repetitioni locus erit t: imo illi etiam mulieri, quæ contra Senatuſconſultum Velleianum obligata, debitorem ſuum delegauit, condictio dabitur, vt, quemadmodum ſolutam ex interceſſione pecuniam reddere, ita delegatum debitorem rurſus delegare, cogatur Creditor u.

X. Quod ſi mulier, rem à ſe per interceſſionem pignori datam, repetat, fruct9 etiā liberos recipiet, & ſi res deterior facta fuerit, æſtimatio huius debebitur x: ſed etſi Creditor pignus, qđ p interceſſionē accepit, vēdiderit, petitio quoq; mulieri, aduerſ9 bonę fidei emptorē dāda erit y.

XI. Illud quoq;, ab Imperatore Iuſtiniano, ſpecialiter eſt conſtitutum, quod ſiue à me, ſiue ab alio pro me, fiat donatio propter nuptias vxori meæ, vel ſi res dotales habeat mulier, quod ex ea cauſa eſt immobile, ego non tantum id alienare nequeam, ſed nec mulieris quicquam ad hoc proficiat conſenſus, quò minus

q. *d.l.quamuis.§.quanquā.*

r. *l.20.hæredes C.eo. & d.l.quamuis.§.ſi mulieri hæres.*

ſ. *l.10 hæ actiones.h.tit.*

t. *l.9.quamuis.C.eo.*

u. *d l 8 quamuis. § interdum h.tit.*

x. *l 32 ſi mulier hæreditatem.§ 1.h tit.*

y. *d. l. ſi mulier hæreditatem. §. ſed ſi creditor. l. 7. ſi ſciens. C eo.*

mulieri detur in rem actio, ad ſponſalitiam illam largitatem, ſoluto matrimonio recuperandam [z].

XII. Item ſi qua mulier crediti inſtrumento conſentiat, proprio viro, aut ſubſcribat, & propriam ſubſtantiam aut ſe ipſam obligatam faciat, quod nullatenus hoc valere debeat, ſiue ſemel, ſiue multoties hoc pro eadem cauſa fiat, ſiue priuatum ſiue publicum ſit debitum: ſed ita haberi debere, quaſi neq; factum eſſet quicquam, neq; ſcriptum, niſi manifeſtè probetur, quòd pecuniæ in propriam ipſius mulieris ſubſtantiam expenſæ ſint [a].

XIII. Fit enim ſæpe, vt beneficio Senatuſconſulti Velleiani locus non ſit, inter quos caſus iſte in primis reperitur, ſi mulier ſuum negocium proprium gerat [b]: deinde verò illi caſus annumerantur, ſi nouam obligationem mulier contrahat [c]: ſi intercesſura, ſtatim debitorem ſuum delegauit [d]: vel ſtatim ſoluit [e]: ſi pecuniam mulieri dederim, vt eam Creditori meo ſoluat, vel expromittat [f].

XIIII. Idem eſt, ſi in rei communis cauſa, ſeſe obliget mulier, neceſſitate id poſtulante [g]: ſi liberaliter quid fecit, veluti ne iudicatus pater eius, propter ſolutionem vexetur [h]: ſi calliditate ſua creditorem decipere voluit, pura hæredem ſe mentita, cùm ſciret ſe hæredem non eſſe [i]: deceptis enim non decipientibus, neq; callidè verſantibus, hoc Senatuſconſulto ſubuenitur [k]: decipere autem, tum quoq; videbitur, ſi cùm ſciit ſe non teneri, interceſſerit [l].

z. Auth. ſiue à me. C. hoc tit. § ſi quis igitur. N 61. vt immobilia antenupt. donatio.

a. Auth. ſi qua mulier C. eo. § et illud verò. N. 134. vt nulli iudicum liceat habere loci ſeruatorem. vide And. Geyl. pract. obſeruat. lib. 2. obſ. 89. & obſ. 90.

b. l. 3. 4. & 5. l. 11. ſi mulier tanquàm. l. 13. aliquando. in prin. l. 21. ſi pro aliquo. in pr. l. 24. debitrix. in prin. l. 25. ſi domina. l. 27. bona fide. §. fin. cum l. ſeq. h. tit. l. 2. l. 10. ſi aduerſarius. C. eo.

c. d. l. 8. quamuis. §. 1. l. 17. vir vxori in prin. et §. 1. l. 10. tutor. in prin. & 2. §. ſeqq. h. tit. l. 6. ſi mater. C. eo.

d. d. l. quamuis. § planè ſi mulier. h. tit.

e. l. 1. l. 4. in fine. l. 9. quamuis in prin. C. h. tit.

f. l. 15. ſi mulieri ſoluere. & d. l. 16. ſi mulier contra in pr. cum l. 22. ſi mulieri dederim. l. 27. bona fide. in prin. h. tit. l. 23. antiquæ. in prin. C. eo.

g. d. l. [illegible] § pen. [illegible]

h. d. l. 21. ſi pro aliquo. §. fin. h. tit.

i. l. 2 [illegible] ſi mulier in [illegible] h. tit.

k. l. 2. § [illegible] ſi mulier tanquam & l. 2 [illegible] [illegible] in pr. h. tit. l. 1 [illegible] ſi cùm pater. C. eo.

l. l. [illegible] ſi decipiendi [illegible] prin. [illegible] C. eo.

Ceſſat

XV. Ceſſat etiam beneficium Senatuſconſulti Velleiani, ſi mulier filiam ſuam dotare volens, genero res ſuas obligauit [m]: vel ſi renunciatum ſit Senatuſconſulti beneficio: in quo tamen obſeruandum eſt, quòd generalis renunciatio trahatur ad ea tantùm, ſuper quæ interpoſita eſt [n].

XVI. Item ceſſat hoc Senatuſconſultum, ſi pro libertate interceſſerit mulier: & denique ex Iuſtiniani conſtitutione ipſo iure nulla habetur interceſſio, neq; aliter beneficio hoc Senatuſconſulti Velleiani opus eſt, quam ſi in inſtrumento publico, à tribus teſtibus conſignato, conſcripta ſit interceſſio [o].

m. *l. 12. ſi dotare & l. vlt. C. h. tit.*

n. *l. 20. iubemus. C. h. tit. & ſa tex. in l. pen. & l. vlt. § vlt. h. tit.*

o. *d. l. 23. antiquæ. § fin. C. h. tit.*

De Compenſationibus: Tit. 2.

1.	*Compenſatio quid, & quare introducta?*
2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.	*Quis vtatur compenſatione & in quibus cauſis?*
12. 13. 14. 15. 16.	*Vbi compenſatio locum non habeat?*
17. 18.	*Si ſub vſuris debeatur, vel certo loco, aut in diem?*
19.	*Compenſatio opponi debet, & quid ſi non ſit oppoſita?*

I. COmpenſatio eſt debiti et crediti inter ſe contributio [a]: ea neceſſaria eſt, cùm interſit noſtra, potius non ſoluere, quàm ſolutum repetere [b], & vt admittatur æquiſſimum eſt, quippe cùm is, qui ſibi ſatis fieri ab altero petit, alteri quoq; ſatisfacere debeat, & dolo malo faciat, qui petit, quod reſtituturus eſt [c].

II. Vtitur autem compenſatione, non tantùm principalis Reus conuentus, ſed etiam Fideiuſſor eius: adeo vt ipſo iure cõminuat [illegible]

a. *l. 1. h. tit.*

b. *l. 3. h. tit.*

c. *l. 44 ſi ſocer à genero. § fin. ſ. ſolut. mat. l. 8 de dolo facti. [illegible] de doli mali & met. except. [illegible] § fin. de reg. iur. [illegible] dolo facit. de reg. iur. in 6.*

deiuſſor debeat, ſi quid ex compenſatione Reus retinere poteſt, & ſicut totum à Reo malè petitur poſthabita compenſatione, ita & Fideiuſſor non tenetur ipſo iure in maiorem quantitatem, quàm Reus condemnari poteſt [d].

d. l. 4. verum eſt. h. tit.

III. Quinimò ſi quid à Fideiuſſore petatur, æquiſſimum eſt, eligere etiam Fideiuſſorem, quod ipſi, an quod Reo debetur, compenſare malit: ſed etſi vtrumq; velit compenſare, audiendus eſt [e].

e. l. 5. ſi quid. h. tit.

IIII. Vnuſquiſq; etiam Creditorē eundemq; Debitorem ſuum, cuiuſcunq; contractus rectè ſummouet, ſi compenſare paratus eſt [f]: adeò vt id etiam, quod natura debetur, in compenſationem veniat [g].

f. l. 2. h. tit. l. 4. ſi conſtat. cum 4. ſeqq. l. 10. quoniam. cum l. ſeq. C. eo.

g. l. 6. etiam. h. tit.

V. Si cum filiofamilias, aut ſeruo, contracta ſit ſocietas, & agat Dominus vel Pater, ſolidum per compenſationem ſeruabimus: quamuis ſi ageremus duntaxat de peculio præſtaretur [h]: ſi cum filiofamilias agatur, etiam quæ patri debentur, in compenſationem admittentur, ſi caueat patrem ſuum ratum habiturum, & non exacturum, quod is compenſauerit [i].

h. l. 9. ſi cum fili. fa. in prin. h. tit.

i. d. l. ſi cum filiofa. § fin.

VI. Si ambo ſocij parem negligentiam ſocietati adhibuimus, dicendum eſt, deſinere nos inuicem eſſe obligatos, ipſo iure compenſatione negligentiæ facta [k]: ſimiliq; modo probatur, ſi alter ex re communi aliquid percepit, alter tantam negligentiam adhibuit, quæ eadem quantitate æſtimetur, compenſationem factā videri, & ipſo iure inuicē liberationē competere [l].

k. l. 10. ſi ambo. in prin. h. t.

l. l. ſi ambo § 1 ſimili

VIII. Procurator quoq; abſentis compenſa-

tionis

ſtionis rationem habere poteſt, neq; debebit de rato cauere, quia non tam compenſatio ipſius facto, quam ipſo iure fieri, & ab initio minus ab eo peti dicitur m: ſed & in rem ſuam Procurator datus, poſt litis conteſtationem, ſi vice mutua conueniatur, æquitate compenſationis vtetur n.

m l.21.poſteaquam h.tit.

n. l.18.in rem ſuam in pr. h.tit.

IX. In ſtipulationibus quoq;, quæ inſtar actionum habent, id eſt prætorijs, vt damni infecti o, compenſatio locum habet, & tam in ipſa ſtipulatione, quàm in ex ſtipulatu actione, poterit obijci compenſatio p. imò verò compenſatio non ſolùm in priuatis debitis, ſed etiam in cauſa fiſci admitti debet *.

o l.13.qui bona. §.ſi quis quia.ſ.de dam.infecto.

p. d.l.10 ſi ambo.§ fin.h.t.

*. l 12. idem iuris. in princum l.19.debitor.& l.vlt.h.t.

X. Quoties ex maleficio oritur actio, vtputa ex cauſa furtiua, cæterorumq; maleficiorum, ſi de ea pecuniariè agitur, compenſatio locũ habet: idem eſt, etſi condicatur ex cauſa furtiua: q. ſed & quæ noxali iudicio conuenitur, compenſationem opponere poteſt: & ita vulgo dicitur, dolũ cum dolo, delictũ cũ delicto compenſari r.

q. d.l ſi ambo § quoties.

r. l.fin. §.ſi & ſtipulator. ſ.de eo per quem fact. erit, quo minus quis in iudicio ſiſtat.l.10.ſi duo ſ.de dolo ma. l.39.viro [illegible] ſoluto matrim. [illegible] §. 13 Marc[illegible] doli [illegible]

XI. Et quidem cùm antè in ſtrictis iuris iudicijs ex reſcripto Diui Marci, oppoſita doli mali exceptione, compenſatio inducebatur, Iuſtinianus Imperator ſanciuit, vt compenſationes liquidorum debitorum, & quæ aperto iure nituntur, ex omnibus actionibus ipſo iure fiant, & actiones ipſo iure minuant, ſiue in rem, ſiue in perſonam, ſiue alias quaſcunq; ſ.

ſ § [illegible] fide[illegible] l.vlt. [illegible] tit. de compenſat.

XII. Sed ſi debitum, quod in compenſationem obiectum eſt, maiorem & altiorem expoſcat indaginẽ, eius diſquiſitionem alteri iudicio relin-

relinqui voluit Iuſtinianus, litem autem priſtinam iam penè expeditam, ſententia terminali componi [t].

XIII. Sunt & aliæ quædam cauſæ, in quibus compenſatio locum non habet: & ſpecialiter quidem Iuſtinianus Imperator, depoſiti actioni quid opponi vetuit, ne ſub prætextu compenſationis, depoſitarum rerum quis actione defraudetur [u]: ſimiliterq́; poſſeſſionem alienam perperam occupantibus, compenſationem dari noluit [x].

XIIII. In cauſa fiſcali ita demum compenſationi locus eſt, ſi eadem ſtatio quid debet, quæ petit: & ita demum ſi Reipublicæ te debere fateris, compenſari ea, quæ inuicem tibi debentur, permittuntur, ſi neq; ex calendario, neq; ex vectigalibus, neq; ex frumenti vel olei publici pecunia, neq; tributorum, neq; alimentorum, neq; eius, qui ſtatutis ſumptibus ſeruit, neq; fideicommiſsi Ciuitatis debitor ſis [y].

XV. Item quæcunq; per exceptionem perimi poſſunt, in compenſationẽ non veniunt [z]: & eius quoq;, quod inter alios debitum eſt, compenſatio fieri non poteſt [a]: ſimiliterq́; quæ vni petitioni ſpecialiter deſtinata eſt compenſatio, in alijs locum non habet [b].

XVI. Sed & quantitatis ad quantitatem, vel ſpeciei ad ſpeciem, cùm idem genus vtrinque debetur, recte demum fit compenſatio: ſecus quando corpora indiuidua hinc inde debẽtur, vel ex altera tantum parte quantitas debetur

t. d.l.vlt.C.h.tit.

u. d.§.in bonæ fidei.& d.l.vlt. in fine.

x. d.l.vlt.in fine.

y. l.1.C.h.tit.& ſa.l.17 ideo condemnatus.& l.20. ob negocium.h.tit.l.7.ſi ex venditione.& l.pen.C.eo.

z. l.14.quæcunq.h.tit.

a. l.16.cùm militi. et d.l.18 in rem ſuam.§.fin.& l.pen.h.tit.l.[illegible].eius quod.C.eo

b. l.13.quod Labeo.h.tit.

betur, aut diſparis generis quantitates debentur, nec ad æſtimationem eſt peruentum [c]: atq; ita etiam in alternatiua obligatione compenſatio impeditur [d].

XVII. Cùm alter alteri pecuniam ſinè vſuris, alter vſurariam debet, concurrentis apud vtrumq; quantitatis vſuræ præſtandæ non ſunt [e], ſed compenſatio fiet ex eo tempore, ex quo ab vtraq; parte debetur, eiuſq; ſolius, quod amplius eſt apud alterum, vſuræ debentur, ſi modò petitio earum ſubſiſtit [f]: ſed etſi inuicem ſit vſuraria pecunia, diuerſæ tamen vſuræ, compenſatio nihilominùs locum habet, eius, quod inuicem debetur [g].

XVIII. Quod certo loco ſolui debet, in compenſationem deduci poteſt, ſed cum loci cauſa [h]: Quod in diem debetur, non compenſabitur antequam dies veniat: tum enim rectè compenſatur [i].

XIX. Quamuis autem ipſo iure fieri dicatur compenſatio, opponenda tamen eſt in iudicio [k]: & ſi iudex rationem eius non habuerit, ſalua manet petitio, niſi cauſa compenſationis reprobata ſit [l]: ſi compenſare potens, ſoluerit, condicere poterit, quaſi indebito ſoluto [m]: quòd ſi non obiecta compenſatione condemnatus quis ſit, etiam in executionis termino cùm iudicati conuenitur, compenſationem ſibi debitæ pecuniæ implorare poteſt [n].

c. Paul. lib. 2 recept. ſent. cap. 5. gl. & Dd. in l. 1. h. tit. & in l. fin. C. eo. itemq; in d. §. in bonæ fidei. I. de act. & D. VVeſenb. in paratit. hic. nu. 6.

d. l. 22 ſi debeas. h. tit.

e. l. 11. cum alter. h. tit.

f. l. 4. ſi conſtat. C. h. tit.

g. d. l. 12. idem iuris. §. fin. h. tit.

h. l. 15. pecuniam. h. tit.

i. l. 7. quod in diem. in pr. & l 16 cum militi. §. fin. h. tit.

k. § in bonæ fidei. & §. cōpenſationes. I. de act.

l. d. l. quod in diem. §. 1.

m d. l. 10. ſi ambo. § ſi quis igitur. h. tit.

n. l. 2. C. h. tit.

Diſputat. II. Reſpond. Theodoricus Meier, Humlingius.

Depoſiti vel contrà: Tit. 3.

1. 2. 3. 4. 5. 6.	*Depoſitum quid, & in quibus rebus, & per quas perſonas, contrahatur depoſiti obligatio?*
7. 8. 9. 10.	*Quomodò Depoſitum diſcernatur ab alijs contractibus?*
11. 12.	*Quid veniat in hanc actionem?*
13.14.15.16.17.18.19.	*Res depoſitæ quomodò ſinè dolo reſtitui, aut rectè peti poßint?*
20.21.22.23.24.	*Quando hæc actio intentari poßit, & quomodò hæredibus, vel aduerſus hæredes detur?*
25. 26. 27.	*Fructus, æſtimatio, damnum, vſuræ, quomodò hîc in conſiderationem veniant?*
28. 29.	*Quomodò Depoſitarius ad reſtitutionem coarctetur? & quid ſi tumultus, incendij, ruinæ, naufragij cauſa, res depoſitæ ſint?*
30.	*Si apud ſequeſtrum res depoſita ſit, & quis dicatur Sequeſter?*
31.	*Contraria depoſiti actio vbi competat?*

I. Depoſitum eſt, quod cuſtodiendum alicui datum eſt: dictum ex eo, quòd ponitur: præpoſitio enim D E, auget depoſitum, vt oſtendat, totum fidei eius commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet [a]: Is itaq;, apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, teneturq; Directa Depoſiti actione, quia & ipſe de re, quam accepit, reſtituenda tenetur [b].

II. Quæ depoſitis rebus accedunt, non ſunt depoſita, vt puta ſi homo veſtitus deponatur: veſtis enim non eſt depoſita: nec ſi equus cum capiſtro: nam ſolus equus depoſitus eſt [c]: quamuis alioqui non ſolùm ſi ipſe depoſuerim, ſed etiam ſi ſeruus meus, vel is qui bona fide mihi ſeruiebat, aut in quo vſum fructum habebam rem depoſuerit ad me pertinentem, danda mihi ſit depoſiti actio [d]. Item

a. *l.1. in prin. h. tit.*

b. *§ præterea & is. I. quibus mod. re contr. oblig. l. 1. § is quoq; apud quem. ſ. de obligat. & act.*

c. *d. l. 1. § quæ depoſitis h. t.*

d. *d. l. 1. § non ſolùm.*

III. Item ſi ſeruus hæreditarius depoſuerit, hæredi poſteà adeunti competit actio: nec intereſt hiſce caſibus, ſeruus viuat, ſiue deceſſerit: ipſe autem ſeruus manumiſſus, non poterit agere: ſed etſi fuerit alienatus, adhuc ei competit actio, cuius fuit ſeruus, cùm deponeret: initium enim contractus inſpiciendum eſt: Si duorum ſeruus ſit, qui depoſuit, vnicuiq; dominorum in partem, competit Depoſiti actio [e].

IIII. Filiusfa. qui depoſuit, Depoſiti rectè agit: quin & Filiumfamiliâs ipſum teneri Depoſiti conſtat, quia & cæteris actionibus tenetur: ſed & cum patre eius agi poteſt, duntaxat de peculio: atq; hîc generaliter proditum eſt, ſi eorum nomine, qui ſunt in poteſtate, agatur, quòd veniat in iudicium, & ſi quid per eum, in cuius iure ſunt, captus fraudatusuè eſt, vt & dolus eorum veniat, non tantùm ipſorum cum quibus contractum eſt [f]:

V. Si prædo vel fur depoſuerit, hi etiam rectè Depoſiti agent, quia intereſt eorum, eô quòd teneātur [g]: Planè qui rem ſuam deponi apud ſe patitur, vel vtendam rogat, nec Depoſiti, nec Commodati actione tenetur, ſicuti qui rem ſuam conducit, aut precariò rogat, nec precario tenetur, nec ex locato: contrà ſi cùm prædo rem depoſuit, Dominus eam petat, ex æquitate ei potiùs reſtituenda eſt: ſi Dominus deportatus, & bona eius publicata ſunt, fiſco potiùs reſtitui debet [h].

VI. In pupillum, apud quem ſinè tutoris autho-

e. d.l.1.§.Item ſi ſeruus et ſeq.

f. l.19.Iulianus & d.l.1.§. filiumfamilias.h.tit.

g. d.l.1.§ ſi prædo.

h. l.15.qui rem ſuam. & l.31.bona fide. in prin. & §§. ſeqq.h.tit.

thoritate depoſitum eſt, niſi in quantum eſt lo-
i. d.l.1. § an in pupillum. cupletior, & niſi doli mali capax dolo fecerit, Depoſiti actio non datur [i]: apud ſeruum quoquè ſi depoſitum ſit, cum manumiſſo non rectè agetur, quamuis de dolo & delicto in ſeruitute commiſſo, alijs actionibus teneatur: quòd ſi filius emancipatus, vel ſeruus manumiſſus rē
k. d.l.1. § ſi apud ſeruum. & l.21. ſi apud filiumfa. b. ti. depoſitam teneāt, depoſiti rectè conueniri poterunt [k].

VII. Sed & ita demum Depoſiti actio competit, ſi gratis cuſtodia rei ſuſcepta ſit: ſi quis enim cuſtodiæ cauſa de mercede pactus ſit, ex conducto actio erit: ſi pro opera ſerui, is qui eum accipiebat, mercedem pollicitus ſit, ex locato actio erit: quod ſi operæ ſerui cum cuſtodia penſabantur, quaſi genus locati & condu-
l. d.l.1. § ſi veſtimenta. & § ſi quis ſeruum. cti interuenit, ſed quia pecunia non datur, præſcriptis verbis datur actio [l].

VIII. Si te rogauero, vt rem meam perferas ad Titium, vt is eam ſeruet, tecum mandati, cum eo verò Depoſiti agam: ſi verò tuo nomine receperit, tu quidem mihi mandati teneris, ille tibi depoſiti, quam actionem mihi præ-
m. l.1. § ſi te rogauero. ſtabis mandati iudicio conuentus [m].

IX. Quòd ſi rem tibi dedi, vt ſi Titius non recepiſſet, tu cuſtodires, nec eam recepit, mandati erit actio, quaſi plenius ſit mandatum, habens & cuſtodiæ legem: ſimiliterq; mandati erit actio, ſi tibi mandauero, vt rem, ab aliquo
n. d.l.1. § quod ſi rem. cum § ſeq. meo nomine receptam, cuſtodias, idq; feceris: quia mandati eſt primus contractus [n].

X. Si apud te volentem me deponere, iuſſe-

ris

*s apud libertum tuum deponere, ſi tuo nomine & quaſi te cuſtodituro depoſuiſſem, depoſiti erit mihi tecum actio: ſed ſi ſuaſeris mihi, vt magis apud eum deponam, cum illo depoſiti agam, tecum mandati aut vlla alia actione non agam, niſi mandaſti mihi, vt periculo tuo apud eum deponam, aut fideiuſſeris pro eo [o].

XI. Venit autem in hanc actionem & dolus, & lata culpa [p], quæ dolo proxima eſt [q], cùm ſuſpicio arguit præſumptum dolum [r], quia fortè non ad ſuum modum curam in depoſito præſtitit [ſ], aut ſi ſuis rebus ſaluis amiſit res depoſitas [t]: magnam enim hanc neglıgentiam in doli crimen cadere placuit [u]: atq; ita aliquot locis etiam proditum eſt, in depoſito præſtari oportere dolum duntaxat [x], ſolum dolum [y]: & rurſus alibi dicitur, illum quoq; teneri, qui culpa non caret [z], vbi culpæ ſuſpicio eſt [a]: ex pacto ſanè & culpam omnem & periculum etiam caſus fortuiti ſuſtinebit Depoſitarius: ſicut & ex eo, quòd ſe depoſito obtulit, culpam & cuſtodiam præſtare cogitur [b].

XII. Non tantùm verò præteritus dolus in Depoſiti actionem venit, ſed etiam futurus, id eſt, qui poſt litẽ cõteſtatã committatur: ideoq; ſi poſt iudicium acceptũ rẽ recuperet depoſitarius, nihilominùs rectè ad reſtitutionem compelletur, nec debebit abſolui, niſi reſtituat, ſufficitq; ſi ante condemnationem reſtituendi facultatem habere incipiat [*].

XIII. Sinè dolo, ex bona fide, id quod ſeruus depoſuit, reddi ei poteſt, & liberatio con-

o. *d.l.1.§. idem Pomponius.cum §.ſeq.*
p. *l.1.C.h.tit.*
q. *l.7.ſi hominem. in prin. h.tit.*
r. *l.11.quod ſeruus. in prin. h.tit.*
ſ. *l.32.quod Nerua.h.tit.*
t. *c.vlt x̃.de depoſito.*
u. *d.l.1.§. is quoque apud quem ĵ.de oblig. & act. d.l. ſi hominem.in prin.d.l. quod ſeruus.in prin. & d. l. quod Nerua.cum d. c.vlt.*
x. *d.l.1.§ ſi veſtimenta.& §.fin h.tit. l. 23. contractus. in prin.ĵ.de reg. iu.*
y. *d.l.1 § ſi quis ſeruum.in fine.h. tit. l. 5. ſi vt certo. § nunc videndum.ſ̃.com.l.1.§. is queq; apud quem.ĵ. de oblig.& act.§. præterea & is. I.quib.mo. re contr. oblig.*
z. *l.3.planè ſi poſſit.h. tit.*
a. *d.l.quod ſeruus. in pri h tit.*
b. *d l.1.§ ſi conuenit et §. ſæpè euenit.l.1. C.eo.*
**.* *d.l.1.§.non tantùm.h.t.*

 tin-

tingit, ſi per ignorantiam manumiſſo vel alienato ſoluatur: ſi tamen ſciuerit manumiſſum vel alienatum, vel ſi exiſtimare vel ſuſpicari iuſta ratione potuit, quare Dominus ei reddi noluit, tenebitur: quia omni dolo carere debet Depoſitarius [c]

XIIII. Si rem à ſeruo depoſitam, Titio, quem Dominum eius putaſti, reſtitueris, depoſiti actione non teneberis, quia nullus dolus interceſſit: cum Titio autem Dominus ſerui ad exhibendum aget, & ſi exhibuerit, vendicabit: ſi verò cùm ſciret alienum Titius, conſumpſerit, in actione ad exhibendum condemnabitur, quia dolo fecit, quô minùs poſſideat. [d]

XV. Si pecuniam ſeruus apud me depoſuit, ita vt domino pro libertate eius illam darem, egoq; eo nomine, certioratione adhibita, dedero, depoſiti non tenebor, quia dolo careo: ſi verò quaſi meam pro libertate eius numerauero, tenebor: quia non tantùm ſinè dolo malo non reddidiſſe, ſed nec reddidiſſe intelligor, cùm ſit aliud reddere, aliud de ſuo dare. [e]

XVI. Si apud duos ſit depoſita res, aduerſus vnumquemq; eorum agi poterit, nec liberabitur alter electione alterius, ſed ſolutione liberantur: proinde ſi ambo dolo fecerunt, & alter quod intereſt præſtiterit, alter non conuenietur, exemplo duorum tutorum: quòd ſi alter vel nihil, vel minus facere poſſit, ad alium peruenietur: Item ſi alter dolo non fecerit, & ideò abſolutus ſit, ad alium peruenietur. [f]

XVII. Sed ſi duo depoſuerint, & ambo agant

c. *d.l. quod ſeruus. in prin.*

d. *d.l.1.§. ſi rem à ſeruo.*

e. *d.l.1.§. eleganter.*

f. *d.l.1 §. ſi apud duos.*

ſint, ſi quidem ſic depoſuerunt, vt vel vnus tollat totum, poterit in ſolidum agere: ſin verò prò parte, pro qua eorum intereſt, tunc dicendum eſt, in partem condemnationem faciendam g.

XVIII. Sicut autem aliâs præceptum eſt h, ita in hac quoq; actione, qui rem depoſitam petit, deſignare rem debet, & vtrùm totam vel partem & quotam petat, puta ſi ſcyphum, vel lancem, vel pateram petat, materiam vel auri, vel argenti, vel æris addere debet, & pondus: ſicq; pondus etiam addere debet, qui purpuram vel lanam petit: ſi ciſta ſignata depoſita ſit, & res oſtenſæ, res quoq; exprimi in petitione debent i.

XIX. Si quis tabulas teſtamenti apud ſe depoſitas, pluribus præſentibus legit, non ſolùm depoſiti, ſed etiam iniuriarum conueniri poterit, ſi hoc animo recitatum teſtamentum eſt, quibuſdam præſentibus, vt iudicia ſecreta, eius qui teſtatus eſt, diuulgarentur k.

XX. Poteſt autem qui rem depoſuit, vel ſtatim depoſiti actione agere l, & quoniam rei perſecutoriæ ſunt hæ actiones m, etiam hæredibus & bonorum poſſeſſoribus, cæteriſq; ſucceſſoribus, eiſq; quibus ex Trebelliano Senatusconſulto reſtituta eſt hæreditas, competunt, & aduerſus hos n: adeo vt in hæredes detur etiam hæc actio de dolo defuncti etiamſi nihil ad eum peruenit, & quidèm aduerſus vnum hæredem in ſolidum, aduerſus plures, pro ea parte, pro qua quiſq; hæres eſt o.

g. *d.l.1.§.ſed ſi duo.*

h. *l.6.ſi in rem.ſ.de rei vend.*

i. *d.l.1.§.ſi quis argentum. cum §.ſeq.b.tit.*

k. *d.l.1.§.ſi quis tabulas.*

l. *d.l.1.§.eſt autem.*

m. *§.rei perſequendæ. I. de act.*

n. *d.l.1.§.hæc actio. & d.l.7.ſi hominem.§.datur.l.25.de ſponſaliorum. in pr. & l.26 Publia.in prin.b.tit. §.non autem. I. de perpet. & temporal.act & ſa. l.35. in honorarijs.ſ.de oblig. et act.*

o. *d.l.ſi hominem.§.datur & l.9.in depoſiti.b.tit.*

Si plu-

XXI. Si plures hæredes depoſitoris extiterint, maiori parti, quæ ex magnitudine portionum hæreditariarum intelligitur, res reſtituenda eſt p: ſi pecunia in ſacculo ſignato depoſita ſit, & vnus ex hæredibus eius, qui depoſuit, veniat repetens, promenda pecunia eſt, vel coram Prætore, vel interuenientibus honeſtis perſonis, & exoluenda pro parte hæreditaria: reſiduo vel apud Depoſitarium manente, ſi hoc voluerit, ſigillis videlicet priùs ei impreſſis, vel à Prætore, vel ab his, quibus coram ſignacula remota ſunt: vel ſi hoc recuſauerit, in æde deponendo q: nec nocebit illi, qui partem ſuam accepit, caſus, qui fortè poſtea ſuperuenit r.

p. l. 14. ſi plures. in prin. h. tit.

q. d. l. 1. § ſi pecunia.

r. l. vlt. C. h. tit.

XXII. Sed ſi res ſunt, quæ diuidi non poſſunt, omnes debebit tradere, ſatisdatione idonea ei à petitore præſtanda, in hoc quod ſupra eius partem eſt: ſatiſdatione autem non interueniente, res deponetur in ædem, & omni actione depoſitarius liberabitur ſ: nec quoq; duobus ſe pro hæredibus aſſerentibus, illi tradenda res eſt, qui aduerſus alterum defendere paratus eſt: ſi neuter hoc onus ſubeat, non cogetur tradere Depoſitarius, ſed deponetur res in ædem, donec de hæreditate iudicetur t.

ſ. d. l. 1. § ſi pecunia. verſ. ſed ſi res.

t. d. l. 1. §. apud Iulianum.

XXIII. Si duo hæredes, rem apud defunctum depoſitam, dolo interuerterint, & diuiſis decem milibus quina ſinguli abſtulerint, ſoluendoq; ſint, in partes obſtricti erunt, quòd ſi ſpeciem aliquam ſuo dolo interuerterint, in ſolidum conueniri poterunt, & non niſi inte-

gra

gra reſtitutione, is cum quo actum fuerit, liberari poterit, quamuis ſi res non reſtituatur, pro qua parte hæres extitit, condemnandus veniat [u].

XXIIII. Si depoſuero apud te, vt poſt mortem tuam reddas, & tecum & cum hærede tuo, poſſum depoſiti agere: poſſum enim mutare voluntatem, & ante mortem tuam depoſitum repetere: proinde & ſi ſic depoſuero, vt poſt mortem meam reddatur, potero & ego & hæres meus agere depoſiti, ego mutata voluntate [x].

XXV. Eſſe porrò depoſiti actionem bonæ fidei, non dubitatur: & ideò & fructus in hanc actionem veniunt, & partus & omnis cauſa, ne nuda res veniat [y]: quanquàm ſi rem depoſitam hæres diſtraxit, de precio tenebitur, quod ad eum peruenit, aut ſi id nondum exegit, minoriſuè quàm debuit vendidit, vt actiones ſuas præſtet: ſed ſi poſſit, & redimere nolit, culpa non caret [z]: ſicut, is qui ſemel rem vendidit, licèt ſtatim redemit: ſi enim res interierit poſtea ſinè dolo, tenetur nihilominùs, quia ſemel dolo fecit [a].

XXVI. Iuratur quoq; in litem in depoſiti actione [b], & condictio etiam depoſitæ rei nomine competit, ſed non antè, quàm quid dolo ſit admiſſum [c]: ſi poſt moram vel litem conteſtatam res interierit, aut deterior facta ſit, periculum eius erit, qui potuit reddere nec reddidit: niſi res eodem modo fuit apud Depoſi-

M torem

u *l. 22. ſi duo hæredes. h. tit.*

x. *d.l.1.§.pen.h.tit.*

y. *d.l.1.§.hanc actionem.*

z. *d.l.1.§.fin.cum 3.ll.ſeq.*

a. *d.l.1.§.hanc actionem.*

b. *d.l.1.§. in depoſiti.*

c. *l.13.ſi quis inficiatus. §. fin. h.tit.*

torem interitura, & is eam non venditurus d; litis autem æſtimationem præſtans, rem ſuam facit [e].

XXVII. Vſuræ quoq; in hoc contractu poſt moram præſtandæ ſunt, ſicut in cæteris bonæfidei iudicijs [f], maximè ſi permiſſu meo vti pecunia depoſita cæperis [g]: ſi ſinè permiſſu meo vtaris, vſuras ab eo tempore præſtabis [h]: ſed etſi ab initio ita conuenit, vt ſi velles vtereris, & tandundem præſtares, ſolueresq; vſuras, quamuis egrediatur ea res depoſiti notiſſimos terminos, tamen lex contractus ſeruabitur [i].

XXVIII. Qui depoſitum non reſtituit, ſuo nomine conuentus & condemnatus, ad eius reſtitutionem cum infamiæ periculo compellitur [k]: neq; compenſatione ex vlla alia cauſa, non etiam ex depoſitione vti poteſt [l]: Extrinſecus quoq; reſtitutio depoſiti interdici non debet [m]: Si depoſitarius rem apud alium depoſuerit, hactenus tenetur de dolo illius, vt actiones aduerſus illum cedat [n]: Si res extat, vendicare eam potes [o]: & cùm debitor fortè bonis cedit, prioritatis iure gaudet Depoſitor [p].

XXIX. Quòdſi depoſiti agatur eo nomine, quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragij cauſa eſt depoſitum, in duplum actionem Prætor reddit, & in perpetuum, de dolo depoſitarij, aut ipſius hæredis, aduerſus ipſum depoſitarium, vel hæredem: ſed de dolo defuncti depoſitarij, in ſimplum & intrà annum tantùm

d. l.12. ſi in Aſia. §. fin. d. l.14. ſi plures. §. fin. h. tit. l. 19. qui autem. §. ſed etſi quis. ſ. de conſtitu. pecun. l. 47. cùm res legata. ſ. de lega. 1. l. 23. ſi ex legati cauſa. ſ. de verb. oblig. c. vlt. x. h. tit.

e. l.30. fideiuſſor. h. tit.

f. l 24. Lucius circa finem l.29. ſi ſacculum. h. tit. l.2. C. eo.

g. d l.1. §. ſi pecunia. d l Lucius. & d. l.25. die ſponſaliorum. § fin. d. l.29 ſi ſacculum. § fin. h tit.

h. l.3. C. h. tit.

i. d. l. Lucius. & l. 26. publia. §. Lucius. l. 20. Quintus. h. tit.

k. l.10. qui depoſitum. C. h. tit. l.1. verſ. qui pro ſocio. ſ. de his qui not. infam.

l. l. pen. C. h tit. l. vlt. in fine. C. de compenſ. §. in bonæ fidei. I. de act.

m. Auth. ſed iam cautum. C. h. tit. §.1. N.88. De depoſito & denunciat. inquilino.

n. l.16. ſi is apud quem h. ti.

o. l.8. ſi is qui depoſitam. C. eo.

p. d l.7. ſi hominem. §. quoties. cum §. vlt. & l. ſeq. h. ti.

ſtùm actio datur [q]: & rurſus depoſiti cum eo agi poteſt, qui non aliter, quàm nummis acceptis reddere vult [r]: qui ſinè dolo rem amiſit depoſiti non tenetur, nec cauere debet, ſi deprehenderit, eam reddi: ſi tamen res ad eum iterum peruenit, depoſiti tenetur [ſ].

XXX. Cum ſequeſtro rectè agetur depoſiti Actione ſequeſtraria, quam & in hæredem reddi oportet [t]: cogeturq; ſequeſter etiam certo loco, ſecundùm conuentionis placita, rem exhibere, & non permittitur ei, niſi ex iuſtiſſima cauſa, officium deponere [u]: Sequeſtrum eum dicimus, apud quem res litigioſa ea conditione deponitur, vt poſt exitum litis vincenti reddatur [x], transferturq; in Sequeſtrum poſſeſſio, quamuis alioqui & poſſeſſio & proprietas apud deponentem maneat [y].

XXXI. Ei apud quem depoſitum eſt, contrarium iudicium depoſiti datur: in quo iudicio meritò in litem non iuratur, quia non de fide rupta, ſed de indemnitate hîc agitur [z]: puta de impenſis [a], adeo vt illarum quoq; impenſarum in hac actione habeatur ratio, ſi res alio loco exhiberi debeat [b].

q. *§. rei perſequendæ. ver. planè. l. de act. l. 1. §. 1. & 2. ſeqq. l. 13. ſi quis inficiatus. in prin. l. 18. de eo quod tumultus. h tit.*

r. *l. vlt. h. tit.*

ſ. *l. 20. ſi ſinè dolo. h. tit.*

t. *l. 12. ſi in Aſia. §. cum ſequeſtro. h. tit.*

u. *l. 5. ei apud quem. §. in ſequeſtrem. cum ſeq. h. tit.*

x. *l 6. ſequeſter. & l. 17. licet. in prin. h. tit. l. 109. ſequeſter ff. de verb. ſigni.*

y. *d. l. licèt. §. rei depoſitæ.*

z. *d. l. ei apud quem. in pr.*

a. *l. 23. actione depoſiti. h tit.*

b. *d. l. ei apud quem. §. 1. et d. l. ſi in Aſia. in prin.*

LIBER DECIMVS SEPTIMVS.

Diſputat. I. Reſpond. Gregorius Maeß, Crempius, Holſatus.

Mandati vel contrà: Tit. I.

1. 2. 3. 4.	*Mandati obligatio quomodò contrahatur?*
5. 6.	*Mandantis tantùm cauſa quomodò contrahi poſſit mandatum?*
7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.	*Directa mandati actio, competit in primis ad rei ipſius fructuumq; & vſurarum reſtitutionem.*
14. 15.	*Ad executionem etiam negocij agere aduerſus mandatarium poteſt mandator.*
16. 17. 18.	*De dolo, culpa, & negligentia, quomodò teneatur mandatarius?*
19.	*Actiones quoq; mandatori debet cedere mandatarius.*
20. 21. 22. 23.	*Contraria mandati actio, quomodò mandatori vel fideiuſſori detur, ad repetendum quod erogarunt, vel impenderunt.*
24. 25.	*Geſtum agnoſcere, & vſuras impnſarum præſtare quomodò cogatur mandator?*
26. 27.	*Quando poſſit conueniri mandator, & quid de impenſis voluptarijs, quid de ſalario?*
28.	*Vbi deficiat mandati obligatio & actio?*

I. Obligatio mandati conſenſu contrahentium conſiſtit: ideo per nuncium quoq; vel per epiſtolam mandatum ſuſcipi poteſt item ſiue rogo, ſiue volo, ſiue alio quocunq; verbo ſcripſerit, Mandati actio eſt [a].

a. *l. 1. in prin. h. tit.*

II. Quodcunq; autem negocium mandetur, nihil intereſt, dummodò turpe non ſit [b]: Quinimò ſi paſſus ſim aliquem pro me fideiubere, vel aliàs interuenire, mandati teneor, & niſi pro inuito interceſſero, aut donandi animo, aut negotium abſentis fortè gerens, erit mandati actio [c]: Sed etſi patiar ab alio denunciari, quòd

b. *l. 6. ſi remunerandi. §. rei turpis. et l. 12. ſi verò non remunerandi. § ſi adoleſcẽs. l. 22. ſi mandauero tibi. §. qui ædem. h. tit. §. illud quoq;. I. de mandato.*

c. *d. l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. l. 6. fideiuſſor. C. eo.*

quòd ego mandauerim, vt ipſi crederetur, mandare intelligor [d].

III. Poteſt etiam mandatum & in diem differri, & ſub conditione contrahi [e]: attamen niſi gratuitum ſit, nullum eſt: nam originem ex officio atq; amicitia trahit: contrarium autem eſt officio merces, & interueniente pecunia, res ad locationem & conductionem potiùs reſpicit [f].

IIII. Contrahitur porrò mandatum, ſiue mea tantùm gratia tibi mandem, ſiue aliena tantùm, ſiue mea & aliena, ſiue mea & tua, ſiue tua & aliena: & quamuis in reliquis ſpeciebus mandatum rectè contrahatur, ſi tamen tua tantùm gratia tibi mandem, ſuperuacuum eſt mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio naſcitur: conſilium enim magis eſt, quàm mandatum, & ob id non eſt obligatorium, quia nemo ex conſilio obligatur, etiamſi non expediat ei, cui dabatur, quippe cùm liberum ſit cuiq; apud ſe explorare, an expediat ſibi conſilium [g].

V. Cùm mando tibi, vt credendo pecuniam, negocium mihi geras, mihiq; id nomen præſtes, & vt meum in eo periculum, meum emolumentum ſit, conſiſtit mandatum: cæterùm vt tibi negocium geras, tuiq; arbitrij ſit nomen, id eſt vt cui vis credas, tu recipias vſuras, periculum duntaxat ad me pertineat, iam extra formam mandati eſt, quemadmodum ſi mandem, vt mihi quemuis fundum emas [h].

VI. Naſcitur tamen ex eo mandato, vbi tua

M 3 Man-

d. l. 13. qui patitur. h. tit.

e. d. l. 1. § item mandatum. h tit. § pen. I. de mandato.

f. d. l. 1. § fin. h. tit. & § fin. I. de mandato.

g. l. 2. in prin. & §§ ſeqq. d. l. 6. ſi remunerandi. § ſi tibi. cum ſeq. h. tit. & concordat. tex. in prin. tit. & §§ aliquot ſeqq. I. de mandato.

h. l. 48. Quintus Mutius. § fin. h. tit.

Mandatarij tantùm intererat, mandati actio, ſi tu id aliter facturus non fuiſſes, quàm ſi ego mandaſſem [i]: interdum etiam alia ratione euenit, vt meum ego negocium geram, & tamen vtilem habeam mandati actionem, veluti cùm debitor meus periculo ſuo debitorem ſuum mihi delegat, aut cùm rogatu fideiuſſoris cum reo experior [k]: hic enim alterius quoq; intereſt [l]: ſicut & tum, cùm debitor creditoris ſui negocia gerit [m].

VII. Quoties autem alterius cauſa mandatur, quæcunq; etiam ſit maudati cauſa, rectè mandati contrahitur vtrinq; obligatio, quod multis reſponſis ac reſcriptis, diuerſiſq; factorum contingentijs exponitur & declaratur [n]: & in primis mandatarius mandatori tenetur Directa mandati actione, vt quod ex mandati cauſa apud ſe habet, ad mandatorem pertinens, ad eum transferat [o].

VIII. Et quidem vſq; adeò mandatarius tenetur ad tranſlationem eius, quod ex mandati cauſa apud ſeſe habet, ad mandantem ſeu mandatorem pertinens, vt dolo facere videatur, qui id quod poteſt reſtituere, non reſtituit [p]: ſed etſi dolo vel culpa ſua fecerit, quô minùs reſtituere poſſit, puta quia in cauſa ſit, quòd emptum animal fugerit, tenebitur [q].

IX. Quòd ſi ſinè dolo tuo aut culpa animal aufugit, non teneberis, niſi ad hoc, vt caueas, ſi in poteſtatem tuam peruenerit, te reſtituturum: Sed etſi recipias, tradere debes, & ſi cautum eſt de euictione, vel potes deſiderare vt tibi cauea-

i. d. l. 6. ſi renumerandi. §. ſi tibi mandauero. verſ. planè l. 32. ſi hæreditarem. h. tit. §. tua. tantùm. verſ. & adeò. I. de mandato.

k. l. 22. ſi mandauero tibi. §. interdum. h. tit.

l. d. l. ſi remunerandi. §. ſi tibi. verſ. planè. ibi niſi mea quoq;.

m. d. l. ſi remunerandi. §. apud Iulianum. in fine.

n. d. l. ſi renumerandi. §. apud Iulianum. cum §. ſeq. l 8. ſi procuratorem. in prin & §§. ſeqq. ac paſſim toto. h. tit & C. eo.

o. d. l. 8. ſi procuratorem. in prin. cum §. pen. & vlt l. 17. ſi mandauero tibi. l. 20. ex mandato. in prin. h. tit.

p. d. l. ſi procuratorem. §. dolo autem.

q. d. l. ſi procuratorem. §. dolo autem & § fin.

caueatur, ſufficiet ſi mihi hac actione cedas, & procuratorem me in rem meam facias [r]: de tuo etiam facto cauere debes [ſ]: & ſi culpa tua caueri non curaueris, condemnari debebis [t].

X. Si ex fundo, quem mihi emit, procurator fructus conſecutus eſt, hos quoq; officio iudicis præſtare eum oportet [u]: quòd ſi pecuniam meam habeat, ex mora vtiq; vſuras mihi pendet [x]: Sed etſi pecuniam meam fœnori dedit, vſurasq; conſecutus eſt, debebit præſtare quantumcunq; emolumentum ſenſit, ſiue ei mandaui, ſiue non [y]: quòd ſi non exercuit pecuniam, ſed ad vſus ſuos conuertit, in vſuras conuenietur, quæ legitimo modo in regionib. iſtis frequentantur [z]: imò verò ſi vſuras exegit procurator, & in vſus ſuos conuertit, vſuras iſtius pecuniæ præſtare eum oportet [a]: & rurſus ſi acceptam pecuniam creditori meo non exoluiſti, reſtituere debebis mihi vſuras illas, quas me creditori dare oportet [*].

XI. Quòd ſi mandauerim procuratori meo, vt Titio pecuniam meam credat ſinè vſuris, iſq; non ſinè vſuris crediderit, nihilominùs vſuras mihi eum reſtituere oportebit, quamuis ſi ſuo periculo crediđiſſet, ceſſaret in vſuris actio mandati [b]: & alioqui ex mora vel ſtipulatione, licèt pignora data probentur, vt vſuras quas non percepit, ſupra licitum modum præſtet, compelli quis non poteſt [c].

XII. Si mandauero vt à Titio decem exigeres, & antè exacta ea mandati tecum egero, ſi ante rem iudicatam exegeris, condemnandum te eſſe

r. *d. l. ſi procuratorem. §. fin. & l. 10. idemq; in prin. h. tit.*
ſ. *l. 9. de tuo etiam. h. tit.*
t. *d. l. idemq; in prin.*
u. *d. l. idemq;. §. ſi ex fundo & §. idem Labeo. l. 59 ſi mandatu Titij. §. 1. h. tit.*
x. *d. l. idemq;. §. ſi procurator.*
y. *d. l. idemq;. §. ſi procurator. verſ. ſed etſi pecuniam.*
z. *d. l. idemq;. §. ſi procurator. verſ. quod ſi non exercuit. l. 19. precij rerum. C. eo.*
a. *d. l. idemq;. §. ſi procurator. verſ. deniq;.*
*. *l. 12. ſi vero non remunerandi. §. dedi tibi. h. tit.*
b. *d. l. idemq;. §. ſi mandauero.*
c. *d. l. 19. precij rerum. C. h. tit.*

te eſſe conſtat [d] : & in ſumma, ex mandato, apud eum, qui mandatum ſuſcepit, nihil remanere oportet, ſicut nec damnum pati debet, ſi exigere fortè fœneratam pecuniam non potuit [e] : vnde & rationes ſuæ admininiſtrationis reddere tenetur, etiam veteris, ſi fortè ſæpius ei mandatum ſit, neq; adhuc ratio inita [*].

XIII. Si centum tibi dedero, vt ea Titio dares, tuq; non dederis, ſed conſumpſeris, & mandati & furti teneberis: at ſi ita dederim, vt quæ velles dares, mandati tantummodo [f] : & rurſus procurator, qui res incluſas non ſubtraxit, ſed ſibi traditas non reddidit, iudicio mandati, non furti tenetur [g].

XIIII. Deinde verò ad hoc etiam, mandati actio mandanti aduerſus mandatarium competit, vt ſuſceptum negocium exequatur: ſicut etenim liberum ab initio eſt, mandatum non ſuſcipere, ita ſuſceptum conſumari oportet, niſi renunciatum ſit : renunciari autem ita poteſt, vt integrum ius mandatori ſeruetur, vel per ſe, vel per alium eandem rem explicandi [h].

XV. Is itaq; qui mandatum ſuſcepit, ſi poteſt explere, deſerere promiſſum officium non debet: Si verò intelligit explere ſe id officiũ nõ poſſe, idipſũ, cùm primùm poterit, debet mandatori nunciare [i] : alioquin ſi ſua culpa, neq, mandatum impleuit, neq; renunciauit, quanti mandatoris intereſt, tenebitur [k] : attamen ſi ob aduerſam valetudinem, vel capitales inimicitias, vel inanes rei actiones, vel ob mortem

d. d.l.17. ſi mandauero tibi. h.tit.

e. d.l.20. ex mandato. h.ti.

*. l. 56. qui mutuam. §. non ideò minùs. h.tit.

f. l.22. ſi mandauero tibi. §. ſi tibi centum.

g. l.55. procurator qui non h.tit.

h. d.l.22. ſi mandauero tibi. § ſicut autem. h.tit.

i. l.27. ſi quis alicui. §. qui mandatum h tit.

k. l. 8. ſi procuratorem. § mandati actio. d. l. 22. ſi tibi mandauero. § finali & d.l. ſi quis alicui. §. qui mandatum. h tit. l.16. ad comparandas. C. h.tit.

rem mandatoris ſeſe excuſet, audiendus eſt [l]: Idemq; eſt ſi reuocatum ſit mandatum [m].

XVI. Competit porrò mandati hæc actio aduerſus mandatarium, ſi mandator in negocio ſuo aut cauſa læſionem ſenſerit [n], & non tantùm pro his, quæ malè geſſit, tenebitur, ſed etiam pro his quæ gerenda ſuſcepit & fortè neglexit: & cùm propter exactam ex mandato pecuniam, tum propter non exactam, tam dolum quàm culpam præſtare debet [o].

XVII. Quamuis enim ſuæ quiſq; rei ſit liber moderator & arbiter, aliena tamen negocia exacto officio geruntur, nec quicquam in eorum adminiſtratione neglectum ac declinatum, culpa vacuum eſt [p]: quinimò conuenire etiam poteſt, vt periculum caſus fortuiti præſtet mandatarius [q], quia lex contractus ſeruari debet [r].

XVIII. Sed & hoc nomine aduerſus mandatarium agi poteſt, ſi mandati fines egreſſus, contra commodum mandantis aliquid geſſit [s]: & in cauſa mandati vertitur, vt interdum nec melior cauſa mandantis fieri poſſit, puta ſi res, quam nolit, vili precio ematur, interdum melior, puta ſi res, de qua ſenſit, minoris quàm iniunxerat, comparetur: deterior vero nunquam [t]: Vnde etiam rem contra ſuam voluntatem alienatam vendicare poteſt [u].

XIX. Deniq; conueniri quoq; hoc nomine poteſt mandatarius, vt mandatori actiones, quas pro commodo mandantis ſibi acquiſitas habet, cedat [x]: adeò vt actiones etiam quæ tem-

l. l.23. ſanè ſi valetudinis. cum 3. reſponſis ſeqq. & d. l. ſi quis alicui. § qui mandatum. h. tit.

m. § rectè quoq. I. de mandato. l. 30 ſi hominem. h. tit.

n. l. 9. cùm per procuratorem. C. h. tit.

o. d. l. 8. ſi procuratorem. § dolo autem. cum § vlt. h tit l. 4. & 5 l. 11. procuratorem. l. 13. à procuratore. C. eod.

p. l 21 in re mandata. C. h. tit.

q. l. 39 & Ariſtoni. h. tit.

r. l 12 cùm mandati. & l. 14 ſi ſecundùm. C. h. tit.

s. l. 41. poteſt & ab vna. h. t.

t. l. 3. 4. & 5. in prin. & 2. §§. ſeqq. h. tit.

u. l. 49. ſeruum Titij h. tit. & d. l. 12. cùm mandati. C. eo.

x. l. 27. ſi quis alicui. § fin. cum l. ſeq. l. 45. ſi mandatu meo. in prin. verſ. nam & ego. h. tit.

tempore circumſcriptæ ſunt, cum dilatione temporis cedere debeat [y]: quamuis alioqui ceſſio actionum, non niſi in totum donationis cauſa, vel quatenus datum verè eſt, rectè fiat [z].

XX. Contraria mandati actio, aduerſus mandantem competit mandatario, ſiue vniuerſarum rerum, ſiue vnius rei procurationem ſuſceperit [a]: & quidem in primis ad recuperandum id, quod in negocio gerendo pro eo erogauit [b], vel etiam impendit de ſuo [c]: ſi enim mihi mandaueris, vt rem tibi aliquam emam, egoq; emero meo precio, habebo mandati actionem: Sed etſi tuo precio, impendero tamen aliquid bona fide ad emptionem rei, erit contraria mandati actio [d].

XXI. Similiter competit mandatario contra mandantem contraria mandati actio, ſi quid de ſuo ex mandato eius, pro eo ſoluit [e], aut ſi cùm fideiuſſor ad petitionem eius, vel pro eo præſente & non vetante extitiſſet [f], debitum pro eo ſoluit [g], ſiue condemnatus ſit [h], ſiue ſinè iudicio ſoluit [i]; idemq; eſt, ſi pecuniam in iure obtulit, & propter ætatem eius, qui petebat, obſignauit ac publicè depoſuit [k]: imò etſi per ignorantiam perperam ſoluta ſit, dum tamen culpa non arguatur, quia fortè non appellauerit ✠.

Datur

y. l.43. qui mandatum ſuſcepit. h. tit.
z. l. pen. & vlt. C. h. tit.
a. l.12 ſi verò non remunerãdi. §. cõtrario iudicio. h. t.
b. d. l 8. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. cum ſeq. d. l. idemq. §. fideiuſſores. cum ſeqq. d. l. ſi verò non remun. §. fin. cum 3. reſp ſeqq. l. 16. ſi quis mihi mandauerit d. l. 26. inter cauſas. §. 1. cũ ſeqq. l. 28. ſi fideiuſſor. l 46. ſi quis pro eo. l. 50 ſi is qui negotia. in prin. cum 2. ll. ſeq. h. tit. l. 1. & 2. l. 6. ſi fideiuſſor. cum 2. ſeqq. C. eo.
c. d. l. 10. idemq. §. idẽ Labeo. cum ſeq. d. l. ſi verò non remun. §. ſi mihi mandaueris. d. l. 27. ſi quis alicui. §. impendia l. 45. ſi mandatu meo. § ſi fideiuſſor. d. l. 50 ſi is qui nego. § fi. l. 56. qui mutuam. § fin. h. tit. l 4. C. eo.
d. d. l. ſi verò non remun. § ſi mihi mandaueris. h. tit.
e. d. l. 12. ſi verò non remu. § ſi filiofa. cum ſeq. d. l. 22. ſi mandauero tibi. § ſi mandauerim. l. 26. inter cauſas. § 1. l. 28. Papin. l. 45. ſi mandatu. § ſed ſi mandauero. h. t.
f l. 20. ex mandato § fi l. 40. ſi pro te præſente. l. 53. qui fide alterius. h. t.
g. l. 8. ſi procuratorem. § ſi ignorantes. cũ ſeq. d. l. idemq. § idẽ Papin. & § fideiuſſores. cum ſeqq. l. 14. hæredem. l. 21. cum mandatu. cum 2. ſeqq. l. 28. ſi fideiuſſor. in pr. & §§. ſeqq. l. 33. rogatus. l. 37. hominem. l. 46. ſi quis pro eo. cum ſeqq. l. 50. ſi is qui negotia. & ſeqq. h. t. l. 2. & l. 18. poſt ſolutionem. C. eo.
h. d. l. idemq. § idẽ Papin. l. 28. ſi fideiuſſor conuentus. in pr. et § ſeqq h. t.
i. d. l. idemq. § ſideiuſſores. l. 10. ſi fideiuſſor. C. h. t.
k. l. 56. qui mutuam. § fideiuſſor. h. t.
✠. d. l. ſi procuratorem. § ſi ignorantes. cum ſeq. h. tit.

XXII. Datur etiam fideiuſſori contraria mandati actio, ſi fideiuſſionis cauſa debitorem ſuum delegauit [l], vel ſi creditor, cùm donare fideiuſſori vellet, donationis cauſa debitum remiſit [m]: Sed hoc ita, ſi fideiuſſorem remunerari voluit [n]: Si verò non remunerandi cauſa, ſed principaliter donando, fideiuſſori remiſit actionem, non dabitur ei hoc nomine contraria actio aduerſus fideiuſſorem [o].

XXIII. Quòd ſi hominem certum pro te dare fideiuſſi, & ſolui, cùm mandati agitur æſtimatio eius, ad id potiùs tempus quo ſolutus eſt, non quo agitur, referenda eſt: & ideò etiamſi mortuus fuerit, nihilominùs vtilis ea actio eſt: aliter in ſtipulatione ſeruatur: nam tunc id tempus ſpectatur, quo agitur, niſi fortè aut per promiſſorem ſteterit, quò minùs ſuo die ſolueret, aut per creditorem, quò miuùs acciperet, quia neutri eorum fruſtratio ſua prodeſſe debet [p].

XXIIII. Sed & hoc nomine aduerſus mandatorem experiri poteſt mandatarius, ſi is, quod ex mandati cauſa geſtum eſt, pro ſuo agnoſcere nolit, puta ſi rem emptam nolit recipere, ſi me ab obligatione eximere nolit [*]: neq; tantum id quod erogaui aut impendi, verùm vſuras quoq; conſequar, eaſq; non ſolùm ex mora, ſed iudex æſtimare debebit, ſi cùm vberrimas vſuras conſequerer, exegero fortè à debitore meo, & ſoluero, aut ſi mutuatus grauibus vſuris ſoluero: ſed etſi Reum vſuris non releuauit, mihi autem & vſuræ abſunt, vel ſi mino-

l. *d.l.26. inter cauſas. §. adeſſe. h tit.*

m. *d.l.inter cauſas § ſi is*

n. *d.l. idemq. §. fin.*

o. *d.l.12. ſi verò non remunerandi. in prin.h.tit.*

p. *l.37. hominem.h.tit. & vide ſ. ad tit. de condict. triticа.nu.3. & 4.*

*** *d.l. ſi verò non remunerandi. §. ſi mihi mandaueris. & l.45. ſi mandatu meo. cum 4 §§. ſeqq. h.tit.*

minorib. releuauit, ipſe autem maioribus fœnus accepit, vt fidem meam liberaret [q].

XXV. Quanquam autem fideiuſſor vel mandatarius extitiſti, ſi tamen neq; condemnatus es, neq; bona ſua mandatorem dilapidare poſtea cœpiſſe comprobare poſſis, neq; ab initio ita te obligationem ſuſcepiſſe, vt eum poſſis & ante ſolutionem conuenire, neq; diu in obligatione ſteterit, neq; perſona eius aliter ſuadeat, ad ſolutionem, vel vt tu ab obligatione libereris, vrgere creditorem non poteris [r].

XXVI. Sed & illa quæ de impenſis repetendis dicta ſunt, in neceſſarijs, itemq; vtilibus locum omnino habent [ſ]: ſed ſi quid procurator, citra mandatum, ad voluptatem fecit, permittendum eſt ei auferre quod ſine damno domini fiat, ſi rationem ſumptus iſtius Dominus nō admittit [t].

XXVII. Si remunerandi gratia honor interuenit, erit mandati actio [u]: & ſalarium procuratori conſtitutum, ſi extra ordinem peti cœperit, conſiderandum erit, laborem dominus remunerari voluerit, atq; ideo fidem adhiberi placitis oporteat, an euentum litium maioris pecuniæ præmio, contra bonos mores, procurator redemerit [x]: ſalarium incertæ pollicitationis, neq; extra ordinem rectè petitur, neq; iudicio mandati, vt ſalarium tibi conſtituat [y].

XXVIII. Sed etſi ex natura ſua perpetua ſit harum actionum cauſa, atq; in hæredes etiam vtrinq; illæ deuoluantur [z], tamen ſæpe fit, vt mandatum non contrahatur, neq; mandati naſcantur

q. *d.l. ſi verò non remunerandi. § ſi mihi mandaueris.*

r. *l. 50. Lucius Titius. l. 56. qui mutuam. in prin. h. tit. l. 10. ſi pro ea. C. eo.*

ſ. *d.l. 50. ſi is qui negocia. § fin & d l. qui mutuam. § fin.*

t. *l. 10. idemq; § idem ait. h. tit.*

u. *l. 6. ſi remunerandi. in prin. h. tit.*

x. *d.l. ſi remunerandi. § fin. cum l. 7. Salarium. h. tit. l. 20 ſi contra licitum C. eo.*

y. *d.l. qui mutuam. § ſalarium.*

z. *d.l. 26. inter cauſas. in prin. l. 18. ſi præcedente. in prin. h. tit.*

ſcātur actiones, veluti ſi turpe ſit, quod mandetur; puta ſi adoleſcens luxurioſus meretricis cauſâ quid mandet [a], ſi contra legem quid mādetur, puta vt filiofamiliâs mutuò detur [b], ſi quis fortè non animo procuratoris interuenit, ſed affectionem tantùm amicalem promiſit, in monendis procuratoribus, & actoribus, in regendis conſilio [c]: & deniq; non naſcitur regulariter mandati ampliùs obligatio vel actio, ſi renunciatione mandatarij [d], vel reuocatione mandantis [e], vel huius aut illius morte finitum ſit mandatum [f].

a. d.l.12.ſi verò non remunerandi.§.ſi adoleſcens. d.l.22 ſi mandauero tibi. §. qui ædem.h.tit.
b. d.l.ſi verò non remunerandi.§. ſi quis mandauerit.
c. d.l.10.idemq́. §.ſi quis ea. h. tit.
d. §.mandatum non ſuſcipere.I.de mandato.d.l. 22.ſi mandauero tibi §fin.d.l.27. ſi quis alicui.§ qui mandatum. h.tit.
e. §.rectè quoq́.I. de mandato.d l.12.ſi verò non remunerandi. §. pen. & d. l. ſi quis alicui. §. 1.
f. d. §. rectè quoq́. & d. l. ſi quis alicui. § morte.

Diſputat. II. Reſpond. VVillichius Piſcatorius, Mundenſis.

Pro Socio: Tit. 2.

1. 2. 3. 4. 5.	*Societatis obligatio quomodò contrahatur?*
6.7.8.9.10 11.	*Vniuerſorum bonorum ſocietas quomodò contrahatur?*
12.13.14.15.16.	*Singularis ſocietas & ius ſocietatis quale ſit?*
17.	*Quomodò ſoluatur ſocietas?*
18.	*Collationem, aut diuiſionem, fructus, aut impenſas quomodò perſequatur actio pro ſocio?*
19.20.21.22.	*Dolus, culpa, caſus, mora, intempeſtiua renunciatio quomodò in hanc actionem veniant?*
23.	*Si plures ſocietates coitæ ſint, vel ad hæredes res deuenerit?*
24.	*Beneficium competentiæ ſocio competens perſonale eſt.*

1. EX illorum contractuum numero, qui ſolo conſenſu obligationem ꝓducunt, eſt etiam ſocietas [a]: ideoq́; & hæc non ſolùm re, aut verbis, ſed per nuncium quoq; contra-

a. tex. in prin tit.I. de obligat.ex conſenſu. & in l. 2. ſ.de oblig.& act.l.19 qui admittitur.h.tit.

b. l.4. ſocietatem coire. h. tit.
c. l.1.h.tit.l.6.de ſocietate C.eo.
d. l.70.nulla.h. tit.

poteſt [b]: Sed & coiri ſocietas poteſt, vel in perpetuum, id eſt dum viuunt, vel ad tempus, vel ex tempore, vel ſub conditione [c]: quamuis alioqui nulla ſocietatis in æternum coitio ſit [d].

II. Sed nec ex eo, quòd res communis ſit inter aliquos, ſocietas ſtatim inter illos contracta cenſetur, ſed tractatu habito ſocietas coitur: communiter autem res agi poteſt etiam extra ſocietatem, cùm ſinè affectione ſocietatis, incidimus in communionem, vt euenit in re duobus legata, donataue, aut à duob. empta, vel côducta, aut ſi duob. hæreditas ſimul obuenit [e].

e. l.31. vt ſit. cum 2. ſeqq. h.tit.

III. In his enim caſibus, ſi quid fortè vnus in eam rem impendit, ſiue fructus mercedesuè alter ſolus percepit, vel deteriorem rem fecit, inter hæredes quidem familiæ hèrciſcundæ, inter cæteros communi diuidundo, non etiam ſocietatis iudicio locus erit [f].

f. l.34. quibus caſibus h.t.

IIII. Vltrà mortem quoq; non poteſt porrigi ſocietas, & ideò nec libertatem de ſupremis iudicijs reſtringere, nec cognatum vlteriorem, ratione ſocietatis, proximioribus præferre quis poteſt [g]: nec poteſt quis hæredi ſuo ſocietatem ſic parere, vt ipſe hæres ſocius ſit: licèt hæres bonam fidem & acti etiam culpam cogatur præſtare, quam præſtitit is, in cuius locum ſuceſſit [h].

g. l.52. cum duobus alijs. l. ſi frater. § idem reſpondit. h.tit.

h. l.35. nemo poteſt. cum l. ſeq. l. 59 adeo in prin. & l. 65. actione. § ſocietas. h.tit.

V. Planè ſi hi, qui ſocijs hæredes extiterunt, animum inierint ſocietatis, nouo conſenſu rectè conſiſtit ſocietas [i]: & citra hoc in ſocietatibus vectigalium manet ſocietas poſt mortem, ſi pars defuncti ad perſonam hæredis eius

i. l.37. planè ſi hi. h.tit.

eius adſcripta eſt, quod ipſum ex cauſa æſtimandum eſt [k].

[k] d. l. adeo. in prin.

VI. Contrahuntur autem ſocietates aut vniuerſorum bonorum, aut vnius alicuius negotiationis, veluti mancipiorum aut animalium vendendorum emendorumq́;, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi vendendiq́;, aut vectigalium recipiendorum, ſiue etiam vnius alicuius rei [l]: & quidem coiri poteſt, ac valet ſocietas etiam inter eos, qui non ſunt æquis facultatibus, cùm plerumq; pauperior opera ſuppleat, quantum ei per comparationem patrimonij deeſt [m]: attamen dolo malo, vel fraudandi [n], vel donationis cauſa, non rectè contrahitur ſocietas [o]: ſicut nec turpis quæſtus cauſa, puta ex maleficijs [p].

[l] tex. in prin. tit I. De ſocietate. & in l 5. ſocietates. in prin. h. tit.

[m] d. l. ſocietates §. 1.

[n] d. l. 3. §. fin. h. tit.

[o] d. l. ſocietates. §. fin.

[p] d. l. 52. cum duobus. §. fi. cum 5. ll. ſeqq. h. tit.

VI. Cùm ſpecialiter omnium bonorum ſocietas coita eſt, tunc & hæreditas, & legatum, & quod donatum eſt, aut quacunq; ratione acquiſitum, communioni acquiretur [q]: & res quæ coëuntium ſunt, continuò communicantur, quia licèt ſpecialiter traditio non interueniat, tacita tamen creditur interuenire [r].

[q] d. l. 3. §. 1. & l. 73. ſi ſocietatem. h. tit.

[r] d. l. 1. §. fin. cum l ſeq h. tit. l. 2. C. h. tit.

VIII. Quinimò vſq; adeò omnium bonorum ſocius vniuerſa conferre cogitur, vt illud etiam quod ob iniuriam factàm, vel ex lege Aquilia, ſiue ipſius, ſiue filij corpori nocitum ſit, acquiſitum illi fuerit, conferre debeat [ſ]: ea tamen, quæ in nominibus erunt, manent in ſuo ſtatu, ſed actiones inuicem præſtari debent [t].

[ſ] d. l. cum duobus §. ſocium vniuerſa.

[t] d. l. 3. in prin. h. tit.

Coire

IX. Coire ſocietatem & ſimpliciter licet, & ſi non fuerit diſtinctum, videtur coita eſſe vniuerſorum, quæ ex quæſtu veniunt, hoc eſt, ſi quod lucrum ex emptione, venditione, locatione, conductione deſcendit[u]: hæreditas autem vel legatum, vel mortis, aut non mortis cauſa donatio, in hanc ſocietatem non veniunt, quia non ſinè cauſa, ſed ob meritum obueniunt, & hæreditas à parente vel liberto quaſi debitum obuenit[x].

u. l. 7. coiri. b. tit.

x. l. 9. nec adiecit. cum 2. ll. ſeqq. b. tit.

X. Sed nec æs alienum, niſi quod ex quæſtu pendebit, veniet in rationem ſocietatis[y]: ſed etſi adijciatur, vt & quæſtus & lucri ſocij ſint, verum eſt, non aliud lucrum, quàm quod ex quæſtu venit, hanc quoq; adiectionem continere[z]: quæſtus autem intelligitur, qui ex opera cuiuſq; deſcendit[a].

y. l. 12. ſed nec æs. b. tit.

z. l. 13. ſed etſi adijciatur. & l. 71. duo ſocietatem. § fi. b. tit.

a. l. 8. quæſtus. b. tit.

XI. Quòd ſi ita coita ſocietas ſit, vt ſi quæ iuſta hæreditas alterutri obuenerit, communis ſit, ad legitimam hęreditatem tantùm hoc pertinere probabilius eſt[b]: ſed & ita conuenire inter fratres poteſt, vt parentum ſuorum hæreditates indiuiſas inter ſe habeant, & emolumẽtum ac damnum in his commune ſentiant, quod aliunde quæſierint, in commune non redigatur[c].

b. d. l. 3. § de illo. b. tit.

c. d. l. 52. cum duobus § Papinianus aliàs. l. ſi fratres. in prin. b. tit.

XII. Singulari quoq; ſocietate inita, ſecundùm pacta conuenta collatio facienda eſt: ſi verò res ante collationem, poſtquam deſtinata eſſet, perierit, ſuo domino interibit, nec quicquam eo nomine conſequetur[d]: ſicut & aliàs, quod is, qui ſocietatem contraxit, emit, ipſius fit,

d. l. 58. ſi id quod quis. § item Celſus. b. tit.

fit, non commune, ſed ſi non conferat, ſocietatis iudicio communicare cogitur [e]: & rurſus iure ſocietatis per ſocium ære alieno ſocius non obligatur, niſi in communem arcam pecuniæ verſæ ſint [f].

XIII. Si nihil de partibus lucri & damni nominatim conuenerit, æquales partes & in lucro & in damno ſpectantur: quod ſi expreſſæ fuerint partes, hæ ſeruari debent: & quidem conſtat lucri damniq; partes inæquales conſtitui poſſe, dum tamen leonina non efficiatur ſocietas, vt alter lucrum tantùm, alter damnum ſentiat [g]: quamuis & ita coiri poteſt ſocietas, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat & tamen lucrum inter eos commune ſit [h]: & rurſus ita, vt partes ſocietatis tuo arbitrio vel Lucij Titij conſtituantur: quo tamen caſu tuum vel Lucij Titij arbitrium, ſi ſit iniquum, ad arbitrium boni viri reuocari debebit [i].

XIIII. Qui admittitur ſocius, ei tantùm ſocius eſt, qui admiſit: cùm enim ſocietas conſenſu contrahatur, ſocius mihi eſſe non poteſt, quem ego ſocium eſſe nolui: ſi ſocius meus eum admittit, ei ſoli ſocius eſt, & ſocij mei ſocius, meus ſocius non eſt [k]: & quicquid fuerit de ſocietate noſtra conſecutus, cum illo, qui eum aſſumpſit, communicabit, nos cùm eo non communicabimus, ſed factum eius omnimodo præſtabitur ſocietati [l]: ex contrario is, qui cū eo ſocietatem inijt, factum ſociorum ſuorum debet ei præſtare, ſicut ſuum [m].

e. l. 74. ſi quis ſocietatem. h. tit.

f. l. 82. iure ſocietatis. h. ti.

g. tex. in § 1. & ſeq. I. de ſocietate. l. 29. ſi non fuerint. cum. l. ſeq. h. tit.

h. § de illa. verſ. nam & illa. I. de ſocietate. l. 1. C. h. t.

i. l. 6. ſi ſocietatem. l. 75. ſi coita. & l. 76. ſocietatem mecum cum 4. ll. ſeqq. h. tit.

k. l. 19. qui admittitur. l. 20. nam ſocij h. tit. l. 47. conſilij. § fin. ff. de reg. iur.

l. l. 21. & quicquid & l. 23. de illo. in prin. h. tit.

m. l. 22. ex contrario. h. ti.

XV. Omne æs alienum, quod manente ſocietate contractum eſt, de communi ſoluendum eſt: & licèt poſteaquàm ſocietas diſtracta eſt, ab vno de ſuo ſolutum ſit, refundi ei de communi debet: igitur & ſi ſub conditione promiſerat, & diſtracta ſocietate conditio extiterit, ex communi ſoluendum eſt, vel ſi interim ſocietas dirimatur, cautiones interponendæ ſunt [n].

XVI. Nemo ex ſocijs plus parte ſua poteſt alienare, & ſi totorum bonorum ſocij ſint [o]: attamen ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarum ita aliqui coierint, vt quicquid erogetur vel quæratur, communis lucri atq; impendij eſſet, ea quoq; quæ in honorem alterius liberorũ erogata ſunt, vtrinq; imputanda erunt [p].

XVII. Soluitur ſocietas, vt ait Iureconſultus Modeſtinus, renunciatione, morte, capitis minutione & egeſtate [q]: vel vt alibi ait Iureconſultus Vlpianus, ſoluitur ſocietas ex perſonis, ex rebus, ex voluntate, ex actione: ideoq; ſiue ſocius, ſiue res interierit, ſiue voluntas mutata, & ſocietati renunciatum ſit, ſiue ſtipulatione, aut iudicio mutata ſit ſocietatis cauſa, diſtrahi videtur ſocietas, id quod pluribus reſponſis ex ordine & ſatis dextrè coniunctim deq; declaratum eſt [r].

XVIII. Datur ex hoc contractu, ſocio aduerſus ſocium actio, quæ appellata eſt Pro ſocio, in primis vt conferatur in ſocietatem id, de quo conuentum eſt [s]: tum quoq; non ſolum vt ſuam portionem conſequatur ex rebus communibus ſocietatis, accipiatq; quod inter ipſos conuenit [t], ſed etſi quam impenſam ſolui

n. l. 27. omne æs. cum l. ſeq. b. tit.

o. l. 68. nemo ex ſocijs. in prin. b. tit.

p. l. 73. ſi ſocietatem vniuerſarum. § fin. b. tit.

q. l. 4. ſocietatem coire. § fin. b. tit.

r. l. 63. verum. § fin. l. 64. itaq; cum. & l. 65. actione. in prin. & §§. ſeqq. b. tit. l. 5. tam diu. cum l. vlt. C. b. tit.

s. l. 52. cum duobus. in pr. aliàs l. ſi fratres. § idem Papinianus. cum § pen. & vlt. l. 65. actione. § pen. b. tit.

t. d. l. cum duobus. in prin. & § item ex facto. qui aliàs eſt. § 1 in l. ſi fratres. & § item Mela. l. 67. ſi vnus. in prin. l. 69. cùm ſocietas. b. ti.

fécerit [u], quoſuè fructus ex iſtis rebus alter ſolus percepit [x]: quibus caſibus tamen competit etiam communi diuidundo actio [y], ſed altera alteram tollit [z], excepto eo quod plus eſt in altera, velutì pro ſocio & nominum rationem habet, communi diuidundo adiudicationem admittit [a].

XIX. Venit autem in hoc iudicium bona fides: atq; ideo etiam dolus & culpa, ſi quid fortè rei communi nocuit [b], ſi parum diligenter cuſtodita res furto ſubtracta ſit [c]: quamuis alioqui damna fatalia, quæ ſine dolo aut culpa eius acciderunt, ſocius ſocio præſtare non cogatur, tametſi ſint ea communia [d]: ſi ex ſocietate lucrum ſenſit, & in reddendo moram fecit, cum ea pecunia ipſi vſui ſit, vſuras quoq; præſtabit, loco eius quod intereſt [e].

XX. Deinde vero ad id quod intereſt tenetur etiam ſocius ſocio, ſi doloſè ſit renunciatum ſocietati, puta, vt ille ſolus hæreditatem acquireret [f], vel ſi abſenti aut alioqui intempeſtiuè ſocietati renunciauit, cum intereſſet ſocij non renunciari [g]: ſed qui ſocietatem in tempus coijt, eam ante tempus renunciando ſocium a ſe, non ſe a ſocio liberat: Itaq; ſi quid compendij poſteà factum erit, eius partem non fert: at ſi diſpendium, æque præſtabit portionem, niſi renunciatio ex neceſſitate quadam facta ſit: quod ſi tempus finitum ſit, liberum eſt recedere, quia ſine dolo malo id fit [h].

XXI. Sed & hoc nomine ſocius ſocio tenebitur, ſi ſolus vſuras perceperit, eius pecuniæ, quæ

u. l. 38 pro ſocio. § fin. h. tit. d. l. cum duobus. alias. l. ſi fratres § item ſi in communem. & § ſi quis ex ſocijs. l. 60. ſocium qui in eo. § fin. cum l. ſeq. d. l. ſi vnus. § pen. h. tit.

x. d. l. pro ſocio. § fin.

y. l. 17. ſed et ſocius. in pr. & d. l. pro ſocio. § fin. h. tit.

z. d. l. ſed & ſocius. in pr. & d. l. pro ſocio. § fin.

a. d. l. pro ſocio. § fin. & l. 43. ſi actum. h. tit.

b. d. l. cum duob. § venit autem. et § ſi qui ſocietatem.

c. d. l. cum duobus. § damna.

d. d. l. cum duobus. § damna cum § ſeq. & l. 58. ſi id quod in prin. & § 1. l. 63. verum. § in hæredem. h. tit.

e. l. 60. ſocium qui in eo. in prin. h. tit.

f. l. 55. actione. § diximus. & § ſeq. h. tit.

g. l. 17. ſed & ſocius. § ſi abſenti. et d. l. actione. § Labeo autem. h. tit.

h. l. 14. ſi conuenerit. cum 2 reſponſis ſeqq. & d. l. actione. § item qui ſocietatem. h. tit.

communi nomine fœnerauerat [i]: & de eo qui ceſſantis ceſſantiumuè portiones inſulæ reſtituerit, proditum eſt, quòd quamuis aut ſortem cum vſuris centeſimis, intra quattuor menſes, poſtquàm opus refectum erit, recipere poſſit, exigendoq; priuilegio vtatur, aut deinceps propriam rem accepturus ſit, poſſe tamen etiam pro ſocio agere ad hoc, quod ſua intereſt [k].

XXII. Tenetur porrò ſocius ſocio, hoc quoq; nomine, quòd rei communis partem contra pactionem alienauerit [l], quòd mortuum intulerit [m]: quòd ſi res communis per fallaciam celandi animo amota vel contrectata ſit, vel ſi damnum in ea datum ſit, non ſolùm pro ſocio, ſed etiam furtiua condictione, vel furti, aut Aquiliæ actione agi poteſt [n]: quinimo pro ſocio arbiter etiam proſpicere debet cautionibus, in futuro damno, pendente ex ſocietate, ſicut & in omnibus alijs bonæ fidei iudicijs, generalibus ſiue ſpecialibus [o].

XXIII. Si plures ſint inter eoſdem ſocietates coitæ, ad omnes ſocietates ſufficere vnum hoc iudicium conſtat [p]. & rurſus de damno & alijs cauſis in hæredem quoq; competit, ſicut & lucri, nomine defuncti, is particeps eſt [q]: eaq; quæ per defunctum inchoata ſunt, expedire & in his dolum præſtare cogitur [r].

XXIIII. Sed ſiue vniuerſorum bonorum ſiue vnius rei quis ſocius ſit, quia ſocietas ius quodammodo fraternitatis in ſe habet, in id tantùm quod facere poteſt, quodue dolo malo

fecit

i. d.l.67. ſi vnus. §. ſi vnus h.tit.

k. d.l cum duobus. aliàs l. ſi fratres. §. idem reſpondit.

l. d.l.17 ſed & ſocius. in prin. h.tit.

m. l.39. ſi fundus. h.tit.

n. l.45. rei communis. cum 6. ll. ſeqq. h.tit.

o. l.38. pro ſocio arbiter. in prin. h.tit.

p. d.l.52. cum duobus. aliàs. l ſi fratres. § ſi plures. h. tit.

q. d.l.63. verum. § in hæredem. h.tit.

r. d.l.35. nemo poteſt. cum l. ſeq. & l.40. hæres. h.tit.

fécit, quò minùs facere poſſit, condemnari debebit [s]: quod tamen beneficium quia perſonale eſt, neq; fideiuſſori eius, neq; patri vel domino, neq; hæredi cæteriſuè ſucceſſoribus [t], neq; ipſi etiam ſocio, ſi negauerit ſe ſocium, datur [u]: quantum autem facere poſſit, rei iudicandæ tempore, ære alieno non deducto, ſpectatur [x].

s. d.l. verum. in prin. §. ſed etſi quis. I. de act. l. 16. ſunt qui & l. 22. ſed hoc ita. §. fin. ſ. de re iud.

t. d.l. verum. §. videndum. cum ſeq.

u. d.l 67. ſi vnus. §. fin. h t.

x. d. l. verum. §. id quod facere. & §. tempus.

LIBER DECIMVS OCTAVVS.

Diſputat. I. Reſpond. Ioachimus Schenckelius, Pomeranus.

De contrahenda emptione, & de pactis inter emptorem & venditorem compoſitis: & quæ res venire non poſſunt: Tit. 1.

1. Origo emptionis & venditionis vnde ſit?

2. 3. 4. Merce & precio, ſinè ſcriptis, aut in ſcriptis, quomodò perficiatur emptio & venditio?

5. 6. 7. 8. Conſenſu perficitur, deficiente eo ferè infirmatur emptio.

9. 10. Cuius error noceat?

11. 12. 13. 14. In fungibilibus quomodò contrahatur, & quæ ſit emptionis & venditionis libertas?

15. 16. 17. 18. Quando ratione perſonarum impediatur?

19. 20. 21. 22. 23. 24 25. Quando ratione rerum?

26. 27. 28. 29. Quæ ſit pactorum conuentorum ratio?

30. 31. Quid præſtetur in hoc contractu?

I. ORigo emendi vendendiq; à permutationibus cœpit, quemadmodum dilucidè ſatis expoſuit Iureconſultus Paulus [a]: ſed poſteà cùm repertus eſſet nummorum vſus,

a. l. in prin. h. tit.

 diſtin-

diſtincta eſt emptio & venditio à permutatione, & animaduerſum, quòd in permutatione, quamuis maximè vtrinq; aliquid detur, tamen vterq; contrahentium permutare dicatur, hìc autem alius emere, alius vendere: & rurſus cùm ibi vtrinq; merces dentur, hìc ab altero merx, ab altero precium, quòd in numerata pecunia conſiſtat, dari dicatur [b].

II. Eſt autem emptio iuris gentium: & ideò conſenſu peragitur, & inter abſentes contrahi poteſt, & per nuncium, & per literas [c]: attamen & res requiritur, quæ veneat [d], & precium, pro quo ematur [e], quamuis alioqui & fructuum & fœtus futuri, imò ſpei quoq; emptio & venditio eſſe intelligatur, vt fit, cùm captus piſcium vel auium vel miſſilium emitur [f]: ſed ſinè precio [g], & prorſus ſine re, quæ veneat, emptio & venditio nulla eſt [h].

III. Perficitur igitur ſinè ſcriptis emptio & venditio, ſimulatq; modo de re & precio conuenerit [i], quamuis neq. res tradita [k], ac ne arrha quidem data fuerit: nam quod arrharum nomine datur, argumentum ſolummodò eſt emptionis & venditionis contractæ, vt conuentio euidentiùs probari poſſit [l].

IIII. Sed ſcripturâ ſi emptio & venditio conficiatur, non aliter ex Iuſtiniani Imperatoris conſtitutione perfecta cenſetur, niſi & inſtrumenta emptionis fuerint conſcripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem ſcripta, a contrahentibus autem ſubſcripta,

b. d.l.1.in prin.& §.1.ſed an ſinè nummis, & concordat tex.in §. precium. & §. item precium.I. de empt. & vend.

c. d.l.1.§.fin.& fa.tex. in prin.tit. I. de oblig. ex conſenſu.& in l.2.ſ.de oblig et act.l.2.C. de contr. emp. & vend.

d. l.8.nec emptio. in prin. l.15.etſi conſenſum. in prin. l.44.ſi duos l.57.domum.cũ l.ſeq.h.tit.

e. l.2.in fin.h.tit. §. preciũ autem.I.de empt.& vend l. 9.empti fides.C.de cont.emp.

f. d.l.nec emptio.§.1.& l. 39.ſi debitor.§.1.h.tit.

g. d.l.2.in fine.et d.§.precium autem.& d. l. empti fides.

h. d.l.nec emptio, in prin. d l.etſi conſenſum.d l. ſi duos d.l.domum. cum ſeq.

i. tex.in prin tit.I.de emp. & vendit.& in l.1.§. fin. l. 2.§.fin.& l 9.in venditionibus.in prin h.tit.

k. l.35.quod ſæpe.§.in his quæ pondere.& §.pen.h.tit. l.12.non idcirco. C eo.

l d.prin tit.I.de empt.& vendit.& d.l. quod ſæpe. in prin.h.tit.

pta,

pta, & ſi per tabellionem fiunt, niſi & completiones acceperint, & fuerint partibus abſoluta [m]: quod tamen non in ſola emptione & venditione, ſed in alijs quoq; contractibus, ita Iuſtinianus Imperator conſtituit [n].

V. Conſenſum ſanè, ſicut in alijs omnibus conuentionibus & contractibus [o], ita quoq; in emptionibus & venditionibus debere intercedere, palam eſt: cæterùm ſiue in emptione & venditione diſſentiant, ſiue in precio, ſiue in quo alio, emptio imperfecta eſt: Si igitur in re ipſa, quæ emitur, ſit erratum, puta, ſi ego me fundum emere putârim Cornelianum, tu mihi te vendere Sempronianum putaſti, quia in corpore diſſenſimus, emptio nulla eſt [p].

VI. Si in nomine diſſentiamus, verùm de corpore conſtet, nulla dubitatio eſt, quin valeat emptio & venditio: nihil enim facit error nominis, cùm de corpore conſtat [q]: ſi tamen in ipſo corpore quidem non erratur, ſed in ſubſtantia error ſit, vt puta, ſi acetum pro vino veneat, æs pro auro, vel plumbum pro argento, venditio rurſus nulla erit [r]: quanquam ſi in ſubſtantia conſentiant, in parte autem materiæ error incidit, puta, quia vas inauratum pro aureo veneat, valet venditio [ſ]: verùm ſi actum ſit, vt totum quod vendebatur, eadem materia conſtaret, puta, vt menſa vendita, ex ſolido argento eſſet, quæ tantùm argento cooperta erat, nulla emptio erit, pecuniaq; eo nomine data condicitur [t].

VII. Quòd ſi in qualitate aut bonitate rei, tan-

m. *§. 1. ſed hoc quidem. I. de empt. & vend. l. 17 contractus. C. de fide inſtrumento. l. vlt. C. de cont. empt. & vend.*

n. *d. l. contractus. in prin. & d. l. vlt. in fine.*

o. *l. 1 §. adeò autem. ff. de pact. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. cum §. ſeq. ff. de verb. oblig.*

p. *d. l. in venditionibus. in prin. verſ. ſi igitur.*

q. *d. l. in venditionibus. §. 1. et adde tex. in §. ſi quidem in nomine. I. de legat. l. 6 certum. ff. de reb. cred. ſi cert. pet. l. 3. § ſi nominatim ff. de condit. & demonſtr. l. 4. ſi in nomine. C. de teſtam. & quemad. teſtam. fiant.*

r. *d. l. in venditionibus. § fin. cum 2. ll. ſeqq. & l. 14. quid tamen. in fine. h. tit.*

ſ. *d. l. quid tamen. in prin.*

t. *l. 41. cùm ab eo. § fin. h. tit.*

tantùm erretur, puta, quia vinum, quod acuit pro bono, aut aurum deterius, quam emptor exiſtimaret, venditum ſit, emptio venditio valet [u]: ſed in iſtis caſibus, cùm in corpore conſentiunt contrahentes, in qualitate autem diſſentiunt, venditor tenebitur emptori, quanti intereſt eius deceptum non eſſe, & ſi venditor quoq; neſcierit [x]: quia vtiq; propter minimam cauſam res bona fide empta, inempta fieri non debet [y].

VIII. Si quis ancillam emens, virginem eſſe putârit, cùm eſſet iam mulier, emptionem valere, reſponſum eſt [z], neq; redhibitionem ex hac cauſa eſſe, veruntamen ex empto competere actionem ad reſoluendam emptionem, vt precio reſtituto, mulier reddatur [a]: cæterùm ſi ego mulierem venderem, tu puerum te emere exiſtimaſti, quia in ſexu error eſt, nulla emptio, nulla venditio eſt [b].

IX. In huiuſmodi autem quæſtionibus, perſonæ ementium & vendentiũ ſpectari debent, non eorum, quibus acquiritur ex eo contractu actio: nam ſi ſeruus meus vel filius, qui in mea poteſtate eſt, me præſente, ſuo nomine emat, non eſt quærendum, quid ego exiſtimem, ſed quid ille, qui contrahit [c].

X. Sed ſi ſeruo meo, vel ei, cui mandauero, vendas ſciens fugitiuum, illo ignorante, me ſciente, non teneri te ex empto verum eſt [d]: ſi ſeruus domini iuſſu, in demonſtrandis finibus agri venditi, vel errore, vel dolo plus demonſtrauerit, id tantum demonſtratum accipi oportet,

u. *d.l.in venditionibus.§.fin.cum 2.ll.ſeqq.*

x. *l.21.ſi ſterilis.§. quamuis.ſ.de act. empt. & vend. l.45.Labeo.h.tit.*

y. *l.54.res bona fide.h.tit.*

z. *l.11.alioqui.§.1 h.tit.*

a. *l.11.ex empto.§ ſi quis virginem.ſ. de act. empt. & vend.*

b. *d.l.alioqui.§.fin.*

c. *l.12. in huiuſmodi. in prin.h.tit.*

d. *l.13.ſed ſi ſeruo.h.tit.*

portet, quod dominus ſenſerit: idemq́; eſt in vacua poſſeſſione per ſeruum tradita [e].

XI. In his rebus, quæ pondere, numero menſuraué conſtant, veluti frumento, vino, oleo, argento, modò ea ſeruantur, quæ in cæteris, vt ſimulatq́; de precio conuenerit, videatur perfecta venditio, puta ſi vinum vniuerſaliter vno precio venierit, modò ſeruatur, vt etiamſi de precio conuenerit, non tamen aliter videatur perfecta venditio, quàm ſi res admenſę, appenſę, adnumeratæuè ſint, cum nimirum pro numero corporum, ponderis, aut menſurarum precium fuerit ſtatutum: ſimiliterq́; diſtinguitur, an grex vniuerſaliter vno precio, an verò in ſingula corpora, certo precio conſtituto, venierit [f].

XII. Quibus autem menſuris precijsq; vina aliasq́; res comparent, in contrahentium eſt poteſtate, nec quisquam cogitur vendere, ſi aut precium aut menſura diſpliceat, præſertim ſi nihil contra conſuetudinem regionis fiat [g]: atq; ita etiam aliâs inuitus quiſpiam emere aut vendere quicquam non cogitur [h]: nec irrita erit ideo venditio, quòd alio loco, quàm vbi res eſt, facta ſit [i].

XIII. Nemo tamen poteſt videri eam rem vendidiſſe, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem tranſeat, ſed hoc aut locatio eſt, aut aliud genus contractus [k]: quamuis alioqui huiuſmodi etiam emptionem fieri poſſe conſtet, quæ ex meis ædibus, in tuas ædes proiecta ſunt, vt ea mihi ita habere liceat [l].

e. *l.18. ſed ſi communis. §. 1. h. tit.*

f. *d. l. 35. quod ſæpè. §. in his quæ pondere. cum §. ſeq: & l. 34. ſi in emptione. §. alia cauſa l. 40. qui fundum. in prin. & §. qui agrum. h. t.*

g. *l. 71. Imperatores. h. tit.*

h. *l. 11. inuitum. C. de cont. empt.*

i. *l. 1. C. d. tit. de cont. emp.*

k. *l. 80. cùm manu ſata. §. fin. h. tit.*

l. *d. l. cùm manu ſata. §. huius rei.*

XIIII. Et rurſus non idcirco minus emptio perfecta eſt, quòd emptor fideiuſſorem non accepit, vel inſtrumentum teſtationis vacuæ poſſeſſiionis omiſſum eſt: nam ſecundùm conſenſum authoris in poſſeſſionem ingreſſus rectè poſſidet: precium ſanè, ſi eo nomine ſatisfactum non probetur, peti poteſt: nec enim licèt incontinenti facta, pœnitentiæ conteſtatio, conſeuſu finita, reſcindit [m].

XV. Inter patrem tamen & filium contrahi emptio non poteſt, niſi de rebus caſtrenſibus [n]: Furioſus emere aut vendere omninò non poteſt, niſi intermiſſionis tempore [o]: Sed etſi ſciens emero ab eo, cui bonis interdictum ſit, vel cui tempus ad deliberandum de hæreditate ita datum ſit, vt ei deminuendi poteſtas non ſit, dominus non ero: diſſimiliter atq; ſi à debitore, ſciens creditorem fraudari, emero [p].

XVI. Illis quoq; qui officij cauſa in prouincia agerent vel militarent, prædia comparare ibidem fuit interdictum, præterquàm ſi paterna eorum prædia à fiſco diſtraherentur [q]: & ex officio, quod quis adminiſtrat, emere non licet, tam per ſe, quàm per aliam perſonam, alioqui non tantùm rem amittit, ſed & in quadruplum conuenitur: quod ad procuratorem quoq; Cæſaris extenſum eſt: attamen ſi ſpecialiter quibuſdam conceſſum eſt, ceſſat prohibitio [r].

XVII. Is etiam, qui ſinè tutoris authoritate à pupillo emit, vel falſo tutore authore, quem ſcit tutorem non eſſe, non videtur bona fide

m. *l.12. non idcircò. C. de contr empt.*

n. *l.2. in prin. h. tit. & fa. tex. in l.4. lis nulla. l. 11. ſi à me. l. 53. vix certis. ſ. de iudicijs.*

o. *l.2. C. de contr. empt.*

p. *l.26. ſi ſciens. h. tit.*

q. *l.62. qui officij. in prin. h. tit. et fa. l.17. plebiſcito. ſ. de offic. præſid. l.33. principalibus. ſ. ſi cert. pet. l. 38. ſi quis officium. ſ. d ritu nupt.*

r. *l.46. non licet. h. tit. & fa. tex. in l. 45. in fraudem. in prin. & l.46. aufertur §. & § quod à præſide. ſ. de iure fiſci.*

fide emere: quamuis alioqui, qui à quolibet rem emit, quam putat ipſius eſſe, bona fide emiſſe dicatur [s]:

XVIII. Sed & tutor rem pupilli emere non poteſt, idemq; eſt in curatoribus & procuratoribus, qui aliena negocia gerunt [t]: niſi tamen palàm & bona fide id fiat, puta ſi tales ſint res, quæ diſtrahi poſſunt [u]: atq; itã etiam is, qui fundum à viuo patre emit, poſtea tutelam filij eius adminiſtrans, tradere ſibi poſſeſſionem poteſt, vt pupillus & familia eius decedat de fundo, & tunc ipſe ingrediatur [x].

XIX. Omnium porrò rerum, quas quis habere vel poſſidere, vel perſequi poteſt, venditio rectè fit [y], etiam ſeruitutum [z], aliorumq; iurium [a], quæ incorporalia vocantur [b]: quas verò res natura vel gentium ius, vel mores ciuitatis commercio exemerunt, earum nulla venditio eſt [c].

XX. Sic liberi hominis, etiam in eum caſum, cùm ſeruus erit [d], itemq; rei ſacræ [e], religioſæ [f], publicæ, quæ non in pecunia Populi, ſed in publico vſu habetur, vt Campus Martius [g], & veneni mali, quod nullo modo, adiectione alterius materiæ, vſui nobis eſſe poteſt [h], nulla eſt emptio venditio, ſi quis videlicèt has res, conditionem earum non ignorans, emerit [i]: attamen ſi conditionem earum emp-

s. l 27. qui à quolibet. h. ti.
t. l. 34. ſi in emptione. § fi.
u. l. 5. cum ipſe. C. de cont. empt. & vend.
x. l. 78. fiſtulas. § fundum h. tit. & fa. tex in l. 1. in prin. ſ. de auth. tuto. l. 9. quoties. § non tantùm. ſ. de admini. tuto. l. 35. diuortio § illum autem. & § fin. ſ. de nego. geſt. adde tamen limitationem iuris nouiſſimi Iuſtinianei. in auth. minoris. vbi Dd. C. qui dare tuto. vel curato. poſ. & N. 72. vt hi, qui ſe obliga. habere perhib res mino. in prin. vſq; ad § quia verò.
y. d. l. 34. ſi in emptione. § omnium. h. tit.
z. d. l. 80. cùm manu ſata. § 1. h. tit.
a. § fin. I. de ſeruitut. ruſt. & vrban. præd. § ſinè teſtamento. I. de vſufr. l. 3. § & ſinè. ſ. de vſufr. & quemad. quis vta. frua. l. 33. via conſtitui. § quæcunq; ſ. de ſeruit. ruſt. præd. cum ſimilibus.
b. tex. in tit. I. de rebus corpor. & incorpor. & in l. 1. § quædam. ſ. de reb. corp. & incorp. vbi vide expoſitionem noſtram in Synopſi, nu. 24. & 25.
c. d. l ſi in emptione. § omnium. h. tit.
d. l. 4. & liberi. l 6. ſed Celſus. in prin. d l. 34. ſi in emptione. § liberum. & l. 70. liberi hominis. h. tit. § fin. I. eod.
e. d l & liberi. & d. l. ſed Celſus. in prin. l. 51. littora. & l. 73. æde ſacra. h. tit. & d. § fin. I. eod.
f. d. l. & liberi. & d. l ſed Celſus. in prin. d. l. littora. & d. l. æde ſacra. & d. § fin. I. eod.
g. d. l. ſed Celſus. in prin. & d. l. littora. d. § fin. I. eod.
h. d. l. 36. quod ſæpè. § veneni mali h. tit.
i. d. l. et liberi. et d. l. ſed Celſus. cum alijs iam allegatis.

emptor ignorauerit, in id contrahitur obligatio, quod intereſt emptoris, deceptum ipſum non eſſe [k]: dummodò talis ſit ignorantia, quæ non in ſupinum hominem cadat [l].

XXI. Quòd ſi & emptor & vẽditor ſciat ſeruum fugitiuum eſſe, à neutra parte obligatio contrahitur: ſi emptor ſolus ſcit, non obligabitur venditor, nec tamen ex vendito quicquam conſequetur, niſi vltrò, quod conuenerit, præſtet, quòd ſi venditor ſcit, emptor ignorauit, vtrinq; obligatio contrahitur [m].

XXII. Fugitiuum quoq; ſeruum, dum in fuga eſt vendere non licet [n], neq; crimînoſum, vt cum beſtijs depugnet [o]; & Senatusconſulto cautum eſt, ne quis domum villamuè dirueret, quô plus ſibi acquireretur, neue quis negociandi cauſa, eorum quid emeret venderetuè, dupli pœna in emptorem conſtituta, & venditione irrita eſſe iuſſa [p]: in combuſta domo empta, vt dignoſcatur an & quatenus obligatio contrahatur, diſtinguitur tota domus an pars eius combuſta ſit, & ſciuerit vterq; vel non [q].

XXIII. Rem alienam diſtrahere quem poſſe, nulla dubitatio eſt: nam emptio eſt & venditio, ſed res emptori auferri poteſt [r]: communis res pro portione communionis omninò rectè venditùr [s]: ſed etſi proprietas rei ad alterum pertineat, vſusfructus tantùm noſter ſit, proprietas rectè emitur [s].

XXIIII. Suæ autem rei venditio non valet, ſiue ſciens ſiue ignorans emi, ſed ſi ignorans

rans

k. d. § fin. l. h. tit. d. l. 4. & liberi. cum l. ſeq. & alijs concordantibus.

l. d. l. 15. etſi conſenſum. §. 1. h. tit.

m. d. l. 34. ſi in emptione. §. item ſi & emptor. h. tit.

n. d. l. 35. quod ſæpè. §. ſi quis amico.

o. l. 42. domini. h. tit.

p. l. 52. Senatus cenſuit. h. tit.

q. hoc eleganter ac dilucidè explicat I.C. Paulus in l. 57. Domum. h. tit.

r. l. 28. rem alienam h. tit. & ſa. tit. C. ſi quis alteri vel ſibi. & tot. tit. C. de rebus alien. non alien.

s. l. 18. ſed etſi communis. in prin. h. tit. & ſa. tot. tit. C. de commun. rer. alien.

t. l. 16. ſuæ rei. in fine. h. tit.

rans emi, quod ſoluero, repetere potero, quia nulla obligatio fuit[u]: attamen ſi poſſeſſionem rei meæ emam, quam habet venditor, & cuius ratione in iudicio poſſeſſionis potior futurus fuiſſet, valet emptio[x]: & rem meam poſſum ſub conditione emere, quia fortè ſperatur mea eſſe deſinere[y].

XXV. Deniq; priuatis etiam interdictum fuit commercium purpuræ[z], frumentorum publici canonis[a], ſerici à barbaris comparandi[b], & vinum oleum aut aliud liquamen ad barbaros exportare prohibitum eſt[c], & arma qualiacunq; ad barbaros exportare ſub pœna capitali & publicatione omnium bonorum prohibitum[d], & liberos alienare prohibitum[e]: Si quid ſacri, religioſi, publici, quod modi cum ſit, rei venditæ accedat emptio & venditio rectè contrahi dicitur[f]: & ius priuatum, quod quis in publico habet, puta tabernæ ius, rectè emitur venditur[g].

XXVI. Pacta conuenta ſicut & aliâs[h], regulariter ſeruanda ſunt[i], puta ſi de re venditori locanda[k], retrouendenda[l], de vſuris precij præſtandis[m], de monumento in fuudo vendito non ædificando, ne vicinum habeat quem nolit[n], de re inempta futura ſi diſplicuiſſet[o], ſi certo tempore pecunia ſoluta non eſſet[p], de ancilla non proſtituenda[q], aliaq; ſimilia[r]:

u. d. l. 15. etſi conſenſum. § fin. d. l. ſuæ rei. in prin. & l. 39. ſi debitor. h. tit. l. 4. cum res C. de contr. empt.

x. d. l. 43. ſi in emptione. § rei ſuæ.

y. l. 61. exiſtimo. h tit.

z. l. 1. C. Quæ res venire non poſſ.

a. l pen. & vlt. C. d. tit. quæ res venire non poſſ.

b. l. 2. C. eod. tit. Quæ res ven. non poſſ.

c. l. 1. C. Quæ res exportari non debeant.

d. l. vlt. C. Quæ res exportari non debeant.

e. l. 1. & 2. C. de patrib. qui liberos diſtrax.

f. l. 22. hanc legem. cum 2. ll. ſeqq. l. 72. pacta conuenta. § fin. l. 73. æde ſacra h. tit.

g. l. 32. qui tabernas. h. tit.

h. l. 7. iuris gentium. §. ait Prætor. ff. de pact.

i. l. 1. & 2. l. 8. tempore contractus. & l. vlt. C. de pact. inter empt. & vend. l. 72. pacta conuenta. h. tit.

k. l. 75. qui fundum. & l. 79. fundi partem. h tit.

l. d. l. qui fundum. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.

m. l. 5. initio C. d. tit. de pact. inter empt. & vendito. *n. l. vlt. C. de pact. inter empto. & vendito.* *o. l. 3. & d. l. 34 ſi in emptione. § alia cauſa h. tit. & fa. tot. tit. ff. de in diem addict.* *p. l. 6 ſed Celſus. § 1 h. tit. & tot. tit. ff. de lege commiſſoria. l. 1. l. 3. & 4 l. 7. ſi à te. C de pact. inter empt. & vendit.* *q. l. 56 ſi quis ſub hoc. h. tit.* *r. d. l. 75. qui fundum. h. tit l. 6. cum te. C. de pact. inter empt. & vend.*

conditio etiam adiecta regulariter ſeruari debet [s].

XXVII. Ita quoq; emptio & venditio rectè contrahitur, empta erit, quanti tu emiſti, tanti quantum ego in arca habeo [t], centum & quantò pluris vendidero [u], quanti defunctus emit [x], quanti Titius æſtimauerit [y]: attamen in arbitrium emptoris aut venditoris precij æſtimatio non rectè confertur [z]: Si mihi & Titio fundum emam, ad me ſolum pertinebit emptio [a], & vnus hæres emptoris, partem tantùm precij offerens, rem ſibi tradi non rectè petit [b].

XXVIII. Quædam cùm expreſſè dicta non ſunt, interpretatione ad certitudinem reuocantur, veluti ſi quis in venditione fundi aquam dixit acceſſuram [c], ſi frumenta manu ſata excepit [d], vel omnem fructum [e], ſi dolia acceſſura dixit [f], ſi ita venditus ſit fundus, vt optimus maximusq; eſt [g], ſi lapidicinæ exceptæ ſunt [h], ſi fiſtulas acceſſuras dixit [i], ſi ſylua cædua vendita ſit [k], ſi ſeruus venditus [l].

XXIX. Si in emptione fundi dictum ſit, accedere Stichum, neq; intelligatur quis ex pluribus, cùm de alio emptor, de alio venditor ſenſerit, is debetur de quo venditor ſenſerit, nec refert, quanti ſit eius acceſſio, quia pleraſq; res aliquando propter acceſſiones emimus [m]: & rurſus ſi ex centum dolijs ſexaginta acceſſura dictum eſt, in venditoris erit poteſtate, quæ

s. *d.l.6. ſed Celſus. §. fin. & l.ſeq. in prin. l.41. cùm ab eo. l.50. Labeo ſcribit. & l. vlt. in prin. h. tit.*

t. *l.7. hæc venditio. §. huiuſmodi. h. tit.*

u. *d.l. hæc venditio. § fin.*

x. *l.37. ſi quis fundũ. h. ti.*

y. *§. precium autem I. de empt. & vend. l. vlt. C. de contr. empt. & vend.*

z. *d.l. hæc venditio. in prin & d.l.35. quod ſæpe. §. 1. h. tit. l.13. in vendendis. C. de contr. empt. & vend.*

a. *l.64. fundus ille. h. tit. & fa. l.5. proprium. ſ. com. prædio.*

b. *l.78. fiſtulas. §. qui fundum. h. tit.*

c. *l.40. qui fundum. §. in lege fundi. & l.47. ſi æquæductus. cum l. ſeq. h. tit.*

d. *d.l. qui fundum. §. fundi venditor. et l.80. cùm manu ſata. in prin. h. tit.*

e. *d.l. qui fundum. §. cùm fundum.*

f. *d.l. qui fundum. §. dolia. cum. §. fin.*

g. *l.59. cùm venderes. & l. vlt. §. vlt. h. tit.*

h. *l.77 in l. fundi. h. tit.*

i. *d.l.87. fiſtulas. in prin. h. tit.*

k. *d.l.80. cùm manu ſata. § ſylua cædua. h. tit.*

l. *l.29. quoties ſeruus. cum 2. ll. ſeq. h. tit.*

m. *d.l.34. ſi in emptione. in prin. h. tit.*

te; quæ dare volet [n]: ſic quoq; in alternatiuis ſi Stichus aut Pamphilus emptus eſt, in poteſtate eſt venditoris, quem velit dare, ſicut in ſtipulationibus: ſed vno mortuo, qui ſupereſt, dari debet: quòd ſi pariter deceſſerunt, precium nihilominùs debebitur [o].

XXX. Extra hoc autẽ pacti obſcuritas venditori nocet [p]: ſed ſimulata [q], aut fraudulenta [r], aut imaginaria emptio & venditio [ſ], vel quæ donationis cauſa initur [t], nulla eſt: præſtari autem debet in hoc contractu dolus & culpa [u], & ſi confinem celauit venditor, quem ſi audiſſet emptor, empturus non fuiſſet tenebitur [x], de caſu ſanè non tenebitur [y], niſi receperit eum [z], ſicut & ea, quæ commedandi cauſa dicuntur, ſi palàm appareant, venditorem non obligant [a].

XXXI. Non aliter verò, quod vendidi, fit accipientis, quàm ſi aut precium mihi ſolutum ſit, aut ſatis eo nomine factum, vel etiam ſi fidem habuerim emptori, ſinè vlla ſatisfactione [b]: cùm autem à venditore res emptori traditur, tranſit ad illum non ſolùm poſſeſſio, ſed etiam dominiũ, quod & clauibus, ad merces ex horreo auferendas, traditis, contingit: ſed ſi venditor dominus non ſit, conſtituitur emptor in vſucapiendi conditione [c], ſicut & aliâs iure venditoris vtitur [d].

n. l. 60. comprehenſum. b. tit.

o. l. 26. ſi ita diſtrabatur. d. l. ſi in emptione. §. ſi emptio. b. tit. & fa. tex in l. 2. §. Scæuola aliàs l. 3. in prin. ſ. de eo quod certo loco. l. 10 plerunq; §. fin. ſ. de iure dot. l. 75. vbi autem. §. qui illud. ſ. de verb. oblig.

p. l. 21. Labeo. & l. 33. cũ in lege b. tit. l. 39. veteribus. ſ. de pact.

q. l. 7. ſi ancillam. C. b. tit.

r. l. 38. ſi quis donationis. b. tit l. 6. ſi Gaudentius C. eo.

ſ. l. 55 nuda. b. tit.

t. l. 36. cum in venditione. & d. l. ſi quis donationis. b. t. l. 3. & l. 8. ſi non donationis. C. eo.

u. l. 35. quod ſæpè. §. ſi res vendita. l. 68. ſi cùm fundum. b. tit.

x. d. l. quod ſæpè. §. fin. & l. 63. cùm ſeruum. § fin. b. tit.

y. §. cùm autem emptio. I. b. tit. l. 69. Rutilia Polla. b. t. & tot. tit. ſ. de per. & com. rei vend. & C. eo.

z. l. 78 ſi fiſtulas. §. fin. b. tit.

a. l. 43. ea quæ commendandi. in prin. & §. 1. b. tit.

b. l. 19. quod vendidi. & l 53. vt res emptoris. b. tit.

c. l. 74. clauibus. b. tit.

d. l. 76. dolia. § fin. b. tit.

Diſputat. II. Reſpond. Iohannes Oeſten, Pomeranus.

De in diem addictione: Tit. 2.

1.2.3.4.5. *In diem addictio duplici modo ſit, & quæ vtriuſq; poteſtas?*
6.7.8. *Melior conditio quàm variè dicatur afferri?*
9.10.11. *Oblata meliori conditione quod ſit emptoris aut venditoris ius?*

I. INter cæteras autem conditiones, quæ adijci emptionibus & venditionibus ſoleat, etiam illa eſt, qua in diem aliquid addicitur: fitq; in diem addictio in hunc modum, ille fundus centum eſto tibi emptus, niſi ſi quis intrà calendas Ianuarias proximas meliorem conditionem fecerit, quo res à Domino abeat [a].

II. In primis verò, in addictione in diem intereſt, quid actum ſit, & ſiquidem hoc actũ eſt, vt meliore allata conditione ab emptione diſcedatur, erit pura emptio, quæ ſub conditione reſoluatur [b]: ac talis emptor medio tempore dominus eſt [c], vel vſucapere poteſt, & fructus & acceſſiones lucrabitur, & periculum ad eum pertinebit, ſi res interierit, quoniam poſt interitum rei iam nec adferri poſſit melior conditio [d].

III. Sin autem hoc actum eſt, vt perficiatur emptio, niſi melior conditio offeratur, erit emptio conditionalis, & ideò iſtiuſmodi emptor nec vſucapere poterit, nec fructus ad eum pertinebunt [e].

IIII. In pura illa emptione, quæ propter addictionem in diem, ſub conditione reſoluatur, is qui emit fundum in diem, interdicto quod

a. *l. [illegible] tit.*
b. *l.2.h.tit.*
c. *l.4. vbi autem. §. ſed & Marcellus. h. tit.*
d. *d.l.2. in fine.*
e. *d.l.2. verſ. ſin autem & d.l.4. vbi autem. in prin. h.t.*

quod vi aut clam vti poteſt, quia omne commodum & incommodum rei ad emptorem pertinet, antequàm venditio transferatur, & interdictum hoc ei competit cuius intereſt opus non eſſe factum: ideoq; ſi quid tunc vi aut clam factum eſt, quamuis melior conditio allata fuerit, ipſe vtile interdictum habebit [f].

V. Sed & is qui purè emit, ſub conditione in diem addictionis reſolutiua, quia medio tempore dominus rei eſt, vel domini loco, pignori rem dare poteſt, attamen meliori allata conditione, res pignori eſſe deſinet [g]: quodſi res interempta ſit, nec fructuum adiectio admitti poterit, ſicut omnino alterius rei, quàm quæ diſtracta eſt, non ſolet adiectio admitti [h].

VI. Melior porrò conditio adferri videtur, ſi precio ſit additum, vel ſolutio facilior aut maturior afferatur, locus ſoluendo precio opportunior dicatur, ſi perſona magis idonea ad emptionem accedat, vel quæ melioribus conditionibus emat, aut ſatisdationem nullam exigat, remittatuè ea quæ venditori grauia erant [i]: & in ſumma quicquid ad vtilitatem venditoris pertinet, pro meliore conditione haberi debet [k], meliorq; ea conditio intelligitur, quam venditor comprobauit, cui licuit non addicere [l].

VII. Eo autem ipſo, quòd alius exiſtat emptor, vel ſi falſus emptor ſubiectus ſit, non videtur melior conditio allata [m]: quamuis non impedit quicquam ſæpiùs hoc agi vt fundus collocetur, dum vel prima, vel ſecunda, vel tertia ad-

f. *d. l. 4. vbi autem. § idem Iulianus libro. 80.*

g. *d. l. vbi autem. § ſed & Marcellus.*

h. *d. l. vbi autem. § 1. idem Iulianus.*

i. *d. l. vbi autem. § fin. & l. 14. ſi venditor. § fin. h. tit.*

k. *l. 5. quicquid enim. & l. 15. ſi prædio. § ſi fundus. & § fin. h. tit.*

l. *l. 14. ſi venditor. in prin. & § 1. h. tit.*

m. *d. l. vbi autem. §. cùm igitur. & l. 10. ſed ſi propenatur. h. tit.*

 tia ad-

tia adiectione, res à venditore diſcedat [n]: & vni vel duobus ex pluribus emptoribus pars eius in diem addici poteſt, & vnus vel duo venditores ex pluribus, partes ſuas in diem addicere poſſunt [o], & plures res ſimul in diem poſſunt addici [p].

VIII. Si prædio in diem addicto, ante diem venditor mortuus ſit, ſiue poſt diem hæres exiſtat, ſiue omnino non exiſtat, priori prædium emptum eſt, quia melior conditio allata intelligi non poteſt, cùm is qui vendat non exiſtat: quòd ſi intra diem adiectionis hæres exiſtat, melior conditio ei adferri poteſt [q].

IX. Licet autem venditori, meliori allata conditione, addicere poſteriori, niſi prior paratus ſit plus adijcere [r]: ideoq; neceſſe habebit venditor meliore conditione allata, priorem emptorem certiorem facere, vt ſi quid alius adijcit, ipſe quoq; adijcere poſſit [ſ]: ſed & venditori licebit meliorem conditionem oblatam abijcere, ſequiq; primam quaſi meliorem, niſi hoc nominatim actum fuerit vt liceret reſilire emptori, meliori conditione allata [t].

X. Emptorem poſteriorem, qui meliorem conditionem attulerit, præter corpus nihil ſequitur, quod venierit [u]: prior autem emptor ſicut fructus in diem addictæ rei, cùm melior conditio fuerit allata, venditori reſtituere neceſſe habet, ita rurſus quæ prior emptor medio tempore neceſſariò probauerit erogata, de reditu retineri, vel ſi non ſufficiat, à venditore ei ſolui æquum eſt, empti & venditi actione vtrinq. ad hæc competente [x]. Con-

n. l. 11. quod autem Sabinus. in prin. h. tit.

o. d. l. quod autem Sabinus. §. fin. l. 12. etſi diſpares. l. 13. quod ſi vno. & l. 14. ſi venditor. in prin. l. 17. cùm duo. & l. 18. cùm in diem. h tit.

p. d. l. vbi autem §. idem Iulianus eodem. & d. l. cum duo.

q. d. l. 1. ſ ſi prædio. in prin. h. tit

r. l. 7. licet autem. h. tit.

ſ. l. 8. neceſſe autem, h. tit.

t. l. 9. Sabinus ſcribit. h. tit.

u. d. l. 14 ſi venditor §. fin. h. tit.

x. d. l vbi autem §. idem Iulianus libro 80 l. 6. item quod in prin. & § fin. cum l. 16. Imperator. h. tit.

XI. Contra ſecundum emptorem prior de precio ſuo, quod in exordio ſoluit, citra delegationem, iure ſtipulationis interpoſitā, agere non poteſt y: ſicut nec ob rem ablatam contra venditorem agere poteſt, ſi poſteriori emptori, ſinè dolo, meliori conditione addicta applicitaq; res ſit z.

y. *l. vlt. h. tit.*

z. *l. pen. h. tit.*

De lege commiſſoria: Tit. 3.

1. 2. Lex commiſſoria qualis, & quomodò eam euitet emptor?

3. 4. 5. Legem commiſſoriam quomodò exerceat venditor & quando?

I. Conditio quoq; adijcitur emptioni & venditioni, cùm lege commiſſoria res venierit, puta cùm venditor fundi ita cauit, vt fundus inemptus ſit, ſi ad diem pecunia non ſoluatur: qua tamen ratione magis ſub conditione reſolui, quam ſub conditione contrahi videtur emptio. & legem commiſſoriam, ſi volet, venditor exercebit, non etiam inuitus a.

II. Debet autem emptor, ſi vult ſe legis commiſſoriæ poteſtate ſoluere, offerre precium venditori, & non expectare interpellationem b: ſi tamen per emptorem non ſteterit, quô minùs die ſtatuto precium ſolueret, fortè quia noluit venditor recipere pecuniam, & emptor eam depoſuit & conſignauit, aut quia à fiſco teſtatò conuentus eſt, ne ante mulieri pecuniam exolueret, quàm fiſco ſatisfaceret, non cenſebitur commiſiſſe in legē venditionis c.

III. Si per emptorem factum ſit, quò minùs legi pareretur, & ea lege vti venditor velit,

a. *l. 1. 2. & 3. h. tit.*

b. *l. 4. ſi fundus §. fin. h. tit.*

c. *d. l. ſi fundus §. fin. & l. vlt. h. tit. l. 7. ſi a te. C. De pact. inter empt. & vend.*

res inempta erit, & id quod arrhæ vel alio nomine datum eſt, apud venditorem remanebit [d]: nec id, quod acceſſurum dictum eſt, emptori debebitur [e]: quinimò tam pro re vendita repetenda, quàm etiam de his quæ ex fundo ſic vendito percepta ſunt, itemq; pro reparato damno, ſi fortè emptor deteriorem fundum fecit, venditor ſibi obligatum habebit emptorem, & nihil omnino penès emptorem ex ea re remanere oportet, in qua fidem fefellit [f].

IIII. Quòd ſi, ſicut fieri ſolet, conuentum ſit, vt ſi venditor eundem fundum venderet, quantò minoris vendiderit, id à priori emptore exigat, etiam hoc nomine aduerſus emptorem priorem ex vendito actio erit [g]: de fructuum petitione ſanè ſecurus erit prior emptor, ſi partem precij ſoluit [h].

V. Statim verò atq; commiſſa lex eſt, ſtatuere venditor debet, vtrùm commiſſoriam velit exercere, an potiùs precium petere: nec poterit ſi commiſſoriam elegit, poſtea variare [i]: & rurſus ſi poſt diem legi commiſſoriæ præſtitutum, venditor precium petijt, vel partem reliquæ pecuniæ accepit, legi commiſſoriæ renunciatum videtur, nec variare & ad hanc redire poteſt [k]: idemq; eſt, ſi poſt præſtitutum diem vſuras precij petijt [l].

d. l. 6. de lege commiſſoria. h. tit. l. 1. C. de pact. inter empto. & vend.

e. d. l. de lege commiſſoria. §. idem reſpondit.

f. d. l. ſi fundus. in prin. & l. 5. lege. h. tit. l. 3. C. de pact. inter. empto. & vend.

g. d. l. ſi fundus. §. in commiſſoria.

h. d. l. ſi fundus. §. ſed quod ait.

i. d. l. ſi fundus. §. eleganter.

k. d. l. 6. de lege commiſſoria. § fin. & l. 7. poſt diem. h. tit.

l. l. 4. commiſſoria. C. de pact. inter empto. & vend.

De hæ-

De hæreditate vel actione vendita: Tit 4.

1. 2. 3. 4. De hæreditate quomodò contrahi poſſit emptio & venditio?
5.6.7.8.9.10.11.12. Hæreditate vendita, quid præſtet emptori venditor?
13. 14. 15. Quid conſequatur venditor hæreditatis ab emptore?
16. 17. 18. Nomine vendito, vel actione vendita quid præſtetur?

I. INter cæteras verò res, quæ emi vendiq́; poſſunt, etiam hæreditas refertur: ſed cùm hæreditatem aliquis vendit, eſſe debet hęreditas, vt ſit emptio: nec enim alea emitur, vt in venatione & ſimilibus, ſed res, quæ ſi non eſt, non contrahitur emptio, & ideò precium condicetur [a], puta ſi hæreditas venierit eius, qui viuit, aut nullus ſit, nihil actum cenſetur, quia in retum natura non ſit, quod venierit [b].

II. Quòd ſi nulla hæreditas ad venditorem pertinuit, ſi tamen eſt aliqua hæreditas, ſed ad venditorem non pertinet, ipſa æſtimabitur: ſi nulla eſt de qua actum videatur, precium duntaxat, & ſi quid in eam rem impenſum eſt, emptor à venditore conſequetur [c], & ſi quid amplius eius intereſt [d].

III. Quòd ſi in venditione hæreditatis id actum eſt, ſi quid iuris eſſet venditoris, venire, nec præterea quicquàm præſtitum iri, quamuis ad venditorem hæreditas non pertinuerit, nihil tamen ob id præſtabitur [e]: nam & hoc modo admittitur venditio, ſi qua eſt mihi hæreditas, eſt tibi empta, quia quaſi ſpes hæreditatis & ipſum incertum rei vt captus piſcium in retibus venit [f].

a. l. 7. cùm hæreditatem. h. tit.
b. l. 1. h. tit. & dictum eſt. ſ. ſub tit. de cōtr. empt. nu. 2.
c. l. 8. quod ſi nulla. h. tit.
d. l. 9. & ſi quid. h. tit.
e. l. 1. quòd ſi in venditione. & l. 13. quòd ſi ſit, in fine. h. tit.
f. l. 10. nam hoc modo. h. ti. l. 8. nec emptio. in prin. & §. 1. l. 15. etſi conſenſum. in pr. l. 39 ſi debitor. § 1. l. 44 ſi duos. l. 57. ſi domum. cum l. ſeq ſ. de contr empt.

IIII. Hoc autem ſic intelligendũ eſt, ſciens ad ſe non pertinere ita vendiderit: tunc ex dolo tenebitur [g]. Quòd ſi ſit hæreditas, ſi non ita conuenerit, vt quicquid i[n] haberet venditor, emptor haberet, tunc [hæ]redem ſe eſſe præſtare debet [h].

V. Quoties vero hæreditatem ad ſe pe[rti]nentem, & quæ re vera exiſtit, quis vendi[t] debebit res hæreditarias emptori trader[e] quanta autem hæreditas ſit, nihil intereſt niſi de ſubſtantia eius affirmauerit [k]: de e[u]ctione quoq; venditor hæreditatis ſatisda[re] non debet, cùm id inter ementem & vende[n]tem agatur, vt neq; amplius neq; minus iur[is] emptor habeat, quàm apud hæredem futurum eſſet: planè de facto ſuo venditor ſatisdare co[gendus] gendus eſt [l].

VI. Cùm de quantitate quæritur quæ in hæreditate vendita ſpectanda ſit, in primis hoc ſeruandum erit, quod actum erit, quod ſi non appareat, plerumq; hoc agi videtur, vt quod ex hæreditate peruenit, in id tempus, quo venditio fit, id videatur veniſſe [m]: ſed qui patris hæreditatẽ, vendit, non aliter hæreditatem quam ex impuberis ſubſtitutione nactus eſt, ſimul vendidiſſe cenſetur, quam ſi hoc actum eſſe appareat [n].

VII. Emptori itaq; hæreditatis à venditore, itemq; ab hærede eius pręſtari, debet, quod ad eos peruenit [o]: & quidem antequam corpora rerum hæreditariarum nactus fuerit venditor, hactenus videtur ad eum perueniſſe, qua-

g. *l. 12. hoc autem. h. tit.*

h. *d l. 13. quòd ſi ſit. in prin. h. tit.*

i. *l. 14. qui filijfamiliâs §. fin. h. tit.*

k. *l. 15. niſi de ſubſtantia. h. tit.*

l. *l in. 2. prin. h. tit.*

m. *d. l. 2. §. 1. in hære. ditate.*

n. *d. l 2 §. illud poteſt.*

o. *d. l. 2 §. non tantùm. & d l. qui filijfamiliâs §. fin. cum l. ſeq.*

quatenus mandare poteſt earum rerum perſecutionem, actionesq; tribuere: vbi verò corpora nactus eſt, vel debita exegit, vel precium accepit rerum prius venditarum, pleniùs videtur ad eum perueniſſe p. *p. d. l. 2. §. perueniſſe.*

VIII. Perueniſſe tamen accipimus cum effectu, non prima ratione: ideoq; quod legatorum nomine præſtitit, vel ſi quid æris alieni, aut cuius alterius oneris hærediiarij ſoluit, perueniſſe meritò negabitur: rerum tamē ante vēditionē hæreditatis donatarū precia, emptori à venditore præſtari æquitatis ratio exigit q. *q. d. l. 2. §. perueniſſe verſ. illud tenendum. cum ſeqq. & fa. tex. in l. pen. §. docere ſ. Ne quis eum, qui in ius vocatus eſt, vi eximat.*

IX. Illud quoq;, quod quandòq; ad venditorem peruenerit, & non ſolùm quod iam peruenit, emptori reſtituendum eſt, ſed etſi quid dolo malo venditoris aut hæredis eius factum eſt, quò minùs ad eos perueniret, & hoc emptori præſtandum eſt. feciſſe autem dolo malo: quô minùs perueniat, videtur, ſiue alienauit aliquid, vel etiam accepto quem liberauit, vel id egit dolo malo, ne de hæreditate acquireret, vel ne poſſeſſionem adipiſceretur, quam poſſet adipiſci: ſed etſi non dolo malo, ſed lata culpa admiſerit aliquid vtiq; tenebitur: deperdita aut diminuta ſinè dolo malo venditoris non præſtabuntur r. *r. d. l. 2. §. non tantùm. cui adde l. 12. venditor. h. tit. & l. 6. qui tibi. C eo.*

X. Si quid filius vēditoris, quē in poteſtate habet, vel ſeruus defūcto debuerit, de peculio, vel de in rē verſo vēditor ēptori tenebitur ſ: & nō ſolùm hęreditarias actiones, ſed etiam eas obligationes, quas vēditor ipſe vt hæres cōſtituit, emptori præſtare debet t: attamē ſi quid lucri occaſionę hæreditaris venditor ſenſit, *ſ. d. l. 2 § illud quæſitum.* *t. d. l. 2. §. non ſolùm autem.*

puta ſi non debitum exegit, id retinebit, ſicut & ſi quid non debitum ſoluit, id non reputabit [u].

[u] *d.l.2.§ ſolet quæri.*

XI. Si quis, quaſi hæres, vendiderit hæreditatem, cùm ex Senatusconſulto Trebelliano hæc ipſi reſtituta eſſet, quanti emptoris intereſit, tenebitur [x]: ſi venditor hæreditatis exactam pecuniam ſinè dolo malo & culpa perdidiſſet, non tenebitur emptori [y]: qui nondum certus de quantitate hæreditatis, perſuadente emptore, quaſi exiguam quantitatem eam vendidit, bonæ fidei iudicio conueniri, vt res tradat, vel actiones mandet, non poteſt, ſed ſuo quoq; iure eorum perſecutionem habet [z].

[x] *l.16.ſi quaſi.h.tit.*

[y] *l.3.h.tit.*

[z] *l.4.qui nondũ.C.h.ti.*

XII. Actionibus autem mandatis emptor hæreditatis eo iure vti debet, quo is, cuius perſona fungitur: quanquàm vtiles etiam actiones ei dantur, aduerſus debitores hæreditarios [a]: è contrà ratio iuris poſtulat, vt creditoribus hæreditarijs, & legatarijs, fideicommiſſarijs, venditorem conuenire volentibus, is reſpondeat, & cùm emptore ſuo ordine rurſus experiatur: nam & ſatisdatio, de qua tempore vẽditionis comprehenſũ eſt, ſero tum deſideratur, & emptor inuitus excipere actiones hæreditarias non cogitur, quamuis ea lege emerit vt creditoribus hæreditarijs ſatisfaceret [b]: quod tamen in fiſco, hæreditatis venditore, aliter obtinet [c].

[a] *l.5. emptor hæreditatis. C.h.tit.*

[b] *l.2.C. h.tit.*

[c] *l.1.C. h. tit.*

XIII. Porrò ſicut lucrum omne hæreditatis ad emptorem reſpicit, ita quoq; damnum: ideoq; ſi rem venditor, qui hæres erat, vendiderit,

rit, & hoc nomine condemnatus ſit, precium verò emptori hæreditatis dederit [d], item ſiue ipſe venditor dederit aliquid pro hæreditate, ſiue procurator eius, ſiue negociorũ geſtor, quia aliquid venditori propter hæreditatem abeſt, tenebitur ei hoc nomine emptor [e], etiamſi certam rem exceperit [f], vel à primo emptore hæreditas ad ipſum reuerſa & alij vendita ſit [g].

XIIII. Sic etiam quod nomine publici vectigalis vel tributi hæreditarij [h], vel propter impenſas funeris venditor ſoluit [i], & quod ipſi à defuncto debebatur, itemq; ſeruitutes quas propter aditionem hæreditatis amiſit [k], & ſi quid nondum præſtiterit, ſed obligatus quoquo nomine ſit, agere hac de cauſa vẽditor cũ emptore poterit [l].

XV. Sed etſi hæreditatem Lucij Titij mihi vendideris, ac poſt debitori eiuſdem hæres extiſtas, actione ex empto mihi teneberis: quod ſimpliciùs etiam in illa propoſitione procedit, cùm quis ipſe creditori ſuo hæres extitit, & hæreditatem vendidit [m]: donec autem integrum precium venditæ hæreditatis ſoluatur, retinere etiã corpora hæreditaria pignoris nomine poteſt venditor [n].

XVI. Quemadmodùm verò hæreditas, ſic quoq; nomina & actiones vendi poſſunt, & quidem inuito etiam vel ignorante eo, aduerſus quem actiones mandantur [o], adeo vt nomina eorum quoq; qui ſub conditione vel in diem debent, emi vendiq; poſſint [p]: attamen ſi

d. d. l. 2. § ſicut lucrum.

e. d. l. 2. § ſiue ipſe venditor. & l. 18. ſi ex pluribus. cum l. pen. h. ti..

f. d. l. 2. § apud Iulianum cum § ſeq. & l. vlt. h. tit.

g. d. l. 2. § ſi Titius.

h. d. l. 2. § ſi quid publici.

i. d. l. 2. § quod ſi funere.

k. d. l 2. § cùm quis debitori. & ſeq.

l. d. l. 2. § fin.

m. l. 20. ſi hæreditatem h. tit.

n. l. 22. hæreditatis h. t.

o. l. 3. nominis C. h. tit. & l. 1. in fine. C. De nouat. & delegat.

p. l. 17. nomina eorum h. tit.

ſub conditione aliqua obligatio veneat, deficiente conditione nulla erit venditio: ſi obligatio conditionalis purè veneat, ſtatim venditio conſiſtet [q]: & non tantùm perſonalis, ſed etiàm realis vendi poteſt [r].

XVII. Nomine ſimpliciter diſtracto, locupletem eſſe debitorem, non præſtabit venditor, attamen debitorem eſſe præſtabit, & quidem ſinè exceptione quoq;, niſi in contrarium actum ſit: ſi certæ ſummæ debitor dictus ſit, in eam ſummam tenetur venditor: ſi incertæ ſummæ, & nihil debeat, quanti interſit emptoris [ſ].

XVIII. Debet autem venditor nominis vel actionis, omne ius, quod ex ea cauſa ei competit, tam aduerſus ipſum reum, quàm aduerſus interceſſores huius debiti, cedere emptori, niſi aliud actum ſit, ſicut & reſtituere ei debet, quicquid vel compenſatione, vel exactione eſt conſecutus [t]: & rurſus emptori nominis, pignoris quoq; perſecutio præſtari debet, etiamſi poſtea id accepit [u], & aliæ actiònes ei cedi debent, ſinè qua tamen ceſſione, vtiles quoq; habet actiones [x]: ſi filijfamiliâs nomina vendidit, actiones quoq;, quas cum patre habet, præſtare debet [y].

q. *l. 19 multum intereſt h. tit.*

r. *l. vlt. C. h. tit.*

ſ. *l. 4. ſi nomen. cum l. h. tit.*

t. *l. 23. venditor actionis. in prin. & §. fin. h ti.*

u. *l. 6. emptori h. tit & l. 6. poſtquàm. C. eo.*

x. *l. 8. ex nominis. C. h. tit.*

y. *d. l. 14. qui filijfamiliâs. in prin. h. tit.*

DIS-

De reſcindenda venditione, & quando liceat ab emptione diſcedere: Tit. 5.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Quando reſcindatur venditio, vel non?
10. 11. 12. 13. Quando liceat ſinè reſciſſione ab emptione diſcedere.

I. Ratas manere ſemper, factas iure venditiones, ipſorum etiam priuatorum intereſt [a]: attamen quibuſdã caſibus, licèt ſummo iure conſiſtat emptio & venditio, ex æquitate reſcindi ſolet [b]: ita enim ſi quis, per vim coactus, rem vendiderit, ratam habere venditionem non cogitur, maximè ſi paratum ſeſe dicat ad refundendum id emptori, quod precij nomine illatum eſt [c].

II. Deinde verò illud ad reſciſſionẽ venditionis impetrandã ſufficit, ſi quis dolo aduerſarij ſe ad vendendum emendumuè inductum eſſe, cùm hoc doloſè ab altero agi ille ignoraret, probare poſſit: dolus autem non ex quantitate precij, ſed ex qualitate facti æſtimabitur [d].

III. Rem tamen maioris precij, ſi tu vel pater tuus minoris diſtraxerit, humanum eſt, vt vel precium te reſtituente emptoribus, fundum venditum recipias, emptione & venditione authoritate Iudicis reſciſſa, vel ſi emptor id elegerit, quod deeſt iuſto precio accipias: minus autem precium eſſe videtur, ſi nec dimidia pars iuſti precij præſtetur [e].

IIII. Si Titius Seij procurator, defuncto

a. l. 3. de contractu. & l. 7. ratas. C. De reſcin. vẽ.

b. ſa. tex. in l. 1. & l. 7. diuus. in prin. ſ. De in integ. reſt. l. 183. etſi nihil ſ. de reg iu.

c. l. 1. & l. 8. ſi voluntate. in prin. C. De reſcin. vendit.

d. l. 4. ad reſcindendam. l. 5. ſi dolo. d. l. 8. ſi volũtate, l. 10. dolus emptoris. l. 11. vẽditor, l. 16. ſi quos. & l. pen. C. De reſcin. vend.

e. l. 2. & d. l. 8. ſi voluntate. in fine. C. De reſcindend. vendit.

Seio, ab eo ſcriptus hæres, cùm id ignorare
inſtrumentum venditionis, fundum vender
ſeruo hæreditario, quaſi procurator ſubſcri
ſerit, actionibus ciuilibus, ſi non ipſe vendic
non tenebitur, ſed ſerui nomine prætoria ten
bitur actione de peculio, vel de in rem verſo
V. Ex eo autem ſolo, quòd vrgente for
publicorum tributorum vel vectigalium deb
to, rem neceſſariò vendiderit, vel quòd e
cùm moram in ſoluendo traheret, in fiſcum r
dacta & ſub haſta, ſinè fraude tamen & legi
mè diſtracta ſit, emptionis & venditionis nc
fit reſciſſio: ſed emptor, qui tantum adnum
rauit fiſco, quantum priuati exegerit vtilita
ſub titulo empti perpetuo dominij iure pot
tur g.
VI. Sed & ea conditione diſtractis prædij
vt, quod Reipublicæ debebatur, emptor exo
ueret, venditor, ſi ipſe ſolutionem feceri
quanti ſua intereſt, experiri ſolummodò ac
uerſus emptorem, non etiam reſciſſioner
contractus hoc nomine petere poteſt h: ſicut
ſinè cenſu vel reliquis fundo vendito, venditi
quidem tota non redditur irrita, attamen pa
ctum hoc Reipublicæ præiudicare non po
teſt i.
VII. Propter hoc quoq; ſolum, quòd e
menti venditoris ſocer denunciauit, ne compa
raret, emptionem factā bona fides reſcindi no
patitur k: & rurſus precij cauſas cōſčtičti,nō p
cunia numerata, ſed pro ea pecoribus in ſolut
datis, contractus non conſtituitur irritus l.
Quod

f. l. 8. *Titius h. tit.*

g. l. 12. *non idcirco.* l. 16. *ſi quos. C. De reſcind. ven. & toto tit. C. Si propter publicas penſitationes venditio fuerit celebrata.*

h. l. 14. *ea conditione. C. De reſcind. vendit.*

i. *toto tit. C. Sinè cenſu vel reliquis fundum comparari non poſſe.*

k. l. 13. *ſi maior. C. De reſcind. vend.*

l. l. 9. *precij cauſa. C. d. tit. De reſcind vendit.*

VIII. Quòd ſi fundus, qui Lucij Titij erat, ob vectigal Reipublicæ non ſolutum venijt, ſeu Lucius Titius cùm minoris veniſſet, & ipſe paratum ſeſe eſſe diceret, ſolidum exoluere vectigal, reſciſſionem venditionis apud præſidem prouinciæ obtinuerit, præſesq; fundum Lucio Titio reſtitui iuſſerit, non priùs, quàm emptori precium fuerit illatum, vel ſi precium nondum ſit ab emptore ſolutum, in vectigal ſatisfactum fuerit, in bonis Lucij Titij is fundus rurſus eſſe incipiet [m].

IX. De contractu itaq; emptionis & venditionis, citra iuſtam reſciſſionis cauſam, altero inuito, nullo tempore recedi bona fides patitur, nec ex reſcripto imperatorio, adeo vt fiſcus etiam eodem iure vtatur [n]: & quamuis duplum precium venditor emptori offerat, non cenſetur probabilis cauſa reſciſſionis [o], niſi tempore contractus, vltra dimidium iuſti precij, ſeſe deceptum eſſe oſtendat [p].

X. Partis tamen vtriuſq conſenſu, re integra exiſtente, recedi ab emptione & venditione ac res inempta fieri poteſt [q]: poteſt etiam quãdiu nihil interuênit, eadem res rurſus pluris minoriſuè emi [r], eademq; ratione, ſi huius aut illius rei, altrenatiuè ſit contracta emptio & venditio, reſolui obligatio poteſt, ne alterutrius rei emptio maneat [ſ]: atq; his caſibus etiã illud, quod arrharum nomine datum eſt, ſecundùm fidem pacti repeti poteſt [t], pactioneq; patris filius quoq; qui rem peculiarem vendiderat, obiter liberatus cenſetur [u], ſicut & pactione Rei fideiuſſor [x].

m. *l. 9. fundus. h. tit.*

n. *d. l. 3. C. De reſcind. vendit.*

o. *l. 6. non eſt probabilis. C. eo tit.*

p. *d. l. 2. & d. l. ſi voluntate in fine. C. De reſcind. vend.*

q. *l. 2. & 3. l. 5. cùm emptor. §. emptio. h. tit. l. 1. & vlt. C. quando liceat ab emptione diſcedere.*

r. *d. l. 2. h. tit*

ſ. *l. 4. ſi emptio. h. tit.*

t. *d. l. vlt. C. Quando liceat ab empt. diſced.*

u. *l. 1. h. tit.*

x. *l. 3. h. tit.*

XI. Quòd ſi per acceptilationem ab em
ne & venditione recedatur, acceptilatic
ſua natura, ſed poteſtate conuentionis
bit y: Si verò id quod purè emi, ſub cõdi
rurſus emam, nihil agitur poſteriore em
ne z: ſi pupillus ſinè tutore emit, deinde
re authore emit, renouata cenſetur em
ſed ſi antè tutoris authoritas interuenit
inde pupillus ſinè tutore emat, nihil ag
ſed nec illa pactio vẽditior, capitioſa eſſe d
ſi initio pupillus tutore authore emit, de
ſolus paciſcatur a vt diſcedatur ab empt
maximè ſi iuſto errore decipiatur vendi
XII. Poſt traditionem etiam rei inter
tam, vel precium ſolutum, nuda voluntas
reſoluit emptionem, ſi non actus quoq; p
ſimilis, retro agens venditionem, interc
rit b: quòd ſi quis re integra, invito alter
emptione diſcedere velit, ſiue in ſcriptis
ſinè ſcriptis venditio celebrata ſit, is qui r
ſat adimplere contractum, ſi quidem eſt
ptor, perdit quod arrharum nomine ded
verò venditor, duplum reſtituere compell
licèt ſuper arrhis nil expreſſũ ſit c: ſic
tũ, cùm ſinè arrhis emptio contracta eſt, i
fidem contractus non implet, ad id quod i
eſt obligatur d.
XIII. Illis tamen pactionibus efficitu
am, vt diſcedere ab emptione liceat, ſi co
nit, vt res quæ vendita eſt, ſi intrà certum
pus diſplicuiſſet, redderetur: ex empto
actio erit, aut proxima empti in factum

y. d. l. 5. cùm emptor. in prin.
z. l. 7. ſi id quod in prin. h. tit.
a. d. l. ſi id quod §. ſi pupilli.
b. d. l. 2. h. tit. & l. 1. & vlt. C. Quand lic. ab empt. diſced.
c. §. 1. verſ. ita tamen. I. De empt. & vend. l. 17. contractus in fine C. De fide inſtrument. & fa. tex. in l. vlt. C. de ſponſal. & arrhis ſponſalitiys.
d. d. l. cõtractus. verſ. adeo. & l. 1. in prin. ſ. De act. empti & vend. l. 14. ea conditione. C. De reſcind. vend. l. vlt. in fine. C. Quãdo liceat ab empt. diſced.

bitur [e]: itemq; diſcedi ab emptione poteſt, ſi conuenit vt ad diem non ſoluta pecunia, res inempta fieret [f], vel ſi cũ conditione deguſtandi vinum fortè emptum ſit, & cùm guſtaretur diſplicuit [g], qua de re mox exquiſitùs paulò dicendum erit.

e. l. 6. ſi conuenit. h. tit. l. 3. ſ. De contra. emptione & fa. tot. tit. ſ. De in diem addict.

f. l. vlt. in pri. & §. fin. h. tit. l. 6. ſed Celſ. ſ. De cõtr. empt. & fa. tot. tit. ſ. De lege cõmiſſ.

g. l. 34. ſi in empt. §. alia cauſ. ſ. De cont. empt.

De periculo & commodo rei venditæ Tit. 6.

1.	*Perfecta emptione periculum caſus fortuiti pertinet ad emptorem.*
2. 3. 4. 5.	*Pactum adnumerationis, admenſurationis, appenſionis, itemq; deguſtationis quam vim habeat?*
6. 7.	*Quid iuris in conditionali venditione?*
8. 9. 10.	*Dolus, culpa, mora quomodò præſtetur vel puniatur?*
11.	*Commodum quomodò ad emptorem pertineat?*

I. Perfecta emptione periculum caſus fortuiti in re ẽpta, ſicut & commodum, ad emptorem pertinet [a]: neceſſariò itaq; ſciendum eſt, quando perfecta ſit emptio: perfecta autem cenſetur emptio, ſi id quod venierit, appareat, quid, quale, quantumq; ſit, & precium, & ſi pure venit [b]:

II. Et quidem in rebus fungibilibus alijſq; ſimilibus, regulariter perficitur emptio, cùm adnumeratæ, admenſæ, appenſæ fuerint: quãquàm ſi per auerſionem vniuerſaliter vno precio venierint, tũc ſicut & in alijs rebus, ſimulatq; modò de re & precio conuenerit, perfecta emptio cenſetur [c].

III. Alia etiã cauſa eſt deguſtandi alia metiendi: guſtus enim ad hoc proficit, vt improbare

a. §. cùm autem emptio. I. De empt. & vendit. l. 7. id quod poſt. in prin. & l. 8. neceſſariò in prin. & §. 1. ac paſſim toto hoc tit. l. 1. & l. 4. cùm inter. eum l. pen. & vlt. C. eo.

b. d. l. neceſſariò in prin.

c. l. 35. quod ſæpe §. in his quæ pondere, cum §. ſeq. ſ. De contr. empt. l. 1. §. ſed & cuſtodiam. & l. 4. ſi quis vina. §. ſi auerſione. cum §. ſeq. h. tit. l. 2. C. eo. & dictum eſt ſ. ad tit. De cõtr empt. nu. 11.

bare liceat, atq; impunè etiam ab emptione diſcedere, menſura verò non eò proficit, vt in arbitrio ſit emptoris, res veneat, vel non, ſed vt appareat, quantum ematur [d].

IIII. In rebus itaq; ad deguſtationem auerſione vel ſinè auerſione emptis, vſq; ad deguſtationem, periculum caſus fortuiti & damnum ſuſtinebit venditor, quamuis ſignata ſint ab emptore vaſa, quibus vinum, quod fortè emptum eſt, contineatur, niſi tamen aliter de periculo nominatim conuenerit [e]: ſed etſi vina intrà certum diem deguſtanda dixerit venditor, deinde per ipſum ſteterit, quô minùs deguſtarentur etiam vltra diem periculum ſuſtinebit [f].

V. Si vinũ nõ ad deguſtationem, ſed ſimpliciter ad menſuram emptum ſit, donec admetiatur, periculũ ad venditorem pertinebit, ſicut & cuſtodiam præſtare debebit: quanquàm ſi nec ad menſuram, nec ad guſtationem ſed per auerſionem vendidit, puta integra dolia, ſtatim & ante menſuram, periculo caſus fortuiti liberabitur venditor, pertinebitq; id ad emptorem [g].

VI. Quòdſi ſub conditione res venierit, ſi quidem defecerit conditio, nulla eſt emptio: & rurſus ſi pẽdente conditione res interierit, nulla eſt emptio: ſed ſi extiterit conditio, quãuis res deterior facta ſit, damnum erit emptoris: quòd ſi pendente conditione emptor vel venditor deceſſerit, & poſtea extiterit conditio, hæredes quoq; obligati erunt: ſi penden-

te con-

d. l. 34. ſi in emptione §. alia cauſa ſ̃. De contr. emp. & d. l. 1. in prin. & §. ſed & cuſtodiam h. tit.

e. d. l. 1. in prin. & § ſi dolium. cum d. l. 4. ſi quis vina. in prin. h. tit.

f. d. l. ſi quis vina. in pri. h. tit.

g. d. l. 1. §. ſed & cuſtodiam & d l. ſi quis vina. §. ſi auerſione. cum l. 10. ſi in venditione §. fin. l. 15. ſi vina. h. tit. & d. l. 2. C. eo.

te conditione res tradita ſit, emptor non poterit eam vſucapere pro emptore, & quod precij ſolutum eſt, repetetur, & fructus medij temporis, venditoris ſunt [h].

VII. Si ita res venierit, ſiue nauis ex Aſia venierit, ſiue non venerit, ſtatim perfecta eſt venditio, quia certum eſt obligationem contractam eſſe [i]: & ſicut aliâs pacta conuenta de periculo rei valent [k], ita quoq; in conditionali emptione pactum valebit, ſi conuenerit vt res periculo emptoris ſeruaretur [l].

VIII. Quamuis autem periculum rerum emptarum ad emptorem pertineat, tamen donec rem emptori tradat, eam diligentiam in cuſtodienda re adhibere debet venditor, quam debent homines frugi & diligentes præſtare, atq; ita de dolo quidem & lata leuiq; culpa venditor tenebitur, ſed de caſu fortuito damnoq; fatali, & vi maiori excuſatus erit [m].

IX. Quòdſi emptor in recipienda re moram adhibuit, iam non culpam ſed dolum malum tantùm præſtabit venditor [n]: mora autem venditoris facit vt omne periculum etiam damni & interitus ad eum pertineat [o]: ſi vterq; ſimul in mora fuerit, emptori potiùs mora nocebit: quòdſi primùm venditor interpellatus non tradat rem, deinde offerente illo emptor rem non accipiat, emptori ſua mora vt poſterior nocebit: & rurſus ſi emptor priùs in mora fuit, deinde cùm omnia in integro eſſent, venditor moram adhibuerit, illi ſua mora poſterior nocebit [p].

h. d. l. 8. neceſſariò in prin. h. tit.

i. d. l. neceſſariò § ſi ita venierit.

k. d l. 1. in. prin. & d. l. 4. ſi quis vina in prin. & §. ſi auerſione. h. tit. l. 5. ſi vt certo §. nunc videndum ſ. Commod. l. 1. § ſi conuenit ſ. Depoſ. l. 32. contractus §. ſed hæc ita ſ. De reg. iu.

l. l. 10 ſi in venditione. in prin. h. tit.

m. d. § cùm autem emptio I. De empt. & vendit. d. l. 35 quod ſæpe §. ſi res vendita. & l. 68. ſi cùm fundum ſ. De contr. empt. l. 2. §. fin. cum l. 3. l. 11. ſi vendita. cum 4. reſponſis ſeqq. h. tit.

n. l. 17. illud ſciendum. in prin h. tit.

o. d. l. 4. ſi quis vina. in prin. h. tit.

p. d. l. illud ſciendum ver. quòd ſi per venditorem. cum ſeqq. & l. 5. ſi per emptorem h. tit. l. 51. ſi & per emptorem. ſ. D. act. empti

X. Ex veteri iuris rigore, ſi quis vinum miſſet, & in die præſtituto admenſionis id no recepiſſet, teſtata denunciatione priùs fac licebat vinū effundere, & per corbem mer ſuram facere, attamen laudabiliùs & comm diùs dicitur facere venditor, qui vaſa condux rit, iiſq́, vinum incluſerit, nec priùs reddider vinum, niſi quanti conduxerit ab emptore re datur, quiuè vendiderit vinum bona fide, quantum ſinè ipſius incommodo fieri pote operam dederit, vt quàm minimo detrimen ſit ea res emptori [q]: ſi dies admenſioni dict non ſit, denunciatione habita, ex commod venditoris qui negociator ſit, vel ſaltem an vindemiam conſtitutus cenſetur [r].

XI. Sicut autem periculum interitus damni ex caſu fortuito, perfecta emptione emptorem pertinet, & venditor tantùm de do & culpa tenetur, ita quoq́; è contra comm dum ad emptorem pertinet, puta fructuu vel alterius lucri, aut ſi quid fundo vendi fortè per alluuionē acceſſit [ſ]: ſanè arbores an venditionem prædij vi ventorum deiectæ, emptorem non pertinebunt, quamuis hoc n mine ei venditor teneatur, ſi venditor ſciu arbores deiectas nec indicauit [t]: qui vina em exceptis acidis & mucidis, acida & mucida p ſteà petere nō poteſt [u].

D

q. l. 1. §. licet autem. cum §. fin. & l. 12. lectos. cum 3. reſponſis ſeqq. h. tit.

r. d. l. 1. §. fin. & l. 2. in prin. cum d. l. 4 ſiquis vina. §. fin. h. tit.

ſ. d. §. cùm autem emptio. il. De empt. & vend. d. l. 7. ad quod poſt: in prin. h. tit. l. 31. ſi ea res. in prin. ſ. De act. empti.

t. l. 9 ſi poſt inſpectum h. tit.

u. l. 6. ſi vina emerim. h. tit.

De Seruis exportandis, vel ſi ita mancipium venierit, vt manumittatur, vel cõtrá, Tit. 7.

1. 2. 3. *De mancipijs exportandis, non proſtituendis, manumittendis, vel non, quomodò paciſci liceat?*

I. In ſeruis & ancillis receptum eſt ſingulariter, quòd poſſint propter dominorum vel ipſorum ſeruorum commodum [a], ſub ea conditione vendi, vt exportentur vrbe vel prouincia, tc. [b]: idq; ſub denunciatione etiam manus iniiciendæ [c], vel cum pœnæ ſtipulatione [d]: quo caſu ſi manumiſſi fuerint, à fiſco vendicantur, & eâdem lege in perpetuam ſeruitutem veniunt, cùm in his ciuitatibus conuerſantur, quas contrahentes exceperunt [e].

II. Sed & de non proſtituendo mancipio ita conuenire poteſt, vt in euentum ſit manus iniectio libera venditori: quo caſu præfectus vrbi abducendi permittet facultatem: neq; lex pactionis interimitur, quòd dominium per plures emptorum perſonas, ad primum, qui deinde proſtituit, ſinè ſimili lege peruenit, ſed libertatem etiam mancipium, ex Diui Hadriani conſtitutione, conſequitur [f].

III. Si ea conditione mancipium venditum ſit, vt manumittatur, & mora repromiſſæ libertatis præſtetur, ſi tamen is qui vendidit, in eadem voluntate perſeueret, ex conſtitutione Imperatorum Marci & Commodi in Semeſtribus ſcripta, ſtatim libertatem conſequitur [g]: quod & in donationibus ita receptum

a. l. 1. & l. 6. ſi venditor § fin. l. 7. ſeruus. h. tit.

b. d. l. 1. & l. 2. l. 4. ſi minor. l. 5. cui pacto. & d. l. 7. ſeruus. h. tit. & toti tit. C. ſi ſeruus exportand. veniat.

c. l. 9. Titius. h. tit. l. 1. & 2. C. ſi ſeruus export. ven.

d. d. l. 7. ſeruus h. tit. d. l. 3 & l. vlt. C. ſi ſeruus export. ven.

e. d. l. 1. 2. & 3. C. ſi ſer. exportand. ven.

f. d. l. 6 ſi vẽditor. in prin. h. tit. l. 1. 2. & vlt. C. ſi mancip. ita. ven. ne proſtituatur. l. 56. ſi quis ſub hoc ſ. De contr. empt. l. 6. ſi quis obligatum. in fine. cum l. ſeq. ſ. Qui ſinè manumiſſ. ad liberta. perue.

g. l. 3. & 4. l. 8 quæſitum. & l. vlt. h. tit. l. 1. 2. 3. & 4. cum l. vlt. C. ſi mancip. ita fuerit aliena. vt manumitt. vel contra. l. 1. 3. & 4. cum d. l. 6. ſi quis obligatum. & l. vlt. Qui ſinè manumiſſ. ad liberta. peruen.

eſt [h]: ſi conuentum ſit ſub pœna ne manumitta tur ſeruus, etiamſi manumiſſus fuerit, libert tem non conſequitur, & tamen pœnæ quo petitio locum non habet [i].

h. l.1.C.S.mancip.ita fu er. aliena vt manumitta. l. pen. ſ. Qui ſinè manumiſſ. ad liberta. perue.

i. d.l.6.ſi vẽditor in prin. & § fin.h.tit. l.5.ea quidẽ.C.ſi mãcip.ita ſuer.aliẽa.vt ma

LIBER DECIMVS NONVS.

Diſput. I. Reſpond. Antonius Heringius, Oldenburgenſis.

De actionibus empti & venditi: Tit.1.

1.2.3.4.5.6. Quomodò ante traditionem rei actione empti ẽptor experiatur?
7. & ſeqq. Quomodò poſt traditionem, & ex quibus cauſis?
23.24.25.26.27. Quibus ex cauſis venditori actio venditi detur?
28. Vbi deficiat actiò?

I. Ex empto igitur actione, is qui emit vt tur: & ante omnia in hoc iudicium d ducitur, quod præſtari conuenit: quòd ſi nih conuenit, tunc ea præſtabuntur, quæ naturali ter inſunt, huius iudicij poteſtate, & in primi ipſam rem venditorem tradere oportet, qu res, ſiquidem dominus fuit venditor, facit emptorem dominum: ſi non fuit, euictio nomine venditorem obligat, ſi modò preciu eſt numeratum, aut eo nomine ſatisfactum

II. Emptor enim ne ab actione empti ex cludatur, offerre precium debet, cùm ex em pto agit: & ſi precij partem tantùm offera nondum eſt ex empto actio, quia vendit quaſi pignus retinere poteſt rem, quam vend dit [b]: imò verò ſi emptor alicuius legis benef cio pecuniam rei venditæ debere deſierit, a ant-

a. l.11.ex empto.in prin. h.tit. l 19. quod vendidi, l. 53. vt res emptoris, & l.74. clauibus ſ. De contr.empt. l.pen.§.vlt. ſ. De peric. & com. rei. vend. l. 1. C. De peric. com. rei. ven.

b. l.13. Iulianus § offerri h. tit. l. 8. ſi pater C. eo. tit.

anteq̀uam precium ei ſoluatur, venditor rem tradere non compelletur, & ſi tradiderit ſibi imputabit, nihil poſteà ab ẽptore conſecuturus [c].

III. Quòd ſi autem emptor vel precium ſoluerit, vel id integrum offerat, tum rectè ad traditionẽ, rei ex empto aget [d], & vẽditori qui tradendæ rei facultatẽ habet, neceſſitas traditionis incumbit [e], adeò vt manu militari transferri ab eo poſſeſſio poſſit [f]: & ſi quis alienam rem vendiderit, & medio tempore hæres domino rei exiſtat, cogetur implere venditionem [g].

IIII. Si verò venditor tradendæ rei facultatem non habet, aut alioqui emptor traditionem præciſè vrgere nolit, aget emptor ad id quod intereſt ipſius, rem habere, idq; interdum precium egreditur, ſi pluris fortè intereſt emptoris, quàm res valet, vel ẽpta eſt [h]: ſed &, cùm res eſt apud alium, ſi non ſatisdet venditor ſe reſtituturum, ſi ad ipſum perueniat, quanti plurimi periclitabitur [i].

V. Sic quoq; ſi per venditorem vini mora fuerit, quô minùs traderet, condemnari eum oportet, vtro tempore pluris fuerit vinum, vel quo emit, vel quo lis in condemnationem deducitur, item quo loco pluris fuit, vel quo venit, vel vbi agatur: quòd ſi per emptorem mora fuiſſet, deinde per vẽditorem mora fuiſſet, æſtimari oportet precium, quod ſit cùm agitur, & quo loco minoris ſit, non etiam ſi ibi vbi agitur, maioris ſit: mora autem videtur eſſe em-

c. l. 50. bona fides h. tit.

d. d. l. ex empto. in prin. d. l. vt res emptoris d. l. clauibus. cum d. l. pen. & d. l. 1.

e. §. alia autem verſ. perficiuntur. I. De donat. l. 17. contractus verſ. adeò C. De fide inſtrũ. l. 40. Quintus Mutius h. tit.

f. l. 68. qui reſtituere. ff. De rei vend.

g. l. 46. ſi quis alienam h. tit.

h. l. 1. in prin. & d. l. ex empto §. idem ait. h. tit. l. 4. ſi traditio. l. 10. cùm venditorem. & l. 12 ſicut periculum. C. eo.

i. d. l. ex empto §. venditorem. & §. idem ait.

ptoris, ſi nulla difficultas venditorem im-diat, quô minùs traderet, & præſertim ſi om tempore paratus fuit tradere [k].

VI. Illa tamen ſolummodò vtilitas, cù per venditorem ſteterit, quo minûs rem trad ret, in æſtimationem venit, quæ circa rem ex ſtit, neq; enim ſi potuit ex vino, puta, negocia & lucrum facere, id æſtimandum eſt, non m gis, quàm ſi triticum emerit, & ob eam rem quòd non ſit traditum, familia eius fame labo rauerit: nam precium tritici non ſeruorun fame necatorum conſequitur, nec maior ſi obligatio, quod tardiùs agit, quamuis creſcat ſi vinum aut triticum hodie pluris ſit [l].

VII. Datio vero poſſeſſionis, quæ à venditore fieri debet, talis eſt, vt ſi quis eã poſſeſſionem iure auocauerit, tradita poſſeſſio non intelligatur [m]: neq; vacua poſſeſſio ẽptori tradita itelligitur, ſi alius in ea legatorum fideiuè commiſſorum ſeruandorum cauſa, in poſſeſſionem miſſus eſt, aut ſi creditores bona poſſideant, vel venter in poſſeſſione ſit [n]: quòd ſi ſeruitutem prædio meo vendideris, cauere debes per te nõ fieri, quô minùs vtar [o]: & alioqui in re tradenda, venditor præſtare debet emptori, vt in lite de poſſeſſione potior ſit emptor [p].

VIII. Si modus agri minor inuenitur, pro numero iugerum venditor obligatus eſt: idemq; eſt ſi in partibus minus inueniatur, quo caſu bonitas loci æſtimatur [q]: & rurſus ex empto actio erit, ſi integram menſuram aut integrum pondus non præſtet [r]: vel ſi ſciens, iniquis

quis

k. l. 3. § cùm per venditorem. & l. 51. ſi & per emptorem. h. tit. & l. 17. illud ſciendum ſ. De peric. & com. rei vend.

l. l. 21 ſi ſterilis. § cùm per venditorem. h. tit. & ſa. tex in l. vlt. ſ. De peric. & com. rei vend.

m. l. 3. in prin. h tit.

n. l. 2. § fin. h tit.

o. d. l. 3. § ſi. iter & l. 6. tenetur § ſi tibi iter. h. tit. l. vlt. ſ. De ſeruitut.

p. d. l. 11. ex empto. § idẽ Neratius h. tit.

q. d. l. 2. in prin. l. 4. ſi ſeruum § ſi modus l. 6. tenetur. in prin. & l. 42. ſi duorum. h. tit.

r. d. l. tenetur § ſi vas.

quis ponderibus adhibitis feſellit [f], aut in modo iugerum ſciens feſellit, etiamſi poſtea alluuione tantum acceſſerit, quantum dictum erat [t].

IX. Quòd ſi ſciens alienam rem, mihi ignoranti vendideris, etiam priuſquàm euincatur, ex empto actio erit [u]: ſi rem ſibi legatam imprudens quis emit ab hærede, vel dominium ex alia lucratiua cauſa poſt emptionem ſit conſecutus, precium datum repetere poterit [x]: & qui ſciẽs rem alienam vel alij obligatam vendidit, de dolo tenebitur, etiãſi adiectum ſit in conuentione, ne eo nomine quid præſtaret [y].

X. Tenebitur item venditor actione ex empto, ad remittendam ſeruitutem, ſi in traditione ſeruum prædium fecerit, quod debebat tradere liberum [z]: ſicut & ad id quod emptoris intereſt tenebitur, ſi improbato more verſatus ſit in celanda ſeruitutes vel id egit ne emptor ignorans, ſeruitute, iſtum fũdum qui venderetur, alij fundo debere, cognoſceret [a]: aut ſi ignoranti ſeruum furtiuum vel noxium vendiderit [b], aut ſterilem vel maiorem quinquaginta annis ancillam ignoranti vendiderit [c].

XI. Tenebitur etiam venditor emptori, ſi in qualitate fundi mentitus ſit, non in modo, puta ſi dixit quinquaginta iugera eſſe vineæ & quinquaginta prati, & in pratis plus in vineis minus inueniatur: quamuis enim in vniuerſum centum iugera reperiantur, tenebitur quanti emptoris intereſt, in qualitate cum deceptum non eſſe [d]: idemq; eſt, ſi ſciens de tributo prædij non dixit [e].

Rur

f. l.32.ſi quis à me.cum l. ſeq.h.tit.

t. l.13. Iulianus §.12. ſi Titius fundum h.t.

u. l.30 .ſeruus quem. §. fin. h. tit.

x d. l Iulianus §. 13 ſi fundum.l.29· cui res.h.tit.

y. d. l. tenetur §.pen. & vlt. cum d. l.ex empto §.8. Caßius ait. & ſeq. item §. fin.h.tit.

z. l.8 ſi tibi liberum.h.ti.

a. d. l. 1. §.1. l.35 ſi quis fundum. & l.39 quære ſi quis h tit.

b. l. 4. ſi ſeruum mihi. in prin.& d.l.11.ex empto §. venditorem h.tit.

c l.21.ſi ſterilis.in pr.h.tit.

d. d l ſi ſterilis §. quamuis & l. 22.ſi in qualitate, cum l. 34.ſi fundo vendito. h.tit.

e. d. l.ſi ſterilis §.1.& l. 41. in venditione. h. tit.l.9. ſi minor C. eo

XII. Rurſus tenebitur venditor, ſi circu[m]ueniendi emptoris cauſa ita fundum vendid[e]rit, vti intrà terminum cum poſſidebat, & cù[m] ſciret certam partem ad ſe nõ pertinere, id n[on] indicauit [f]: ſi ſeruos vendidit, & ſciens ex fide[i] commiſſo illis libertatem deberi, id celauerit: ſi per colluſionem imaginarium colonum, circumueniendi emptoris cauſa, ſuppoſuit [h].

XIII. Ita autem, vtrùm quis ſciens, an ignorans vendiderit, differentia conſtituitur, v[t] qui pecus morboſum, aut tignum vicioſum ignorans vendiderit, id tantùm ex empto actione præſtet, quantò minoris emptor empturus eſſet, ſi id ita eſſe ſciſſet: ſi ſciens reticuit & emptorem decepit, omnia etiam detrimenta quæ ex ea emptione emptor traxerit, præſtare debeat, puta ſi vicio tigni ędes corruerint, ædidium quoq; æſtimatio præſtabitur, vel ſi contagione morboſi pecoris, pecora perierint, id omnino præſtabitur [i].

XIIII. Quòd ſi tutores, hoc idem feciſſe proponantur, ſiquidem ipſi rem pupillarem vendiderunt, ex empto eos teneri nequaquam dubium eſt: ſed ſi pupillus authoribus eis vendidit, in tantum tenetur, in quantum locupletior ex eo factus eſt, tutoribus in reſiduum perpetuò condemnandis, quia nec poſt pubertatem transfertur in pupillum, hoc quod dolo tutorum factu[m] eſt [k].

XV. Neq; verò ad ipſam rem conſequendam ſolummodò, actio ex empto datur, ſed etiam ad fructus rei [l], & ſi quid ex operis vendito-

f. d. l. 39 quæro ſi quis. h. tit.

g. l. 43. Titius, cum 2. ll. ſeqq h. tit.

h. l. 49 qui per colluſionẽ. in prin. h. tit.

i. d. l. 13. Iulianus in pri. eum §. item qui furem. §. quod autem diximus §. ſi venditor. & §. idem Iulianus. quibus adde tex: in d. l. 6. tenetur §. ſi vas h. tit.

k. d. l. Iulianus § 6. ſed cùm in facto.

l. d. l. 3. §. 1. d. l. Iulian. §. 8 ſi fructibus. h. tit. l. 13. fructus & l. 16. poſt perfectã C. eo.

ſum ſeruorum, vel ex vecturis iumentorum aut nauium acceſſit, ſi qua hæreditas, aut quod legatum ſeruo relictum ſit [m]: item vt præſtentur, quæ fundo aut ædibus venditis accedere ſolent [n], vel quæ forte acceſſura dicta ſunt, vtpote dolia [o]: vt ex prioris venditionis inſtrumento oſtendatur ius fundi, eiuſq; fines [p]: vt inſtrumenta ſolutorum tributorum exhibeantur [q]: vt prædium æſtimatò in dotem datum, luatur ab obligatione creditoris [r]: agri tamen penſiones aut inſularũ mercedes, ſi aliter conuentum non ſit, ad venditorem, qui locauit, pertinebunt [ſ].

XVI. Si iactum retis emero, & iactare retem piſcator noluit, incertum eius rei æſtimandum eſt: ſi quod extraxit piſcium, reddere mihi noluit, id æſtimari debet quod extraxit [t]: ſi partem tuam eſſe communem mihi vendidiſti, & antequam traderes, communi diuidundo iudicio te conuento, fundus ſocio adiudicatus ſit, quantum ob eam rem ab eo conſecutus es, mihi præſtabis: quod ſi tibi totus fundus adiudicatus eſt, totum emptori trades, ſed ita vt ille ſoluat, quod ob eam rem ſocio condemnatus es: ſi certis regionibus fundum inter te & ſocium iudex diuiſit, ſine dubio partem tibi adiudicatam tradere debes [u].

XVII. Redhibitionem porrò contineri quoq; empti iudicio, reſponſum eſt, & animalium venditor cauere debet, ea ſana præſtari, eſſe, bibere, vt oportet [x]: ſi ſtipulatio duplæ, quæ euictionis nomine interponi ſolet, non ſit

m. d. l. Iulianus §. 11. itẽ ſi quid ex operis & §. 16. ſi quid ſeruo. l. 23. ſi quis ſeruum. l. 24 ſi ſeruus. in prin. & §. 1. & l. 31. ſi ea res. in prin. h. tit.

n. d. l. Iulianus. § fin. cũ cum ſ. ll. ſeqq. l. 38. ſi venditor hominis § fin. l. 52. creditor §. fin. l. 53. ſi mercedem. §. 1. h. tit.

o l. 26. ſi quis cum fundum. & l. ſeq. l. 54 ſi ſeruus § fin. h. tit. l. 60 comprehenſum. ſ. De contr. empti.

p. l. 48. Titius hæres. h. t.

q. d. l. 52. creditor. in prin. h. tit.

r. d. l. creditor §. 1.

ſ. d. l. Iulianus § 9. ſi in locatis. & l. 53. ſi mercedem. in prin. h. tit.

t. d. l. 12 ſi iactum. h. tit.

u. d. l. Iulianus. §. 15 idẽ Celſus.

x. d. l. 11. ex empto. §. redhibitionem h. tit. & tot. tit. ſ De ædilit. edicto & redhibit. & quanti minoris & C. eo.

interpoſita, ex empto etiam iudicium euictionis nomine dabitur [y]: idemq; eſt in pignore vendito euicto [z], & in acceſſionibus euictis [a], & in illa venditione habere licere [b], vel ſi ſerui venditi nomine noxali iudicio quis condemnatus ſit [c].

XVIII. Sed & hoc nomine venditor emptori tenetur, vt præſtet damnum quod dolo ſuo aut culpa in re vendita dedit [d], etiam in acceſſionibus [e]: item vt cedat actiones aduerſus alios qui nocuerunt [f], & ad rem perſequendam [g]: vt cedat actiones extraordinarias, ad exigendum ſalarium venditæ militiæ [h]: item ſi exceptum ſit, vt inquilino habitare ad tempus, colonoue perfrui liceat, & colonus aut inquilinus damnum dederit, emptor ex empto agens cogere poterit venditorem, vt ex locato cum illis experiatur, & quicquid fuerit conſecutus, ipſi præſtet [i].

XIX. Indè quoq; venditor emptori actione ex empto tenebitur, ſi venditor ſtipulationem damni infecti non interpoſuit [k]: ſi venditor propiùs locum ſepulchri venditum, antequam mortuus ibi inferretur, ædificauerit [l]: ſi cùm pendentem vindemiam venditor emiſſet, vuas legere emptorem prohibuerit: quanquam ſi poſt rem traditam ea vti, aut fructus eius percipere prohibuerit, ad exhibendum vel iniuriarum actio erit [m].

XX. Si res euicta ſit, & habere eam emptori non liceat, non ſolùm ad precij reſtitutionem agi poteſt, ſed etiam ad impenſas in eam rem factas

y. d. l. ex empto. § .8. Caſſius ait.
z. d l. ex empto. §. 9. ſententiam.
a. d. l ex empto. §. 10. ſi quis rem
b. d. l ex empto. §. 11. qui autem.
c. d. l. ex empto §. 5. idē libro.
d. d l. 6. tenetur. §. in locum. l 36. venditor domus. & l. pen. in prin. hoc tit. l. 2. §. fin. cum l ſeq & l. 11 ſi vendita ſ. De peric. & com rei ven l. 35. quod ſæpè. § ſi res vendita & l. 68. ſi cùm fundum. ſ. De contr. empt.
e. d l. Iulianus. §. 14. in his autem.
f. d l. Iulianus §. 10. ſed etſi quid.
g. §. vtiq; tamen. I. De em. & vendit. d. l. quod ſæpe §. ſi res vendita. ſ. De contr. empt l. 13. ſi ea res. in prin. h. tit.
h. d. l. 52. creditor §. inter venditorem. h tit.
i. d. l. Iulianus §. pen.
k. d. l. 36. venditor domus. h tit.
l. d. l. 6. tenetur. §. ſi locum. h. tit.
m. l. 25. qui pendentem. h tit.

factas

factas [n], & ad vſuras precij, ac pœnam in ſtipulationem deductam [o], dum tamen in fraudem conſtitutionum de prohibito fœnore conuentio inita non ſit [p]: ſi arrhæ nomine certa ſumma data ſit, & conueniat vt diſcedatur ab emptione, tam ad diſtrahendam emptionem, quam etiam ad arrhæ repetitionem, vtilis erit ex empto actio [q].

XXI. Si vterq; noſtrum eandem rem emit, à non domino, & cùm emptio venditioq; ſinè dolo malo fieret, tradita res eſt, ſiue ab eodem emimus, ſiue ab alio atq; alio, is ex nobis tuendus eſt, cui primùm tradita eſt [r]: ſi filiusfamiliâs vendidit, vt paterfamiliâs tenebitur [ſ]: ſi procurator vendiderit & cauerit, cum domino ex empto vtiliter agi poteſt [t].

XXII. Si ſeruus vendiderit & fideiuſſor quaſi pro libero interceſſerit, dominus vltrà peculij taxationem non tenebitur [u]: ſi hæres teſtamento quid vendere damnatus ſit, & vendiderit, de reliquis, quæ per conſequentiam emptionis propria ſunt, vel ex empto, vel ex teſtamento agi cum eo poterit, niſi falsò exiſtimans ſe damnatum dare, promiſiſſet [x]: imò & proprij empti actio & hæreditaria concurrere poſſunt, ſed hoc caſu ſi volet ſeparatim duarum actionum commodo vti, ante aditam hæreditatem proprium, deinde adita hæreditate, hæreditarium venditorem conuenire debebit [y].

XXIII. Ex vendito actio venditori competit, ad ea conſequenda, quæ ei ab emptore præſtari oportet, in primis vt ſoluatur preci-

T 2 um

n. *l. 34. Titius cùm decederet. cum 2. ll. ſeqq. h. tit.*

o. *l. 47. Lucius Titius h. tit.*

p. *d. l. 13. Iulianus. § 22. ibidem Papinianus, aliàs idem Papiniã h. tit. & vide* in den Reichs abſcheidten/ die Reformation guter Policei zu Auſpurg/ Anno. 1.5.30. auffgericht. tit. von wucherlichen contracten. *mihi parte 1 fol. 208. item* in der Reformation guter Policey zu Auſpurg Anno. 1.5.48. auffgericht. tit. von Wucherlichen contracten/ *mihi parte 2. fol. 54. vide etiam And. Geyl. obſ. pract. lib. 2. obſ. 9.*

q. *d. l. 11. ex empto. § 3. is qui vina. h. tit. l. vlt. C. Quando lic. ab empt. diſc.*

r. *d. l. 6. tenetur. § ſi filiusfa. h. tit.*

ſ. *l. 31. ſi ea res § finali. h. tit.*

t. *d. l. Iulianus. § 21 ſi procurator.*

u. *l. 34 ſi ſeruus § fin. h. tit.*

x. *l. 6 ſi hæres h. tit.*

y. *l. 10. non eſt nouum h. tit.*

um quanti res venit, & vt ſoluantur precij ſuræ poſt moram, vel poſt diem traditionis non etiam vt ſoluatur duplum precij in fraudem conſtitutionum [a], vel quod venditor mora non facta conſequi potuit, veluti ſi negociator fuit, & precio ſoluto ex mercibus plus quàm ex vſuris quærere potuit [b]: nec precij ſorte, licèt poſt moram ſoluta, vſuræ peti poſſunt, cùm hæ non ſint in obligatione, ſed officio iudicis præſtentur [c].

XXIIII. Deinde verò competit etiam ex vendito actio contra emptorem, ad ſumptus & impenſas poſt contractam venditionem in rem venditam factas [d], & vt reſtituat fructus ante contractam venditionem perceptos [e], vt res emptas auferat [f], vt reſarciat venditor ſi ſeruus venditus cū peculio, ante traditionē furtū fecerit [g], vel ſi ſeruus redditus deterior apud emptorem factus ſit [h].

XXV. Sed & hoc nomine ex vendito aduerſus emptorem actio competit, vt præſtet quod conuenit, nimirum vt reficiat insulam [i], vt ſeruitutem fundo imponi patiatur [k], vt reum det locupletem [l], vt partem precij præſtet, quanto pluris rem rurſus vendiderit [m], vt fundum mihi retrouendat, vel locet, aut inquilinū habitare vel colonum frui patiatur [n], & vt pœnam promiſſam præſtet, ſi non fecit, quod conuenerat [o].

XXVI. Datur quoq; ex vendito actio contra emptorem, ad hoc quanto pluris res vendi potuiſſet, ſi dolo emptoris factum ſit, vt mino-

ris

z. d. l. 13. Iulianus §. 17. ex vendito. cum §. ſeq & l. 47. Lucius Titius. in fine. cum l. 51. ſi & per emptorem. h. tit. l. 1. & 2. l. 5. & curabit. l. 6. venditi cum ſeq. et l. 13 fructus. C. eo.

a. d. l. Iulianus. §. 22. ibidem Papinia. h. tit. & d. tit. von Wucherlichen contracten *parte 1. & 2.* in Reichs abſcheiden.

b. l. vlt. ſ. De peric. & com. rei vend.

c. d. l. 49. qui per colluſionem. §. fin. h. tit.

d. d. l. Iulianus. §. 19. præterea ex vendito. & l. 38. ſi venditor. §. 1. h. tit. d. l. 13. fructus. & d. l. 16. poſt perfectam. C. eo.

e. d. l. 2. in fin. C. h. tit.

f. l. 9. ſi is qui lapides. h. t.

g. l. 30. ſeruus quem. h. tit.

h. l. 45. idq; & Iulianum. in prin. h. tit.

i. d. l. 6. tenetur §. 1. h. tit.

k. l. 8. ſi tibi liberum h. t.

l. d. l. Iulianus §. 1[illegible] præterea ex vendito. verſ. vlt.

m. d. l. Iulianus. § 20. ſi inter emptorem.

n. l. 21. ſi ſterilis. §. pen. et vlt. d. l. Iulianus. §. pen. & d. l. 53. ſi mercedem. §. fin. h. tit.

o. l. 28. prædia. h. tit.

ris res venierit [p]: quanquam ſi colludente procuratore, minoris res vendita eſt, diſcedere ob id etiam licet ab emptione, quod & in minore viginti quinq; annis circumuento receptum eſt [q]: ſi pupillus vendiderit, ex vno latere tantùm conſtat contractus, vt emptor quidem obligatus ſit, ſed pupillus non [r].

p. d. l. 13 Julianus. §. 4. per contrarium.

q. d. l. Julianus § 23 ſi quis colludente.

r. d. l. Julianus §. 24. ſi quis à pupillo.

XXVII. Si quis à me oleum, quod emiſſet, iniquis ponderibus accepiſſet, vt in modo me falleret, petere poteſt venditor, ſibi dare oportere, quod plus eſt [ſ]: ſi procurator meus vendiderit & cauerit, ſi modò rem vendendam mandaui, vtilem habebo ex vendito actionem contra emptorem [t].

ſ. d. l. 32 ſi quis à me. h. t.

t. d. l. Julianus. §. 21. ſi procurator. h. tit.

XXVIII. Si ſeruus venditus in hoſtium ſit poteſtate, officio judicis ſuſtinenda eſt præſtatio [u]: ſed & expulſum de fundo per violentiam, ab eo, qui jus in eo non habet, venditor defendere non cogitur [x]: & vltra id quod debetur, mora non facta, exigi nihil poteſt [y]: neq; actio in rem aduerſus emptorem datur, etiamſi arrha data ſit, ſed ex vendito, perſonali actione agendum eſt [z].

u. l. vlt. h. tit

x. l. vlt. C. eo.

y. l. 15. vltra modum. C. h. tit

z l. 1. & 3. C. h. tit.

Diſput. II. Reſpond. Hinricus Scharnhorſt, Neapolitanus.

Locati & Conducti. Tit. 2.

1. & ſeqq.	*Locatio & conductio quomodò contrahatur?*
22. & ſeqq.	*Conducti actio quando competat, & ad quid?*
31. & ſeqq.	*Locatio actio quando, & ad quid competat?*
37. 38. 39.	*Vbi deficiant actiones locati & conducti?*

I. LOcatio & conductio proxima eſt emptioni & venditioni, ijsdemq́; iuris regulis conſiſtit [a]: nam & hæc naturalis atq; omnium gentium exiſtens, non verbis, ſed conſenſu contrahitur [b]: & vt emptio & venditio contrahitur, ſi de precio rei conuenerit, ita quoq; locatio & conductio contrahi intelligitur, ſi de mercede conuenerit [c]: & appellationibus ſicut in emptione & venditione, ita etiam in locatione & conductione veteres promiſcuè vſi ſunt [d].

II. Adeò autem familiaritatem aliquam videtur habere emptio & venditio, item locatio & conductio, vt in quibuſdam quæri ſoleat, vtrùm emptio & venditio ſit, an locatio & conductio: vt ecce ſi cum artifice mihi conuenerit, vt is ex auro ſuo annulos mihi facere t, certi ponderis certæq́; formæ, & acceperit, verbi gratia, trecenta, quamuis dubitaretur, placuit tamen emptionem & venditionem eſſe: quod ſi ego aurum dedero, mercede pro opera conſtituta, locatio & conductio erit [e]: quod & tũ dicendum eſt, cùm vt ſuum aurum ſubijcere poſſit aurifex, conuentum eſt [f]: quamuis egrediatur ea res notiſſimos locationis terminos, vtpote quæ non ſolet transferre dominium [g], neq; poſſeſſionem etiam, ſed conſtituit tantum alterum in poſſeſſione nomine domini [h].

III. Pro regula igitur traditum eſt, non non poſſe vllam locationem eſſe, vbi corpus ipſum non datur ab eo, cui aliquid ſit [i], & tum demum locatio eſt & conductio, quoties materia

a. l 2. in prin. h. tit. et concordat. tex. in prin. tit. I. de locat. & conduct.
b. l. 1. h. tit.
c. d. l. 2 in prin. & d. prin. tit. I. de locat. & conduct.
d. l. 19. veteres. cum l. ſeq. ſ. de act. empti & vend.
e. d. l 2. §. adeò autem. §. item quæritur. I de locat. & cond. & eſt tex ſimilis. in l. 65. conuenit mihi. ſ. de contrah empt.
f. l. 31. in nauem Sauffeij. h. tit.
g. l. 39. non ſolet. h. tit. & fa. tex in l. 24. Lucius Titius. ſ. depoſiti. l. 8. rei commodatæ. cum l ſeq. ſ. commodati.
h. l. 60. cùm in plures. §. hæredem h. tit. §. poſſidere. I de interdictis.
i. l. 20. Sabinus. ſ. de contrah. empt.

ria in quo aliquid præſtatur, in dominio dantis manet: quoties vero & res immutatur & alienatur, vel ſi nihil aliud quam pecuniam damus, pro ea re, quam nobis fieri volumus, emptio & venditio potiùs, quàm locatio & conductio eſſe intelligi poteſt [k].

k. d. l. Sabinus. & d. l. conuenit mihi.

IIII. Quòd ſi tamen inſulam ædificandam conduco, vt ſua impenſa locator omnia faciat, proprietatem quidem eorum ad me transfert, ſed nihilominus locatio eſt [l]: & ſi ædes faciendas ita conduxerim, vt quoad in opus, lapidis opus erit, pro lapide & manu precio, locatori in ſingulos pedes ſeptem darem, etiam imperfectum opus metiri oportet [m].

l. l. 23 item ſi precio. §. 1. & ſeq. h. tit.

m. l. 30 qui inſulam. §. qui ædem. h. tit.

V. Non aliter tamen locatio & conductio contrahitur, quàm ſi de certa mercede conuentum ſit [n]: quòd ſi autem ego decem tibi locauero fundum, tu exiſtimes quinq; te conducere, nihil agitur: attamen ſi ego minoris me locare ſenſero, tu pluris te conducere, contrahetur obligatio, ſed vtiq; non pluris erit conductio, quam quanti ego locator putaui [o].

n. d. l. 2. in prin. h. tit. & d. prin. tit. I. De Locat. & Conduct.

o. l. 52. ſi decem. h. tit.

VI. Rurſus quoq; ſi merces generaliter promiſſa ſit, alieno arbitrio, locatio & conductio contrahi non videtur: ſin autem quanti Titius æſtimauerit, ſub hac conditione ſtabit locatio, et ſi quidem ipſe, qui nominatus eſt, mercedem definierit, omnimodò ſecundùm eius æſtimationem, & mercedem perſoluere oportebit, & conductio ad effectum perueniet: Sin autem ille vel noluerit, vel non potuerit mercedem definire, tunc pro nihilo erit conductio, quaſi nulla mercede conſtituta [p]. Mer-

p. l. 25. ſi merces in prin. h. tit.

VII. Merces verò non ſolùm in pecunia numerata conſiſtere poteſt, ſed etiam in alijs rebus fungibilibus, vnde alius dicitur eſſe colonus, qui ad pecuniam numeratam conducit, alius qui ita conducit vt vini, olei, frumenti aliorumq; fructuum certam quantitatem præſtet, qui colonus partiarius vocatur [q]: & alibi expreſſum eſt, ita quoq, locationem & conductionem contrahi poſſe, vt ex vna tantùm ſpecie frugum, certam quantitatem præſtet, puta certam ponderationem olei [r]: & rurſus ita conuenire poteſt, vt frumenti certum modum, certo precio dominus accipiat [ſ].

VIII. Porrò quamuis reſpectu emphyteutici & cenſualis contractus, qui quaſi ſpecies quædam ſunt ſingulares locationis & conductionis [t], locatio aut temporaria aut perpetua eſſe dicatur [u], tamen de vulgaris locationis natura eſt, quòd ea ad tempus tantùm duret [x]: vnde & illud eſt, quòd locatio precariæ rogatio ita facta, quò ad is qui locaſſet dediſſetue, vellet, morte eius qui locauit, tollatur [y].

IX. Intrà tempora tamen locationis & conductionis, cũ ad tempus ea contracta eſt, ius ad hæredes tranſit [z]: & quamuis non interuenerint inſtrumenta, hæredes tamen vtrinq; tenebuntur, quia ſine inſtrumentis etiam locatio & conductio rectè contrahitur [a]: & viam veritatis ignorare dicitur, qui ignorat in conductionibus non ſuccedere hæredes [b], quamuis inuiti conductores vel hæredes eorum, poſt tempora locationis impleta, non debeant in re conducta retineri [c].

q. d. l. ſi merces. § vis maior. & l. 8. ſi paſcendo. C. De pact.

r. l. 21. ſi olei. in prin C. h. t.

ſ. l. 29. ſed addes, § ſi dominus h. tit.

t. § adeò autem. I. De locat. & conduct. l. 1. cum 2. ll. ſeqq. ff. ſi ager vectigal. vel emphyteut. peta. l. 1. & 2. ſeqq. C. De iure emphiteut. & toto tit C. De agricol. & cenſit. & colonis lib. 11.

u. l. 10. viam veritatis. C De locato & conducto.

x. d § adeò autem. I. h. tit l. 13. item quæritur. § fin h. tit. & f. tex in Nou. 120 De alienat. & emphyteut. &c. § locationes. & § emphyteuſes.

y. l. 4. locatio. h. tit.

z. d. l. 10 viam veritatis. C. De locato & conducto.

a. l. 24. contractus locationis. C. d. tit.

b. d. l. viam veritatis.

c. l. 11. inuitos. C. h. tit.

Qui

X. Qui impleto tempore conductionis remanſit in conductione, non ſolùm reconduxiſſe videtur, ſed etiam pignora conductoris videntur durare obligata, ſi non alius pro eo in priori conductione res obligauerat: tunc enim huius nouus conſenſus neceſſarius eſt: tacito autem iſtiuſmodi conſenſu reconductum videtur prædium ruſticum, in annum ſolummodò, & ita deinceps in vno quoq; anno, etſi luſtrum ab initio fuerat [d]; in vrbanis prædijs, prout quiſq; habitauerit, ita & obligatur, niſi in ſcriptis fortè certum tempus comprehenſum eſt [e].

XI. Quamuis autem huiuſmodi contractus, etiam ſinè verbis & ſinè ſcriptura ex nudo conſenſu & tacita voluntate conualeſcant, ſi tamen ante finita priora locationis & conductionis tempora, dominus deceſſerit vel furere cæperit, non poteſt intelligi locatio, cum eo redintegrata [f]: & rurſus quanquam in mercede locationis & conductionis inuicem ſe circumſcribere in modico poſſint contrahentes [g], & ſub conditione poſſit contrahi locatio & conductio, tamen donationis cauſa non rectè contrahitur, itemq; ſi quis vno nummo conduxerit, conductio nulla eſt [i].

XII. Si in lege locationis comprehenſum ſit, vt arbitratu domini opus approbetur, perinde habetur, ac ſi viri boni arbitrium comprehenſum fuiſſet, idemq; ſeruatur ſi alterius cuiuſlibet arbitrium comprehenſum ſit: nam fides bona exigit, vt tale arbitrium præſtetur,

d. *d. l. 13. item quæritur. §. qui impleto. l. 14. qui ad certum. h. tit. l. 7. ſi cùm Hermes. & l. 16. legem quidem. C. De locato & conducto.*

e. *d. l. item queritur. §. fin*

f. *d. l. qui ad certum.*

g. *d. l. 22. item ſi precio. §. fin. h. tit. & fa. tex. in l. 16. in cauſa cognitione. §. pen. ſ. De mino. 25. annis.*

h. *l. 20. ſicut emptio. h. tit.*

i. *l. 46. ſi quis conduxerit. h. tit.*

quale viro bono conuenit, idq; arbitrium ad qualitatem operis, non ad prorogandũ tempus, quod lege finitum ſit, pertinet, niſi id lege locationis & conductionis ſit comprehenſum [k].

XIII. Præſtatur autem in hoc contractu dolus & culpa, non etiam caſus fortuitus [l], ſed huius periculum ad rei dominum ſpectat [m]: quòd ſi opus auerſione locatum eſt, donec approbetur, conductoris periculum eſt: quòd verò ita conductum ſit, vt in pedes menſurasuè præſtetur, eatenus conductoris periculo eſt, quatenus admenſum non ſit: & in vtraq; cauſa nocebit locatori, ſi per eum ſteterit, quò minùs opus approbetur, vel admetiatur: ſi tamen vi maiore opus priùs interciderit, quàm approbaretur, locatoris periculo eſt, niſi aliud actum ſit: non enim amplius præſtari locatori oportet, quàm quod ſua cura atq; opera conſecutus ſit conductor, qui opus faciendum ſuſcepit [n].

XIIII. Conductor porrò omnia ſecundùm legem conductionis facere debet, & ſi quid in lege conductionis omiſſum ſit, id ex bono & æquo eum præſtare oportebit [o]: & ante omnia curare colonus debet, vt opera ruſtica ſuo quæq; tempore faciat, ne intempeſtiua cultura deterior fundus fiat: prætereà villarum curam agere debet, vt eas incorruptas habeat [p]: & ſi ita in lege locationis ſcriptum ſit, redemptor ſyluam ne cædito, neuè cingito, neuè vrito, neuè quem cingere, vrere permittito, id videbitur

k. *l. 24. ſi in lege locationis. in prin. h. tit.*

l. *§ qui pro vſu. I. de locatione & conduct. l. 9. ſi quis domum. §. pen. l. 11. videamus. in prin. & 3. §. ſeqq. d. l. 13. item quæritur. §. 1. et 7 ſeqq. l. 19. ſed addes. §. 1. et 2. l. 25. ſi merces. §. conductor. cum 3. ſeqq. h. tit. l. 27. in iudicio. C. eod.*

m. *d ll. & ſa. tex. in l. 6. quæ fortuitis. & l. 9. pignus. C. de pignoratit. act.*

n. *l. 36. opus quod auerſione. cum l. ſeq. h. tit.*

o. *§ conductor. I de locat. & conduct. d. l. 25. ſi merces. §. conductor. h. tit. l. 16. legem. C. eo.*

p. *d. l. 25. ſi merces. §. conductor.*

tur voluiſſe locator, vt redemptor, non ſolùm ſi quem vidiſſet ſylu'am cædere, prohiberet, ſed vti caueret, & daret operam, ne quis cæderet [q].

q. l. 29. in lege locationis. h.tit.

XV. Si quô ad in opus, op9 lapidis erit, pro lapide & manuprecio, dominus redemptori, in pedes ſingulos, ſeptem dare ſpopondit, etiam imperfectum opus metiri oportebit [r]: & qui operas locauit, totius temporis mercedem accipere debet, ſi per eum non ſtetit, quô minùs operas præſtaret [ſ], & medio tempore operas alteri non locauit [t]: Aduocati quoq;, ſi per eos non ſteterit, quô minùs cauſam agant, honoraria reddere non debent [u].

r. l. 30. qui inſulam. §. qui ædem. h. tit.
ſ. l. 38. qui operas. in prin h. tit.
t. d. l 19. ſed addes. §. fin. h. tit. l. 4. ſ. de offic. aſſeſſor.
u. d. l. qui operas. in fine.

XVI. Si ea lege fundum locaui, vt ſi non ex lege coleretur, mihi eum alteri relocare liceret, & quô minùs locaſſem, hoc mihi præſtaretur, nec conuênit, vt ſi pluris locaſſem, hoc tibi præſtaretur, & nemine fundum colente, pluris ego eum relocaui, meo commodo id cedet, quaſi conueniſſet, ne quid præſtaretur tibi, ſi ampliore pecunia fundus eſſet locatus [x].

x. l. 51. ea legê. in prin. h. t.

XVII. Quòd ſi in operis locatione dictum ſit, ante quem diem effici deberet, deinde ſi ita factum non eſſet, quanti locatoris intereſſet, tantam pecuniam conductor promiſit, eatenus obligatio contrahetur, quatenus vir bonus de ſpacio temporis æſtimabit, quia id apparet actum eſſe, vt eo ſpacio abſolueretur, ſinè quo fieri non poſſet [y]: opera autem duobus ſimul

y. l. 58. inſulam. §. in operis. h. tit.

locata, conuenit priori conductori antè ſatis fieri [z].

XVIII. Sed & duo vel plures correi, vnius locationis vel conductionis, in ſolidum conſtitui poſſunt [a], quo tamen caſu beneficium diuiſionis & ceſſionis non debet illis auferri [b]: & duo proprios ſuos fundos, alternis annis, alter alteri locari poſſunt: ac rurſus ſocij ſibi inuicem communem fundum alternis annis locare poſſunt [c]: ſi fideiuſſor detur in omnem cauſam, is onus quoq; vſurarum, poſt moram, agnoſcere cogetur [d]: attamen qui fideiuſſor extitit apud mancipem, pro colono publicorum prædiorum, quæ manceps ei colono locauit, Reipublicæ non tenetur, ſed fructus tantùm in eadem cauſa pignoris manent [e]: nam & res poſterioris conductoris domino non obligantur [f].

XIX. Nemo verò prohibetur rem, quam conduxit, fruendam alij locare, ſi nihil aliud conuenit [g]: ideoq; cùm in plures annos domus locata eſt, præſtare locator debet, vt non ſolùm habitare conductor ex calendis illis, cuiuſq; anni, ſed etiam locare habitatori, ſi velit, ſuo tempore poſſit: & ſi ea domus, ex calendis Ianuarijs, fracta, in calendis Iulijs permanſit, ita vt nec habitare quiſquàm, nec oſtendere alicui poſſet, nihil locatori conductor præſtabit, adeò vt nec cogi poſſit ex calendis Iulijs refecta domo habitare, niſi paratus fuiſſet locator commodam domum ei præſtare [h].

XX. Qui in horreum ſuum res alterius recipit,

z. l. 26. in operis. h tit.

a. d. l 13. item quæritur, §. duo rei. l. 47. cùm apparebit, h. tit. l. 13. ſi diuiſa. C. eod.

b. d. l. cùm apparebit, & d. l. ſi diuiſa, quibus textibus iunge auth. h. ita. C. de duobus reis. & N. 91. De duob. reis promitt. in prin. & §. 1.

c. l. 35. & hæc diſtinctio. §. fin. h. tit.

d. l. 54. quæro. in prin. h. t.

e. l. 53. qui fideiuſſor. h. tit.

f. d. l. 24. ſi in lege §. ſi colonus, h tit.

g. l. 6. nemo prohibetur. h. tit.

h. l. 60. cùm in plures, in prin. h. tit.

cipit, & mercedem pro cuſtodia accipit, etiam in leuiſſima culpa, periculum cuſtodiæ præſtat: ſed de damno ab alio dato, non tenebitur, quia nulla cuſtodia conſequi poſſe videtur, ne damnum iniuria ab alio detur [i]: ſi locator horrei propoſitum habuit, ſe aurum, argentum, margaritam non recipere ſuo periculo, deinde cùm ſciret, has res inferri paſſus eſt, perinde tenebitur, ac ſi, quod propoſitum habebat, remiſerit [k]: Rerum tamen cuſtodiam, quam horrearius conductoribus præſtare debet, locatorem totorum horreorum, horreario præſtare non oportebit, niſi in locando aliter conuenit [l].

i. l. 40. qui mercedem, cum l. ſeq. h. tit. l. 1. C. eod.

k. d. l. cùm in plures. § locator.

l. d. l. cùm in plures. § fin.

XXI. Qui alicuius rei vſum conduxit, & ad refectionem eius, certam pecuniam promiſit, ita demum eam præſtare tenetur, ſi ſatisdetur in iſtius rei refectionem impendi [m]: qui verò domum faciendam conduxit, ſi operis parte effecta, vi naturali, puta terræ motu, concuſſum ſit ædificium, locatoris periculum erit [n]: itemq; ſi inſulam ædificatam, labes, quæ ſoli vicio accidit, antequàm inſula locatori probaretur, corruperit, locatoris erit periculum [o].

m. d. l. 57. qui domum, § fin. h. tit.

n. l. 59. Marcius, h. tit.

XXII. Ex conducto igitur actio conductori datur [p], etiamſi ſtatim, ſimulatq; locatio conductioq; contracta eſſet, remiſſa ſit penſio [q]: competit autem ex his cauſis ferè, vt puta ſi re, quam conduxit, frui ei non liceat, fortè quia poſſeſſio ei, aut totius agri, aut partis non præſtatur, vel quia villa non reficitur, vel ſtabulum, agendum erit ad hoc, vt præſtetur & frui liceat,

o. l. vlt. h. tit.

p. l. 15. ex conducto in prin. h. tit.

q. l. 5. ſi tibi habitationem, h. tit.

ceat, vtq; reficiatur [r]: quòd ſi fundus incendio conſumptus [ſ], aut propter ſtuprum fortè, dimidia parte bonorum in fiſcum redacta [t], publicatus ſit [u], & ad vſum vel fructum præſtari non poſſit, pro rata temporis portione, quo vſus quis vel fruitus non eſt, mercedem datam repetere poteſt [x].

XXIII. Sed etſi colonus tuus fundo frui, à te, aut ab eo prohibeatur, quem tu prohibere, ne id faciat, poſſis, tantum ei præſtabis, quanti eius interfuerit frui, in quo etiam lucrum eius continebitur: ſin verò ab eo interpellabitur, quem tu prohibere, proptet vim maiorem aut potentiam eius, non poteris, nihil amplius quàm mercedem ei remittere, aut reddere debebis [y]: vis enim maioris tempeſtatis, ſeu vis maior, quam Græci θεοῦ βίαν appellant, non debet conductori, qui partiarius non eſt, damnoſa eſſe, ſi plus quàm tolerabile ſit, læſi fuerint fructus, vel enormis contigerit ſterilitas, nec ſequentium annorum vbertate recompenſatum ſit hoc damnum [z].

XXIIII. Quòd ſi is, qui fundum in plures annos locauerat, deceſſit, & eum fundum alij legauit, cogi quidem non poteſt colonus, vt eum fundum colat, quia nihil hæredis intereſt: ſed ſi colonus velit fundum colere, & à legatario prohibeatur, hæres colono, actione ex conducto, tenebitur hoc detrimentum reſarcire [a]: ſic quoq; qui rem locatam vendit, curare debet, vt conductori ius ſuum integrum ſeruetur, alioquin prohibitus is, aget ex conducto

r. d.l. ex conducto. in pr.
ſ. d.l. 30. qui inſulam. §. ædilis. h. tit.
t. §. item lex Iulia de adulterijs. I. de publ. iudic.
u. l. 33. ſi fundus. h tit.
x. d l. qui inſulam. §. ædilis & d l. ſi fundus.
y. d. l. ſi fundus in fine. cũ l. ſeq.
z. d. l ex conducto. §. 1. cũ ſ. ſeqq. l. 19. ſed addes. §. ſi quis, cùm. & d. l. 25 ſi merces. §. vis maior. h. tit.
a. l. 32. qui fundum. h. tit.

ducto [b]: emptor enim locationem conductori ſeruare non tenetur, niſi ea lege emit [c].

b. d.l.ſi merces.§ qui fundum.

c. l.9.emptorem.C. de locato & conducto.

XXV. Si quis domum bona fide emptam vel fundum locauerit mihi, isq; euictus ſit ſinè dolo malo culpaq; eius, nihilominùs mihi tenebitur ex conducto, vt præſtetur frui, quod conductum erat, licere, vel alia præſtetur æquè commoda habitatio [d], vel præſtetur quāti mea intereſt habitare & perfrui licere: quod & tum locum habet, cùm domus conductæ habitatio alteri rurſus elocata eſt [e]: ſi vſufructuarius fundum in quinquennium locauerit & mortuus ſit, hæres eius ad hæc non tenebitur, niſi non vt fructuarius, ſed quaſi dominus ille locaſſet [f].

d. l. 9. ſi quis domum. in prin.h.tit.

e. l.7.ſi tibi alienam.& l. 9.nos videamus.h.tit.

f. d l.ſi quis domum. §. hîc ſubiungi.

XXVI. Si alienam domum mihi locaueris, eaq; mihi legata, vel donata ſit, ad poſterioris quidem temporis vſuras non tenebor, attamen ex conducto agere potero, vt repetam cautionem, vel des mihi apocham, acceptouè me liberes, ſicut & ad penſiones temporis prioris omnino ego teneor [g]: & deniq; ſi timore imminentis ruinę, vel propter aliud graue transuerſarium conductori habitare non licuerit, agere de hoc conductor poterit [h].

g. d.l.ſi quis domum. aliàs l.ſi quis fundum. §.fin. cum l.ſeq. & ibi gl. & Dd. h.tit. & fa.tex. in l. vlt. §. Titius.ſ.de cond.indeb.l.19. plures.C.de fide inſtrum.

XXVII. Si inſulam ego à te conduxi triginta, & ego eam elocaui rurſus quadraginta tuq; demoliaris ædes, ſi quidem neceſſariò, eius ſolummodò habebitur ratio, quanti tu mihi locaſti: ſi verò non neceſſariò, id etiam in conſiderationem veniet, quantò pluris ego elocaui [i]: quanquàm ſi quis alienum prædium ſci-

h. l 27.habitatores. in pr. & §.fin.cum l.ſeq.h.tit.

i. l.30. qui inſulam.in pr. h.tit.

ens

ens contra ius locauit, & domino demolienti reſiſtere non poſſit, is ſimpliciter ad id quod conductoris intereſt tenebitur [k]: ſicut è contrà non tenebitur locator, ſi partem tantùm ædificij reficiat, & conductori nihilominùs habitare licuerit [l].

XXVIII. Si vicino ædificante grauiter obſcurentur lumina cænaculi, tenebitur hoc etiam nomine locator, inquilino: certè quin liceat colono vel inquilino relinquere conductionem, nulla dubitatio eſt: de mercedibus quoq; ſi cum eo agatur, reputationis ratio habenda eſt [m]: eademq; intelligimus ſi oſtia feneſtraſuè nimiùm corruptas locator non reſtituat [n]: atq; ita agi etiam ex conducto poteſt, vt præſtentur de quibus conuenit [o], vel quæ ſolent rebus conductis accedere [p].

XXIX. Deinde verò hoc etiam nomine locator à conductore conueniri poterit, vt recuperet id, quod rei conductæ, nomine locatoris impendit, vel auferre id, ei permittatur, puta ſi oſtium vel quæ alia adiecit [q]: item vt reſarciatur ei damnum, quod dolo vel culpa locatoris ſenſit [r], puta ſi in paſtu pecoris, reficienda aut ſarcienda veſte [ſ] ſi in habendo igne [t], in re tranſportanda, cauè reſtituenda [u], in puero, quem erudiebat, emendando [x], in gemma includenda aut ſculpenda [y], nocuit, ſi ſciens vel ignorans vaſa vicioſa locauit, aut ſciens locauit ſaltum paſcuum, vbi mala herba naſcebatur [z].

XXX. Si meſſem alius, inſpiciente colono, ſuſtu-

k. l 35. & hæc diſtinctio, in prin. h tit.

l. d.l. habitatores, in prin. & §. fin. cum l. ſeq.

m. d.l. 25. ſi merces. §. ſi vicino h. tit.

n. d. l. 15. ex conducto in prin. & d.l. 19. ſed addes, §. illud nobis.

o. d.l. ex conducto, in pr.

p. d. l ſed addes §. illud nobis.

q. d. l. ſed addes. § ſi inquilinus. l 55. dominus horreorum. §. 1. l. 60. cùm in plures. § vehiculum, cum l. pen. in prin h tit.

r. l. 28. in iudicio. C. De locato & conducto.

ſ. d. l 9. ſi quis domum aliàs. l. 10. ſi quis fundum, §. fin & d. l. 13. item quæritur, §. ſi fullo.

t. d l. 11. videamus in prin. & 2. §. ſeqq. cum §. fin. h. tit.

u. d.l. videamus. § qui vinum, & d l. 13. item quæritur. §. 1. & 2. ſeqq.

x. d. l. item quæritur. §. item Iulianus, et l 5. ſed etſi quemcunq; § fin. cum l. ſeq. ſ. ad leg. Aquil.

y. d.l. item quæritur. §. ſi gemma.

z. d l. ſed addes. § 1.

ſuſtulit, agere ex conducto colonus cum domino poteſt, vt frumentum dominus condicat, & conductori reſtituat [a]: Si, dũ pupillus, hæreditate conductoris delata, abſtentus eſſet, res alij locata ſit, agi pupilli nomine poterit, vt prioris locationis conductioniſq; iure liberetur [b]: quòd ſi perditorum veſtimentorum æſtimationem, conductor locatori præſtiterit, ad hoc agere conductor poteſt, vt cedat ei locator vindicationem & condictionem [c]: tranſit autem ex conducto actio etiam ad hæredem [d].

XXXI. Locati actio locatori aduerſus conductorem datur, vt rem reſtituat, finito vſu, aut quod intereſt locatoris, præſtet, quanti aduerſus eum in litem iuratum fuerit [e]: quinimò ex Zenonis Imperatoris conſtitutione, conductores alienarum rerum, ſeu alienam cuiuſlibet rei poſſeſſionem precariò detinentes, ſeu hæredes eorum, ſi eam dominis, repetere volentibus non reſtituerint, ſed litem vſq; ad definitiuam ſententiam expectauerint, non ſolùm rem locatam, ſed etiam æſtimationem eius victrici parti, ad ſimilitudinem inuaſoris alienæ poſſeſſionis, præbere compelluntur [f].

XXXII. Deinde verò agitur hac actione aduerſus conductorem, vt mercedem ſoluat, cũ vſuris legitimis, poſt moram commiſſam [g]: adeò vt in exuſtis quoq; ædibus, eius temporis quo ædificium ſtetit, merces præſtanda ſit [h]: & in re conductori legata donataue, præteriti temporis mercedes præſtari debeant [i], oneriſq; impoſiti merces ſoluenda ſit, etiamſi pro-

a. d. l. 60. cum in plures. § ſi meſſem. h. tit.

b. d. l. 15. ex conducto. §. fin. cum 5. reſp. ſeqq. h. tit.

c. d. l. 25. ſi merces. §. fina.

d. d. l. ſed addes. § ex conducto.

e. l. 48. ſi cui locauerim. § fin. h. tit. & fa. tex. in l. 5. in actionibus. & l. 8 tutor. ſ. de in litem iurando.

f. l. pen. C. de locato & cond. & fa. tex. in §. ita tamen. I. de vi bon. rapto. l. 6. ſi quis in tantam. C. vnde vi l. 12. ſed & partus. § fin. cũ l. 15. extat. ſ. quod metus cauſa.

g. l. 2. & l. 17 præſes prouinciæ C. de locato & cond.

h. d. l. 9. ſi quis domum. § in exuſtis. h. tit.

i. d. l. ſi quis domum. aliis l. 10. ſi quis fundum. §. fin. h. tit.

induxit, præſtare etiam tenebitur, ſi culpam ipſe in inducendis ijs commiſit [t]: dolum autem omninò præſtare tenebitur [u], ſi fortè ſeruum locatum ſurripuerit aut vulnerauerit [x]: ſi ædes integras deſtruxit [y], ſi dolo conductoris opus approbatum ſit [z], ſi habitationem vel culturam ante tempus deſeruerit [a].

XXXVI. Quòd ſi veſtimenta tua fullo perdidit, & habes vnde petas, nec repetere vis, ages nihilominùs ex locato cum fullone, ſed iudex æſtimabit an poſſis aduerſus furem magis agere, & ab eo res tuas conſequi, fullonis videlicet ſumptibus: quòd ſi hoc tibi impoſſibile eſſe perſpexit, tum fullonem quidem tibi condemnabit, tuas autem actiones te ei præſtare compellet [b]. Aduerſus eum quoq; cui locauerim faciēdum, quod egomet faciēdū cōduxerā habere, me ex locato actionē conſtat [c].

XXXVII. Aliquando tamen locationis & conductionis deficit obligatio & actio: ecce enim cùm emptor fundum conducit donec precium exoluat, conductor obligatur, locator non obligatur [d]: neq; in re propria locatio & conductio rectè conſiſtit, quamuis priùs res reſtitui, & tum de proprietate lis ſuſcitari debeat [e]: nec miles [f], nec curialis rectè conductor exiſtit [g], neq; tutores aut curatores, priuſquàm officij ſui rationes reddiderint, de patrimonio Cæſaris quicquàm conducere poſſunt [h]: nec ſeruitutem locare quis poteſt [i].

XXXVII. Sed & durante conductionis tempore, & mercede ſoluta, conductor expelli

t. *d.l. videamus. in prin. & d.l. cùm in plures. §. ſeruum meum.*
u. *d.l. in iudicio. C h. tit.*
x *l. 42 ſi locatum. cum l. ſeq. h. tit.*
y. *l 29 cùm conductorem. C. de locato & conducto.*
z. *d. l. 24. ſi in lege. in pr. verſ. quibus conſequens. h. ti.*
a. *d.l. ſi in lege. §. ſi colonus.*
b. *d. l. cùm in plures. §. veſtimenta.*
c. *l. 48. ſi cui locauerim. in prin. h. tit.*
d. *d.l. 20. ſicut emptio. in fine. h. tit.*
e. *l. 20. qui rem. l. 23. ad probationem. & l. 25. ſi quis conductionis. C h. tit.*
f. *l. 31. milites. & l. vlt. C. h. tit. l. 50. ſi ignorans. h. tit.*
g. *l. 30. curialis. C. h. tit.*
h. *l. 49. ἐι ἐπίτροποι tutores. h. tit.*
i. *l. 44. locare. h. tit.*

non poteſt, niſi proprijs vſibus dominus rem neceſſariam probet, vel corrigere domum malit, vel conductor malè in re conducta verſatus ſit [k]: nec primus conductor, finito conductionis ſuæ tempore, moleſtare debet ſecundum, alioqui ſi priuatus ſit, acriter cæſus, exilij pœnam ſubire, ſi miles, decem libris auri puniri iubetur [l]: Si conductor diu non appareat, neq; penſiones ſoluat, aperitur horreum vel domus & deſcribuntur, quæ ibi ſunt, à publicis perſonis [m].

XXXIX. Ob id quoq; peti nō poteſt, vt recedatur à locatione & conductione, quòd minoris res locata ſit, [n], quoduè alius maiorem penſionem offerat [o]: neq; conuentionis fide impleta, aut amplius quàm conuenit, quicquàm peti poteſt [p]: neq; vni ex pluribus conductoribus ſuum priùs reſtituens, aut ex voluntate locatoris in opere quid immutans, in culpa eſt [q]: neq; infantis nomine, qui in naui natus ſit, vectura debetur [r]: nec quod in re ſua, à latrônibus damnum patitur colonus, à domino petet [ſ], neq; quod furti nomine ex re conducta conſecutus eſt, domino reſtituet conductor [t]: neq; remiſſio penſionis, vni facta, in exemplum trahetur [u]: & ſi in æde mea tibi locata, ſerui mei tibi damnum dederint, vel furtum fecerint, aut homo locatus id fecerit, noxaliter tantùm agi poteſt [x]: dominuſq; de his, quæ pro colonis erogata ſunt, non aliter quàm ex ſtipulatione tenetur [y].

Diſpu-

k. l.3. & l.15. ſi de fundo. C. de locato & conducto. & d.l.54. quæro. §. inter locatorem.
l. l.32. ne cui liceat. C. h. tit.
m. l.56. cùm domini. h. tit.
n. l.23. & ideò, h. tit.
o. d.l.21. ſi olei. C. De locato & conducto.
p. l.16. legem quidem & l.26. ſi conductionis, C. h. tit.
q. d.l.31. in nauem Saufeÿ & d.l.60. cùm in plureſ, §. lege dicta, h. tit.
r. d.l.19. ſed addes §. ſi quis mulierem, h. tit.
ſ. l.12. damnum, C. h. tit.
t. l.6. is qui rem. h. tit.
u. l.19. circa locationes. C. h. tit.
x. l.45. ſi domum, in pr. & § 1. h. tit.
y. l.27. ſi tibi C. De locato & conducto.

De æſtimatoria Actione. Tit. 3.

1.2.3.4. AEſtimatoria actio in quibus caſibus competat?

5. Quid veniat in hanc actionem.

I. Actio de æſtimato proponitur tollendæ dubitationis gratia: fuit enim magis dubitatum, cùm res æſtimata vendenda datur, puta equum æſtimo quinquaginta aureis, eumq; tibi vendendum trado, vtrum ex vendito ſit actio propter æſtimationem, an ex locato, quaſi rem vendendam locaſſe videar, an ex conducto, quaſi operas tuas in venditione facienda conduxiſſem, an mandati, quaſi mandaſſem tibi, vt tanti venderes: ſed quia conuentum videtur, vt aut ipſe, ſi velis, habeas equum tanti emptum tibi, aut vt alij tanti eum vendas, aut deniq; ſi neq; ipſe eum tibi emptum velis, nec alij vẽdere tãti poſſis, tum vt equum ipſum reſtituas, melius viſum eſt, hanc actionem proponi [a].

II. Neq; verò tum ſolummodò hæc æſtimatoria actio competit, cùm ſimpliciter res certo precio æſtimata vendẽda datur, nulla mercede pro eo tibi conſtituta, quòd in gratiam meam eam vendere debeas, ſed in illo etiam caſu vtilis eſt hæc actio, cùm merces pro venditione interuenit [b]: & rurſus cùm fundus locatur & æſtimata inſtrumenta ruſtica colonus accipit, id agi videtur, ſi velit, vt eo precio inſtrumenta iſta empta habeat, ſi verò nolit, tum vt ipſa

a *l.1. in prin. h. tit.*

b *l.vlt.h.tit.*

VII. Merces verò non ſolùm in pecunia numerata conſiſtere poteſt, ſed etiam in alijs rebus fungibilibus, vnde alius dicitur eſſe colonus, qui ad pecuniam numeratam conducit, alius qui ita conducit vt vini, olei, frumenti aliorumq́; fructuum certam quantitatem præſtet, qui colonus partiarius vocatur [q]: & alibi expreſſum eſt, ita quoq, locationem & conductionem contrahi poſſe, vt ex vna tantùm ſpecie frugum, certam quantitatem præſtet, puta certam ponderationem olei [r]: & rurſus ita conuenire poteſt, vt frumenti certum modum, certo precio dominus accipiat [ſ].

VIII. Porrò quamuis reſpectu emphyteutici & cenſualis contractus, qui quaſi ſpecies quædam ſunt ſingulares locationis & conductionis [t], locatio aut temporaria aut perpetua eſſe dicatur [u], tamen de vulgaris locationis natura eſt, quòd ea ad tempus tantùm duret [x]: vnde & illud eſt, quòd locatio precariàue rogatio ita facta, quoad is qui locaſſet dediſſetue, vellet, morte eius qui locauit, tollatur [y].

IX. Intra tempora tamen locationis & conductionis, cũ ad tempus ea contracta eſt, ius ad hæredes tranſit [z]: & quamuis non interuenerint inſtrumenta, hæredes tamen vtrinq; tenebuntur, quia ſine inſtrumentis etiam locatio & conductio rectè contrahitur [a]: & viam veritatis ignorare dicitur, qui ignorat in conductionibus non ſuccedere hæredes [b], quamuis inuiti conductores vel hæredes eorum, poſt tempora locationis impleta, non debeant in re conducta retineri [c].

q. d. l. ſi merces. §. vis maior. & l. 8. ſi paſcenda. C. De pact.

r. l. 21. ſi olei. in prin. C. h. t.

ſ. l. 29. ſed addes, §. ſi dominus h. tit.

t. § adeò autem. I. De locat. & conduct. l. 1. cum 2. ll. ſeqq. ff. ſi ager vectigal. vel emphyteut. peta. l. 1. & 2. ſeqq. C. De iure emphiteut. & toto tit. C. De agricol. & cenſit. & colonis lib. 11.

u. l. 10. viam veritatis. C. De locato & conducto.

x. d. §. adeò autem. I. h. tit. l. 13. item quæritur §. fin. h. tit. & ſ. tex. in Nou. 120. De alienat. & emphyteut. &c. §. locationes. & § emphyteuſes.

y. l. 4. locatio. h. tit.

z. d. l. 10. viam veritatis. C. De locato & conducto.

a. l. 24. contractus locationis. C. d. tit.

b. d. l. viam veritatis.

c. l. 11. inuitos. C. h. tit.

Qui

X. Qui impleto tempore conductionis remanſit in conductione, non ſolùm reconduxiſſe videtur, ſed etiam pignora conductoris videntur durare obligata, ſi non alius pro eo in priori conductione res obligauerat: tunc enim huius nouus conſenſus neceſſarius eſt: tacito autem iſtiuſmodi conſenſu reconductum videtur prædium ruſticum, in annum ſolummodò, & ita deinceps in vno quoq; anno, etſi luſtrum ab initio fuerat [d]: in vrbanis prædijs, prout quiſq; habitauerit, ita & obligatur, niſi in ſcriptis fortè certum tempus comprehenſum eſt [e].

XI. Quamuis autem huiuſmodi contractus, etiam ſinè verbis & ſinè ſcriptura ex nudo conſenſu & tacita voluntate conualeſcant, ſi tamen ante finita priora locationis & conductionis tempora, dominus deceſſerit vel furere cæperit, non poteſt intelligi locatio, cum eo redintegrata [f]: & rurſus quanquàm in mercede locationis & conductionis inuicem ſe circumſcribere in modico poſſint contrahentes [g], & ſub conditione poſſit contrahi locatio & conductio, tamen donationis cauſa non rectè contrahitur, itemq; ſi quis vno nummo conduxerit, conductio nulla eſt [i].

XII. Si in lege locationis comprehenſum ſit, vt arbitratu domini opus approbetur, perinde habetur, ac ſi viri boni arbitrium comprehenſum fuiſſet, idemq; ſeruatur ſi alterius cuiuſlibet arbitrium comprehenſum ſit: nam fides bona exigit, vt tale arbitrium præſtetur,

d. d. l. 13. item quæritur. §. qui impleto. l. 14. qui ad certum. h. tit. l. 7. ſi cùm Hermes. & l. 16. legem quidem. C. De locato & conducto.

e. d. l. item queritur. §. fin

f. d. l. qui ad certum.

g. d. l. 22. item ſi precio. §. fin. h. tit. & fa. tex. in l. 16. in cauſa cognitione. §. pen. ſ. De mino. 25. annis.

h. l. 20. ſicut emptio. h. tit.

i. l. 46. ſi quis conduxerit. h. tit.

quale viro bono conuenit, idq́; arbitrium ad qualitatem operis, non ad prorogandũ tempus, quod lege finitum ſit, pertinet, niſi id lege locationis & conductionis ſit comprehenſum [k].

XIII. Præſtatur autem in hoc contractu dolus & culpa, non etiam caſus fortuitus [l], ſed huius periculum ad rei dominum ſpectat [m]: quòd ſi opus auerſione locatum eſt, donec approbetur, conductoris periculum eſt: quod verò ita conductum ſit, vt in pedes menſurasuè præſtetur, eatenus conductoris periculo eſt, quatenus admenſum non ſit: & in vtraq; cauſa nocebit locatori, ſi per eum ſteterit, quó minùs opus approbetur, vel admetiatur: ſi tamen vi maiore opus priùs interciderit, quàm approbaretur, locatoris periculo eſt, niſi aliud actum ſit: non enim amplius præſtari locatori oportet, quàm quod ſua cura atq; opera conſecutus ſit conductor, qui opus faciendum ſuſcepit [n].

XIIII. Conductor porrò omnia ſecundùm legem conductionis facere debet, & ſi quid in lege conductionis omiſſum ſit, id ex bono & æquo eum præſtare oportebit [o]: & ante omnia curare colonus debet, vt opera ruſtica ſuo quæq́; tempore faciat, ne intempeſtiua cultura deterior fundus fiat: prætereà villarum curam agere debet, vt eas incorruptas habeat [p]: & ſi ita in lege locationis ſcriptum ſit, redemptor ſyluam ne cædito, neuè cingito, neuè vrito, neuè quem cingere, vrere permittito, id videbitur

k. *l. 24. ſi in lege locationis. in prin. h. tit.*

l. *§. qui pro vſu. I. de locatione & conduct. l. 9. ſi quis domum. §. pen. l. 11. videamus. in prin. & 3. §. ſeqq. d. l. 13. item quæritur. §. 1. et 7 ſeqq. l. 19. ſed addes. §. 1. et 2. l. 25. ſi merces. §. conductor. cum 3. ſeqq h. tit. l. 27. in iudicio. C. eod.*

m. *d. ll. & ſa. tex. in l. 6. quæ fortuitis. & l. 9. pignus. C. de pignoratit. act.*

n. *l. 36. opus quod auerſione. cum l. ſeq. h. tit.*

o. *§. conductor. I. de locat. & conduct. d. l. 25. ſi merces. §. conductor. h. tit. l. 16. legem. C. eo.*

p. *d. l. 25. ſi merces. §. conductor.*

tur voluiſſe locator, vt redemptor, non ſolùm ſi quem vidiſſet ſyluam cædere, prohiberet, ſed vti caueret, & daret operam, ne quis cæderet q.

XV. Si quô ad in opus, opꝰ lapidis erit, pro lapide & manuprecio, dominus redemptori, in pedes ſingulos, ſeptem dare ſpopondit, etiam imperfectum opus metiri oportebit r: & qui operas locauit, totius temporis mercedem accipere debet, ſi per eum non ſtetit, quô minùs operas præſtaret ſ, & medio tempore operas alteri non locauit t: Aduocati quoq;, ſi per eos non ſteterit, quô minùs cauſam agant, honoraria reddere non debent u.

XVI. Si ea lege fundum locaui, vt ſi non ex lege coleretur, mihi eum alteri relocare liceret, & quô minùs locaſſem, hoc mihi præſtaretur, nec conuênit, vt ſi pluris locaſſem, hoc tibi præſtaretur, & nemine fundum colente, pluris ego eum relocauì, meo commodo id cedet, quaſi conueniſſet, ne quid præſtaretur tibi, ſi ampliore pecunia fundus eſſet locatus x.

XVII. Quòd ſi in operis locatione dictum ſit, ante quem diem effici deberet, deinde ſi ita factum non eſſet, quanti locatoris intereſſet, tantam pecuniam conductor promiſit, eatenus obligatio contrahetur, quatenus vir bonus de ſpacio temporis æſtimabit, quia id apparet actum eſſe, vt eo ſpacio abſolueretur, ſinè quo fieri non poſſet y: opera autem duobus ſimul loca-

q. l. 29. *in lege locationis. h. tit.*

r. l. 30. *qui inſulam.* §. *qui ædem. h. tit.*

ſ. l. 38. *qui operas. in prin h. tit.*

t. *d. l. 19. ſed addes.* §. *fin. h. tit. l. 4.* §. *de offic. aſſeſſor.*

u. *d. l. qui operas. in fine.*

x. *l. 51. ea legè. in prin. h. t.*

y. *l. 58. inſulam.* § *in operis. h. tit.*

locata, conuenit priori conductori antè ſatis fieri [z].

XVIII. Sed & duo vel plures correi, vnius locationis vel conductionis, in ſolidum conſtitui poſſunt [a], quo tamen caſu beneficium diuiſionis & ceſſionis non debet illis auferri [b]: & duo proprios ſuos fundos, alternis annis, alter alteri locari poſſunt: ac rurſus ſocij ſibi inuicem communem fundum alternis annis locare poſſunt [c]: ſi fideiuſſor detur in omnem cauſam, is onus quoq; vſurarum, poſt moram, agnoſcere cogetur [d]: attamen qui fideiuſſor extitit apud mancipem, pro colono publicorum prædiorum, quæ manceps ei colono locauit, Reipublicæ non tenetur, ſed fructus tantùm in eadem cauſa pignoris manent [e]: nam & res poſterioris conductoris domino non obligantur [f].

XIX. Nemo verò prohibetur rem, quam conduxit, fruendam alij locare, ſi nihil aliud conuenit [g]: ideoq; cùm in plures annos domus locata eſt, præſtare locator debet, vt non ſolùm habitare conductor ex calendis illis, cuiuſq; anni, ſed etiam locare habitatori, ſi velit, ſuo tempore poſſit: & ſi ea domus, ex calendis Ianuarijs, fracta, in calendis Iulijs permanſit, ita vt nec habitare quiſquàm, nec oſtendere alicui poſſet, nihil locatori conductor præſtabit, adeò vt nec cogi poſſit ex calendis Iulijs refecta domo habitare, niſi paratus fuiſſet locator commodam domum ei præſtare [h].

XX. Qui in horreum ſuum res alterius recipit,

z. *l. 26. in operis. h tit.*

a. *d. l 13. item quæritur, §. duo rei. l. 47. cùm apparebit, h. tit. l. 13. ſi diuiſa. C. eod.*

b. *d. l. cùm apparebit, & d. l. ſi diuiſa, quibus textibus iunge auth. h. ita C. de duobus reis. & N. 91. De duob. reis promitt. in prin. & §. 1.*

c. *l. 35. & hæc diſtinctio. §. fin. h. tit.*

d. *l. 54. quæro. in prin. h. t.*

e. *l. 53. qui fideiuſſor. h. tit.*

f. *d. l. 24. ſi in lege §. ſi colonus, h tit.*

g. *l. 6. nemo prohibetur. h. tit.*

h. *l. 60. cùm in plures, in prin. h. tit.*

cipit, & mercedem pro cuſtodia accipit, etiam in leuiſſima culpa, periculum cuſtodiæ præſtat: ſed de damno ab alio dato, non tenebitur, quia nulla cuſtodia conſequi poſſe videtur, ne damnum iniuria ab alio detur [i]: ſi locator horrei propoſitum habuit, ſe aurum, argentum, margaritam non recipere ſuo periculo, deinde cùm ſciret, has res inferri paſſus eſt, perinde tenebitur, ac ſi, quod propoſitum habebat, remiſerit [k]: Rerum tamen cuſtodiam, quam horrearius conductoribus præſtare debet, locatorem totorum horreorum, horreario præſtare non oportebit, niſi in locando aliter conuenit [l].

XXI. Qui alicuius rei vſum conduxit, & ad refectionem eius, certam pecuniam promiſit, ita demum eam præſtare tenetur, ſi ſatisdetur in iſtius rei refectionem impendi [m]: qui verò domum faciendam conduxit, ſi operis parte effecta, vi naturali, puta terræ motu, concuſſum ſit ædificium, locatoris periculum erit [n]: itemq; ſi inſulam ædificatam, labes, quæ ſoli vicio accidit, antequàm inſula locatori probaretur, corruperit, locatoris erit periculum [o].

XXII. Ex conducto igitur actio conductori datur [p], etiamſi ſtatim, ſimulatq; locatio conductioq; contracta eſſet, remiſſa ſit penſio [q]: competit autem ex his cauſis ferè, vt puta ſi re, quam conduxit, frui ei non liceat, fortè quia poſſeſſio ei, aut totius agri, aut partis non præſtatur, vel quia villa non reficitur, vel ſtabulum, agendum erit ad hoc, vt præſtetur & frui liceat,

i. *l. 40 qui mercedem, cum l. ſeq. h tit. l. 1. C. eod.*

k. *d. l. cùm in plures. § locator.*

l. *d. l. cùm in plures § fin.*

m. *d. l. 57. qui domum, § fin. h. tit.*

n. *l. 59. Marcius, h. tit*

o. *l. vlt. h tit.*

p. *l. 15. ex conducto in prin h. tit.*

q. *l. 5. ſi tibi habitationem, h. tit.*

ceat, vtq; reficiatur [r]: quòd ſi fundus incendio conſumptus [s], aut propter ſtuprum fortè, dimidia parte bonorum in fiſcum redacta [t], publicatus ſit [u], & ad vſum vel fructum præſtari non poſſit, pro rata temporis portione, quo vſus quis vel fruitus non eſt, mercedem datam repetere poteſt [x].

XXIII. Sed etſi colonus tuus fundo frui, à te, aut ab eo prohibeatur, quem tu prohibere, ne id faciat, poſſis, tantùm ei præſtabis, quanti eius interfuerit frui, in quo etiam lucrum eius continebitur: ſin verò ab eo interpellabitur, quem tu prohibere, proptet vim maiorem aut potentiam eius, non poteris, nihil amplius quàm mercedem ei remittere, aut reddere debebis [y]: vis enim maioris tempeſtatis, ſeu vis maior, quam Græci θεοῦ βίαν appellant, non debet conductori, qui partiarius non eſt, damnoſa eſſe, ſi plus quàm tolerabile ſit, læſi fuerint fructus, vel enormis contigerit ſterilitas, nec ſequentium annorum vbertate recompenſatum ſit hoc damnum [z].

XXIIII. Quòd ſi is, qui fundum in plures annos locauerat, deceſſit, & eum fundum alij legauit, cogi quidem non poteſt colonus, vt eum fundum colat, quia nihil hæredis intereſt: ſed ſi colonus velit fundum colere, & à legatario prohibeatur, hæres colono, actione ex conducto, tenebitur hoc detrimentum reſarcire [a]: ſic quoq; qui rem locatam vendit, curare debet, vt conductori ius ſuum integrum ſeruetur, alioquin prohibitus is, aget ex con-

ducto

r. d.l. ex conducto. in pr.
s. d.l. 30. qui inſulam. §. ædilis.h.tit.
t. §.item lex Iulia de adulteriis. I. de publ. iudic.
u. l.33. ſi fundus. h tit.
x. d l. qui inſulam. §. ædilis. & d l. ſi fundus.
y. d.l. ſi fundus in fine. cũ l. ſeq.
z. d.l ex conducto. §. 1. cũ 5. ſeqq. l. 19. ſed addes. §. ſi quis, cùm. & d.l. 25. ſi merces. §. vis maior. h.tit.
a. l.32. qui fundum. h. tit.

ducto [b]: emptor enim locationem conductori ſeruare non tenetur, niſi ea lege emit [c].

XXV. Si quis domum bona fide emptam vel fundum locauerit mihi, isq; euictus ſit ſinè dolo malo culpaq; eius, nihilominùs mihi tenebitur ex conducto, vt præſtetur frui, quod conductum erat, licere, vel alia præſtetur æquè commoda habitatio [d], vel præſtetur quãti mea intereſt habitare & perfrui licere: quod & tum locum habet, cùm domus conductæ habitatio alteri rurſus elocata eſt [e]: ſi vſufructuarius fundum in quinquennium locauerit & mortuus ſit, hæres eius ad hæc non tenebitur, niſi non vt fructuarius, ſed quaſi dominus ille locaſſet [f].

XXVI. Si alienam domum mihi locaueris, eaq; mihi legata, vel donata ſit, ad poſterioris quidem temporis vſuras non tenebor, attamen ex conducto agere potero, vt repetam cautionem, vel des mihi apocham, acceptouè me liberes, ſicut & ad penſiones temporis prioris omnino ego teneor [g]: & deniq; ſi timore imminentis ruinę, vel propter aliud graue transuerſarium conductori habitare non licuerit, agere de hoc conductor poterit [h].

XXVII. Si inſulam ego à te conduxi triginta, & ego eam elocaui rurſus quadraginta tuq; demoliaris ædes, ſi quidem neceſſariò, eius ſolummodò habebitur ratio, quanti tu mihi locaſti: ſi verò non neceſſariò, id etiam in conſiderationem veniet, quantò pluris ego elocaui [i]: quanquàm ſi quis alienum prædium ſciens

b. d.l.ſi merces.§ qui fundum.

c. l.9.emptorem.C. de locato & conducto.

d. l. 9. ſi quis domum. in prin.h. tit.

e. l.7.ſi tibi alienam.& l. 9.nos videamus. h. tit.

f. d.l.ſi quis domum. §. hîc ſubiungi.

g. d.l.ſi quis domum. alias.l.ſi quis fundum. §. fin. cum l.ſeq. & ibi gl. & Dd. h.tit. & ſa.tex. in l. vlt. §. Titius.ſ.de cond.indeb.l.19. plures.C.de fide inſtrum.

h. l 27.habitatores. in pr. & §.fin.cum l.ſeq.h.tit.

i. l.30. qui inſulam.in pr. h.tit.

ens contra ius locauit, & domino demolienti reſiſtere non poſſit, is ſimpliciter ad id quod conductoris intereſt tenebitur [k]: ſicut è contrà non tenebitur locator, ſi partem tantùm ædificij reficiat, & conductori nihilominùs habitare licuerit [l].

XXVIII. Si vicino ædificante grauiter obſcurentur lumina cænaculi, tenebitur hoc etiam nomine locator, inquilino: certè quin liceat colono vel inquilino relinquere conductionem, nulla dubitatio eſt: de mercedibus quoq; ſi cum eo agatur, reputationis ratio habenda eſt [m]: eademq; intelligimus ſi oſtia feneſtrasuè nimiùm corruptas locator non reſtituat [n]: atq; ita agi etiam ex conducto poteſt, vt præſtentur de quibus conuenit [o], vel quæ ſolent rebus conductis accedere [p].

XXIX. Deinde verò hoc etiam nomine locator à conductore conueniri poterit, vt recuperet id, quod rei conductæ, nomine locatoris impendit, vel auferre id, ei permittatur, puta ſi oſtium vel quæ alia adiecit [q]: item vt reſarciatur ei damnum, quod dolo vel culpa locatoris ſenſit [r], puta ſi in paſtu pecoris, reficienda aut ſarcienda veſte [ſ] ſi in habendo igne [t], in re tranſportanda, cauè reſtituenda [u], in puero, quem erudiebat, emendando [x], in gemma includenda aut ſculpenda [y], nocuit, ſi ſciens vel ignorans vaſa viciosa locauit, aut ſciens locauit ſaltum paſcuum, vbi mala herba naſcebatur [z].

XXX. Si meſſem alius, inſpiciente colono, ſuſtu-

k. l 35. & hæc diſtinctio, in prin. h tit.

l. d.l. habitatores, in prin. & §. fin. cum l. ſeq.

m. d.l. 25. ſi merces. §. ſi vicino h. tit.

n. d. l. 15. ex conducto in prin. & d.l. 19. ſed addes, §. illud nobis.

o. d.l. ex conducto, in pr.

p. d. l ſed addes §. illud nobis.

q. d. l. ſed addes. §. ſi inquilinus. l 55. dominus horreorum. §. 1. l. 60. cùm in plures. §. vehiculum, cum l. pen. in prin h tit.

r. l. 28. in iudicio. C. De locato & conducto.

ſ. d. l. 9. ſi quis domum aliàs. l. 10. ſi quis fundum, §. fin & d. l. 13. item quæritur, §. ſi fullo.

t. d l. 11. videamus in prin. & 2. §. ſeqq. cum §. fin. h. tit.

u. d. l. videamus § qui vinum, & d l. 13. item quæritur. §. 1. & 2. ſeqq.

x. d. l. item quæritur. §. item Iulianus, et l 5. ſed etſi quemcunq; § fin. cum l. ſeq. ſ. ad leg. Aquil.

y. d. l. item quæritur. §. ſi gemma.

z. d l. ſed addes. §. 1.

ſuſtulit, agere ex conducto colonus cum domino poteſt, vt frumentum dominus condicat, & conductori reſtituat [a]: Si, dũ pupillus, hæreditate conductoris delata, abſtentus eſſet, res alij locata ſit, agi pupilli nomine poterit, vt prioris locationis conductioniſq; iure liberetur [b]: quòd ſi perditorum veſtimentorum æſtimationem, conductor locatori præſtiterit, ad hoc agere conductor poteſt, vt cedat ei locator vindicationem & condictionem [c]: tranſit autem ex conducto actio etiam ad hæredem [d].

XXXI. Locati actio locatori aduerſus conductorem datur, vt rem reſtituat, finito vſu, aut quod intereſt locatoris, præſtet, quanti aduerſus eum in litem iuratum fuerit [e]: quinimò ex Zenonis Imperatoris conſtitutione, conductores alienarum rerum, ſeu alienam cuiuſlibet rei poſſeſſionem precariò detinentes, ſeu hæredes eorum, ſi eam dominis, repetere volentibus non reſtituerint, ſed litem vſq; ad definitiuam ſententiam expectauerint, non ſolùm rem locatam, ſed etiam æſtimationem eius victrici parti, ad ſimilitudinem inuaſoris alienæ poſſeſſionis, præbere compelluntur [f].

XXXII. Deinde verò agitur hac actione aduerſus conductorem, vt mercedem ſoluat, cũ vſuris legitimis, poſt moram commiſſam [g]: adeò vt in exuſtis quoq; ædibus, eius temporis quo ædificium ſtetit, merces præſtanda ſit [h]: & in re conductori legata donataue, præteriti temporis mercedes præſtari debeant [i], oneriſq; impoſiti merces ſoluenda ſit, etiamſi pro-

a. d. l. 60. cùm in plures. § ſi meſſem. h. tit.

b. d. l. 15. ex conducto. §. fin. cum ſ. reſp. ſeqq. h. tit.

c. d. l. 25. ſi merces. §. fina.

d. d. l. ſed addes. §. ex conducto.

e. l. 48. ſi cui locauerim. § fin. h. tit. & fa. tex. in l. 5. in actionibus. & l. 8 tutor ſ. de in litem iurando.

f. l. pen. C. de locato & cond. & fa. tex. in §. ita tamen. I. de vi bon. rapto. l. 6. ſi quis in tantam. C. vnde vi l. 12. ſed & partus. § fin. cũ l. 15. extat. ſ. quod metus cauſa.

g. l. 2. & l 17 præſes prouinciæ C. de locato & cond.

h. d. l 9. ſi quis domum. §. in exuſtis. h. tit.

i. d l. ſi quis domum. aliis l. 10. ſi quis fundum. §. fin. h. tit.

induxit, præſtare etiam tenebitur, ſi culpam ipſe in inducendis ijs commiſit [t]: dolum autem omninò præſtare tenebitur [u], ſi fortè ſeruum locatum ſurripuerit aut vulnerauerit [x]: ſi ædes integras deſtruxit [y], ſi dolo conductoris opus approbatum ſit [z], ſi habitationem vel culturam ante tempus deſeruerit [a].

XXXVI. Quòd ſi veſtimenta tua fullo perdidit, & habes vnde petas, nec repetere vis, ages nihilominùs ex locato cum fullone, ſed iudex æſtimabit an poſſis aduerſus furem magis agere, & ab eo res tuas conſequi, fullonis videlicet ſumptibus: quòd ſi hoc tibi impoſſibile eſſe perſpexit, tum fullonem quidem tibi condemnabit, tuas autem actiones te ei præſtare compellet [b]. Aduerſus eum quoq; cui locauerim faciẽdum, quod egomet faciẽdũ cõduxerã habere, me ex locato actionẽ conſtat [c].

XXXVII. Aliquando tamen locationis & conductionis deficit obligatio & actio: ecce enim cùm emptor fundum conducit donec precium exoluat, conductor obligatur, locator non obligatur [d]: neq; in re propria locatio & conductio rectè conſiſtit, quamuis priùs res reſtitui, & tum de proprietate lis ſuſcitari debeat [e]: nec miles [f], nec curialis rectè conductor exiſtit [g], neq; tutores aut curatores, priuſquàm officij ſui rationes reddiderint, de patrimonio Cæſaris quicquàm conducere poſſunt [h]: nec ſeruitutem locare quis poteſt [i].

XXXVII. Sed & durante conductionis tempore, & mercede ſoluta, conductor expelli

t. *d.l. videamus. in prin. & d.l. cùm in plures. §. ſeruum meum.*

u. *d.l. in iudicio. C h.tit.*

x *l. 42 ſi locatum. cum l. ſeq. h. tit.*

y. *l 29 cùm conductorem. C. de locato & conducto.*

z. *d. l. 24. ſi in lege. in pr. verſ. quibus conſequens. h. ti.*

a. *d.l. ſi in lege. §. ſi colonus.*

b. *d. l. cùm in plures. §. veſtimenta.*

c. *l. 48. ſi cui locauerim. in prin. h. tit.*

d. *d.l. 20. ſicut emptio. in fine. h. tit.*

e. *l. 20. qui rem. l. 23. ad probationem. & l. 25. ſi quis conductionis. C h. tit.*

f. *l. 31. milites. & l. vlt. C. h. tit. l. 50. ſi ignorans. h. tit.*

g. *l. 30. curialis. C. h. tit.*

h. *l. 49. εἰ ἐπίτροποι tutores. h. tit.*

i. *l. 44. locare. h. tit.*

De æſtimatoria Actione. Tit. 3.

1.2.3.4. AEſtimatoria actio in quibus caſibus competat?
5. Quid veniat in hanc actionem.

I. Actio de æſtimato proponitur tollendæ dubitationis gratia: fuit enim magis dubitatum, cùm res æſtimata vendenda datur, puta equum æſtimo quinquaginta aureis, eumq; tibi vendendum trado, vtrum ex vendito ſit actio propter æſtimationem, an ex locato, quaſi rem vendendam locaſſe videar, an ex conducto, quaſi operas tuas in venditione facienda conduxiſſem, an mandati, quaſi mandaſſem tibi, vt tanti venderes: ſed quia conuentum videtur, vt aut ipſe, ſi velis, habeas equum tanti emptum tibi, aut vt alij tanti eum vendas, aut deniq; ſi neq; ipſe eum tibi emptum velis, nec alij vēdere tāti poſſis, tum vt equum ipſum reſtituas, melius viſum eſt, hanc actionem proponi [a].

II. Neq; verò tum ſolummodò hæc æſtimatoria actio competit, cùm ſimpliciter res certo precio æſtimata vendēda datur, nulla mercede pro eo tibi conſtituta, quòd in gratiam meam eam vendere debeas, sed in illo etiam caſu vtilis eſt hæc actio, cùm merces pro venditione interuenit [b]: & rurſus cùm fundus locatur & æſtimata inſtrumenta ruſtica colonus accipit, id agi videtur, ſi velit, vt eo precio inſtrumenta iſta empta habeat, ſi verò nolit, tum vt ipſa

a *l.1. in prin. h. tit.*
b *l.vlt.h.tit.*

inſtrumenta incorrupta Domino reſtituat [e]: idemq; eſt ſi ſeruus æſtimatus colono detur [d].

III. In dotalibus quoq; rebus vſitata & frequens eſt huiuſmodi æſtimatio: & quidem ſi res æſtimatæ in dotem datæ fuerint & conuênit, vt aut æſtimatio aut res præſtentur, ſi quidem fuerit adiectum, vtrum mulier velit, eliget ipſa vtrum malit petere rem, vel æſtimationem: verùm ſi ita fuerit adiectum, vtrum maritus velit, ipſius erit electio: at ſi nihil de electione adijciatur, ex natura æſtimationis electionem habebit maritus, vtrùm malit res offerre, an precium [e].

IIII. In commodato etiam res ſæpè æſtimatæ dari ſolent [f]: & in ſumma quoties propter æſtimationem de nomine aliuius contractus ambigitur, & tamen naturali æquitati conuenit, aliquam actionem dari, dandam eſſe æſtimatoriam præſcriptis verbis actionem, proditum eſt ab Vlpiano Iureconſulto [g].

V. Quia verò æſtimationis negocium ciuile eſt, & quidem bona fide geritur, adeò vt alibi æſtimatio vera venditio dicatur [h], omnia hic locum habent, quæ in bonæ fidei iudicijs diximus: æſtimatio autem periculum facit eius, qui ſuſcepit, & aut rem ipſam debebit incorruptam reddere, aut eius æſtimationem [i].

e. l. 3. ſ. locati & conducti.
d. l. 54. quæro § fin. ſ. locati & conducti.
e. l. 10 plerunq; in prin. & § fin. ſ. de iure doti. & d. l. 3. ſ. l. locati & conducti.
f. l. 5. ſi vt certo § commodatum autem ſ. commodat.
g. d. l. 1. verſ. quoties. h. tit.
h. d. l. plerunq; §. ſi antè. & l. 16. quoties ſ. de iure dotium. l. 5. quoties. & l. 10. cũ dotem C. de iure dotium. l. 3. litis æſtimatio. ſ. pro emptore.
i. d. l. 1. verſ. eſt enim. cum ſeqq. h. tit. d. l. plerunq; § fin cum l. ſeq. ſ. de iure dotium.

De rerum permutatione: Tit. 4.

1. 2. 3.	*Permutatio quomodò differat ab emptione & venditione?*
4. 5. 6.	*Quomodò ex permutatione actio detur?*

Permu-

I. PErmutatio ſanè multò euidentiùs, quã æſtimatio ab emptione & venditione differt: ſicut enim aliud eſt vendere, aliud emere, alius emptor alius veuditor, ita precium aliud, aliud merx: at in permutatione diſcerni non poteſt, vter emptor vel vter venditor ſit, neq; hîc precium pro merce datur, ſed ſimpliciter res pro re commutatur [a].

II. Sed & præſtationes vtrinq;multum differunt: emptor enim niſi nummos accipientis fecerit, tenetur ex vendito [b], venditori ſufficit ob euictionem ſe obligare [c], poſſeſſionem tradere [d], & purgari de dolo malo [e]: in permutatione verò ſi vtrumq; precium eſſe diceretur, vtriuſq; rem fieri oporteret, ſi vtrumq; merx diceretur, neutrius rẽ fieri oporteret: ſed cùm debeat in emptione & venditione & merx & precium eſſe, non poteſt hîc inveniri, quid eorum quæ dantur, vel merx vel precium ſit, nec ratio patitur vt vna eademq; res & veneat & precium ſit emptionis: vnde ſi res permutata, quam acceperim vel dederim, poſtea euincatur, in factum dabitur præſcriptis verbis actio [f].

III. Item emptio venditio nuda conſentientium voluntate contrahitur: permutatio autem ex re tradita initium obligationi præbet, & ex altera parte traditione facta, ſi alter rem nolit tradere, vel in hoc agemus quod intereſt noſtra, illam rem accepiſſe de qua conuênit, vel vt res contrà nobis reddatur, condictioni locus eſt, quaſi re non ſecuta [g]: nulla autem

re ex

a. *l. 1. in prin. h. tit. & l. 1. in prin. et §. 1 ff. de contrah. emptio. §. item precium. I. de empt. & vendit.*

b. *tex. hîc in d. l. 1. in pr. verſ. multumq; differunt. & in l. 11. ex empto in prin. ff. de act. empt.*

c. *tex. hîc in d. l. 1. in prin. verſ. multumq; differunt. d. l. ex empto. in prin. l. pen. §. vlt. ff. de periculo & com. rei vend. l. 1 C. de pericul. & com. rei vend. & toto tit. ff. & C. de euict.*

d. *tex. hîc in d. l. 1. in prin. verſ. multumq; differunt. d. l. ex empto. in prin. & l. 13. Iulianus. § 18. poſſeſſionem autem. ff. de act. emp.*

e. *tex. hîc in d. l. 1. in pr. verſ multum intereſt. l. 68. ſi cùm fundum. ff. de contr. empt.*

f. *tex. hîc in d. l. 1. in prin. verſ. in permutatione. & ibi Accurſ. in gl.*

g. *d. l. 1. § item emptio. cũ ſeq. vbi gl. & Dd. l. 5. quoniã aſſeueras. & l. 7. emptionem. C. de rer. permut. & præſcript. verb.*

vt dixit I. C. Paulus, permutatio vicina eſt emptioni: proinde ſanum quoq; & furtis noxiſq; ſolutũ, & non eſſe fugitiuum ſeruum, præſtari debet, qui ex ea cauſa detur[n]. *n. l. vlt. h. tit.*

De præſcriptis verbis & in factum actionibus: Tit. 5.

1.2.3. *Contractuum innominatorum quæ ſit ratio?*
4. & ſeqq. *Innominatorũ contractuum quatuor genera, & quomodò ex ijs agatur?*
13.14.15.16. *Quomodò vlterius Præſcriptis verbis actio detur?*
17. *Quandò detur actio in factum ſubſidiaria?*

I. Illud igitur hîc in memoriam nunc reuocandum eſt, quòd iuris gentium conuẽtiones Iure ciuili ſingulariter comprobatæ, quædam tranſeunt in proprium nomen contractus, ꝓpriamq; habent, pro ſingulorum generum diuerſitate conſtituendæ obligationis rationem, & inde etiam propriam actionem: quædam verò non tranſeunt in proprium nomen contractus, vbi certa ſit conſtituendæ obligationis ratio (quippe cùm natura ita conditum ſit, vt plura ſint negocia, quàm vocabula [a],) attamen quia cauſa dati vel facti ſubeſt, συνάλλαγμα conſtituunt, & ciuilis incerti præſcriptis verbis actio datur [b].

a. l. 4. natura enim. h. tit.

b. l. 7. iurisgentium. in pr. & ibi Dd. ff. de pactis. & ibi dictum in Synopſi. nu. 7. 8. & 9.

II. Nonnunquàm enim euenit, vt ceſſantibus iudicijs proditis, & vulgaribus actionibus, cùm propriũ nomẽ inuenire non poſſum⁹ contractus [c], ſed exiſtunt contractus, quorum appella-

c. l. 1. in prin. h. tit.

pellationes nullæ Iure ciuili proditæ ſunt [d], & deficiunt vulgaria atq; vſitata actionum nomina [e], facilè deſcendamus ad eas actiones, quæ in factum appellantur [f], & cùm olim in alijs omnibus & ſingulis actionibus, pro ſingulorum nominatorum contractuum natura, certæ proditæ eſſent formulæ agendi [g], in his actionibus, quæ ex innominatis contractibus dabantur formulæ agendi, præſcribebantur pro ſingulorum negociorum qualitate, vnde nomen manſit actionis Præſcriptis verbis [h]: quamuis formularum illa curioſitas prorſus ſit iamdudum ſublata [i].

III. Inſpiciendus itaq; hic eſt totus de negocijs dati vel facti tractatus, qui in diuerſis iſtis conſiſtit generibus innominatorum contractuum: aut enim do tibi vt des, aut do vt facias, aut facio vt des, aut facio vt facias: in quibus ſingulis videndum erit, quomodò extra vulgatos terminos nominatorum contractuum, naſcatur præſcriptis verbis actio [k].

IIII. Quòd ſi igitur pecuniam dem, vt rem accipiam, ſi quidem pecunia vt precium detur, ſinè dubio emptio & venditio eſt [l]: ſi verò pecunia vt corpus, non vt precium detur, contractus erit innominatus do vt des [m], & ideò quamuis in emptione & venditione tantùm ad hoc agatur, vt res tradatur, vel præſtetur id quod intereſt [n]: tamen hîc, non ſolùm ad impletionem contractus, vel ad id quod intereſt agi poteſt, ſed qui dedit, cùm altero non datur

d. l. 3. h. tit.

e. l. 2. h. tit.

f. d. l. 1. in prin.

g. Cicero in oratione pro Roſcio.

h. Cicero in d. orat. pro Roſc. & ibi notat. Franciſc. Hotoman.

i. l. 1. & 2. C. de formulis & impetrationibus actionum ſublatis. §. fin. I. de interdict. l. 47. actio. ſ. de nego. geſt. l. 8. ordo. ſ. de publ. iud.

k. l. 5. naturalis. in prin. h. tit.

l. l. 1. in prin. & §. 1. ſ. de contrah. empt. l. 2. in prin. ſ. locati & conducti. l. 1. in pr. ſ. de rerum permutat. & d. l. naturalis. §. & ſi quidem.

m. l. vlt. ſ. de condict. cauſa data cauſa non ſecuta.

n. l. 1 in prin. & l. 11. ex empto. § idem ait. l. 12. ſi iactum. ſ. de act. empti. l. 4. ſi traditio. l. 10. cùm venditorem. & l. 12 ſicut periculũ. C. de act. empti.

tur rurſus quòd conuenit, ſi ſuum recipere malit, poteſt repetere quod datum eſt quaſi ob rem datum, re non ſecuta [o].

V. Quod ſi rem do vt rem accipiam, quia non placet permutationem rerum, emptionem eſſe, dubium non eſt innominatum eſſe contractum & naſci ciuilem obligationem, & vel ad impletionem contractus, vel ad id quod intereſt agi poſſe, vel quaſi cauſa data, cauſa non ſecuta agi poſſe: ſed ſi Scyphos tibi dedi, vt Stichum mihi dares, periculo meo Stichus erit, ac tu duntaxat dolum & culpam præſtare debes [p].

VI. Naſcitur item ciuilis obligatio & actio, ſi dominus ſeruum, cùm furti argueretur, quæſtionis habendæ cauſa æſtimatum dederit [q]: vel ſi ob eam cauſam ego te acceptò liberaui, vt nomen Titij debitoris tui mihi delegares [r]: Quòd ſi margaritas tibi æſtimatas dedero, vt aut eaſdem mihi redderes, aut precium earum dares, & hæ perierint ante venditionem, ſiquidem ego te rogaui, vt mea cauſa eas venderes, meum erit periculum, ſi tu me rogaſti, vt tua cauſa eas venderes, tuum erit periculum, ſi neuter noſtrum alterum rogauit, ſed duntaxat conſenſimus, hactenus tu mihi teneberis, vt dolum & culpam præſtes: actio autem ex hac cauſa vtiq; erit præſcriptis verbis [s].

o. d.l. vlt. ſ. de condict. cauſa data & c.l.1. in fin. vbi gl. & Dd. & inter cæteros lucidiſſimè Paulus de Caſtro. nu. 7. ſ. de rer. permut. d. l. 5. naturalis. §. et ſiquidem.

p. d. l. naturalis. §. & ſi quidem. & l. penult. h. tit. l. 6. res. cum l. penult. & vlt. C. de rerum permut. et præſcript. verb.

q. l. 8. ſi dominus. h. tit.

r. l. 9. ob eam cauſam. h. ti.

s. l. 17. ſi gratuitam. §. 1. & 2. vbi aliàs eſt l. 19. ſi rem tibi. h. tit.

VII. At cùm do vt facias, ſi tale ſit factum quod locari ſolet, pecuniâ datâ locatio erit, ſi res, puta equus detur, non erit locatio, ſed naſcetur vel ciuilis actio, in hoc, quod mea intereſt, vel ad repetendum condictio: quòd ſi tale eſt factum, quod locari non poſſit, puta vt ſeruum manumittas, ſiue certum tempus adiectum eſt, intrà quod manumittatur, idq; cùm potuiſſet manumitti, viuo ſeruo tranſierit, ſiue adiectum non fuit, & tantum temporis conſumptum ſit, vt potuerit, debueritq; manumitti, condici ei poteſt, vel præſcriptis verbis agi [t].

t. d. l. 5. naturalis. § at cùm do. & l. 7. ſi tibi decem h. tit.

VIII. Quòd ſi dedi tibi ſeruum Stichum, vt tu ſeruum tuum Pamphilum manumitteres: tuq; Pamphilum ſecundùm conuentionis placita manumiſeris, poſteà verò Stichus tibi euictus ſit, ſi ſciens alienum eſſe dedi, de dolo dabitur in me actio, ſi ignorans, in factum ciuilis præſcriptis verbis [u].

u. d. l. naturalis § at cùm do. verſ. ſed ſi dedi l. 7. Iuris gentium. § ſed etſi in alium § . De pact.

IX. Quòd ſi faciam vt des, & poſteaquàm feci ceſſas dare, quia de mercede operæ conuentum non eſt, non incidit hoc negocium in ciuilem locationis & conductionis actionem, puta pactio interceſſit, vt pro indicio ſerui tui fugitiui, mihi aliquid dares, ſeruus indicatus & apprehenſus eſt, neq; quod conuentum eſt pro indicio ſoluitur, præſcriptis verbis actio erit, vel ſi dolus arguatur, de dolo actio dabitur [x].

x. d l. naturalis. § quod ſi faciam. & l 15. ſolent. h. tit.

X. Sed ſi faciam vt facias, puta, quòd pacti ſimus, vt tu a meo debitore Carthagini exigas

gas, ego à tuo Romæ, vel vt tu in meo, ego in tuo ſolo ædificem, & ego exegi debitum, vel ædificaui, tu ceſſas, quamuis mandatum vtrinq; intercedere videatur, poſſitq; in impendijs, quæ vtrinq; ſequantur, mandatum ex pacto naturam ſuam excedere [y], tamen, vt ait I. C. Paulus, tutius eſt præſcriptis verbis dari actionem, quæ ſimilis eſt mandati actioni [z].

XI. Similiter ſi naturalis meus filius tibi ſeruit, & tuus mihi, & conuenerit inter nos, vt tu meum manumitteres, ego tuum, atq; ego manumiſerim, tu non, actione præſcriptis verbis intentata, tanti tu condemnari debebis, quanti intereſt mea, ſeruum habere quem manumiſi [a]: itemq; præſcriptis verbis actio erit, ſi cùm quis vnum bouem habet & vicinus vnum, placuerit inter eos, vt per denos dies inuicem boues commodarent, vt opus facerent, & apud alterum bos alterius perijt [b].

XII. Rurſus præſcriptis verbis actio erit, ſi cùm merces non interueniſſet, prædium pro te obligauero, vt fideiuſſorem mihi præſtares, nec facias [c]: vel ſi operas fabriles quis vice mutua dediſſet, vt totidem reciperet, neq; tamen ab altero operæ rurſus præſtentur [d].

XIII. Sæpe etiam præſcriptis verbis actio datur, cùm in aliquot horum generum ex contractibus innominatis, negocium non ita exactè incidit, ſed propiùs ferè ad formam nominati alicuius contractus accedit, attamen tollendæ dubitationis gratia præſcriptis verbis actio proponitur [e], veluti aduerſus magiſtrum

y. fac. tex. elegans in l. 24 Lucius Titius. ſ. depoſiti.

z. d. l. naturalis. § ſed ſi facio.

a. d. l. naturalis. in prin. & §. fin.

b. l. 17. ſi gratuitam. alias. l. 19. ſi rem tibi. §. ſi cùm vnum. h. tit. §. præterea. I. de locato & conducto.

c. l. 19. rogaſti. §. fin. h. tit.

d. l. penult. h. tit.

e. fa. text. elegans. in l. 1. ſ. de æſtimato. act.

nauis, cùm incertum eſt, nauem conduxerit, an merces vehendas locauerit [f], vel ſi precij explorandi gratia res alicui tradita ſit [g]: ſi ita inſula vendita ſit, vt aliam inſulam emptor reficeret [h].

f. l.1 in prin. h. tit.
g. d.l.1.§ fin.h.tit.
h. l.6.inſulam h.tit.

XIIII. Sic quoq; præſcriptis verbis actio datur, ſi vir vxori ſuæ fundos vendidit, & in venditione conuênit, ſi ea nupta eſſe deſijſſet, vt eos fundos ſi ipſe vellet, eodem precio mulier transferiberet viro [i]: item ſi rem vendendam tibi dedero, & placuerit vt quo pluris vendidiſſes, tibi haberes [k]: ſi areæ meæ dominium transtulero vt inſula ædificata partem mihi reddas: ſi puerum docendum vel nutriendum, aut pecus paſcendum tibi dedero, dominiumq; traustulero, vt ſi poſt certum tempus puer vel pecus venderetur, precium tibi communicaretur [l].

i. l 12.ſi vir vxori.h.tit.
k. l.13.ſi tibi rem.in prin. h.tit.
l. d.l.ſi tibi rem §.Iulianus.vbi aliàs eſt l.14.ſi tibi area.h.tit.

XV. Eâdem porrò ratione competit præſcriptis verbis actio, ſi permiſiſti mihi, vt cretam de agro tuo eximerem, & locum replerem, nec repleui [m]: ſi permiſiſti vt ſererem in tuo fundo, nec pateris me fructus tollere [n]: ſi gratuitam mihi habitationem dederis, neq; conſtat commodatò an precariò [o]: ſi rem mihi inſpiciendam dederis & ignoretur vbi ſit [p]: ſi cùm mihi veſtimenta vendere velles, rogaui vt ea apud me relinquas, vt peritioribus oſtenderé [q]: ſi ſponſionis cauſa annulos acceperim, nec reddam victori [r].

m. l.15.permiſiſti.in prin. h.tit.
n. d.l.permiſiſti.§.fin.
o. l.17.ſi gratuitam.in pr.
p. d.l.ſi gratuitam.§ Papinianus.vbi aliàs eſt l 19. ſi rem tibi. h.tit.
q. d.l.ſi gratuitam. aliàs l.ſi rem tibi.§.ſi cùm mihi.
r. d.l.ſi gratuitam. aliàs l.ſi rem tibi §.fin.

XVI. Ad eundem etiam modum præſcriptis verbis actio datur, ſi apud te pecuniam depoſue-

poſuerim vt dares Titio, ſi fugitiuum meum reduxiſſet, nec dederis [s]: ſi rogaſti me vt nummmos tibi mutuos darem, & cùm non haberem, dedi tibi rem vendendam vt precio vtereris, tuq; non vendidiſti, vel precium non accepiſti [t]: ſi tibi equos venales experiendos dedero, vt ſi in triduo diſplicuiſſent redderes, tuq; deſultor in his cucurreris & viceris, deinde emere nolueris [u]: ſi mulas tibi dedero vt experiaris, & ſi placuiſſent, emeres, ſi non, in dies ſingulos aliquid præſtares, deindè nondum perfecta emptione intrà dies experimenti mulæ à graſſatoribus ablatæ ſunt [x]: ſi argentum, quod empturus eras, ſeruo referendum dediſti, & id perierit [y]: ſi polienda ſarciendauè veſtimenta acceperis, nulla certa mercede data vel conſtituta [z]: ſi ſcyphos tibi dedi vt pondus argenti, aut vt eoſdem vel eiuſdem ponderis argentum redderes [a].

XVII. Ab illa autem in factum præſcriptis verbis actione multum differt ſubſidiaria hæc & prætoria in factum actio, itemq; in factum exceptio, quę deficiente prorſus omni ciuili actione vel exceptione dari ſolent [b], vt cùm actio in factũ datur, eò quòd vſusfructus loco pecunia data, omiſſa ſit ſtipulatio [c]: cùm quaſi ſeruandarum mercium cauſa, merces ſinè cauſa, attamen ſinè dolo etiam in mare proiectæ ſunt [d]: cùm ſeruus ſpoliatus frigore perijt [e]: cùm rem alienam, in profundum quis proiecit damni dandi, non lucri faciendi cauſa [f]: cùm glans ex arbore tua in fundum meum cadit,

camq;

s. l. 18. ſi apud te. h. tit.

t. l. 19. rogaſti. in prin. h tit.

u. l. 20. apud Labeonem. in prin. h. tit.

x. d. l. apud Labeonem. §. item apud.

y. d. l. apud Labeonem. §. fin.

z. l. 22 ſi tibi polienda. h. tit.

a. l. vlt. h. tit.

b. l. 11. quia actionum. & l. 21. quoties. h. tit. §. fin. l. ad leg. Aquil.

c. l. 10. partis tertiæ. h tit.

d. l. 14. qui ſeruandarum. in prin. h. tit.

e. d. l. qui ſeruandarum. §. 1.

f. d. l. qui ſeruandarum. §. ſed etſi calicem.

eamq; ego immiſſo pecore depaſco [g]: ſi ſecundùm Tiberim ambulanti rogatus annulum oſtenderim, vt reſpiceret, isq; illi exciderit, & in Tiberim deuolutus ſit [h].

g. *d. l. qui ſeruandarum. §. fin.*
h. *l. 23. duo ſecundùm. h. t.*

FINIS SYNOPSEOS THESIVM SIVE axiomatum Iuris ad Tertiam partem Pandectarum.

SOLI DEO GLORIA.

Quod ſpiro & placeo, ſi placeo, tuum eſt.
Horat.